




Pars aestivalis breviarii Romani ex sacra potissimè scriptura, & Sanctorum historiis nuper confecti

<https://hdl.handle.net/1874/423850>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
 - de kopsnede
 - de frontsnede
 - de staartsnede
 - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. oct.

307



62
Ee





Theologia

avo n^o. 301.

di
pro
ar
p
tr
6
un
in
in

H

videtur

unusquisque

in

pro

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

in

Est Henrici de Burchell
ad sancta maria Exauerti

Handwritten text, possibly a title or page number, written in red ink at the top of the page. The text is faint and difficult to decipher.

N. 37. A.

ge

PARS AESTIVALIS
BREVIARII ROMANI



ex sacra potissimam scriptura, &

Sanctorum historiis nuper con-

fecti, ac denuo per eundem

auctorem accuratiùs

recogniti.



Ex Donatione M^orb. à Burchell.

PARISIIS.

Apud Thielmannum Keruer, in vic-
eo sancti Iacobi, sub signo Cratis.

M. D. XLVIII.

CVM PRIVILEGIO.

PHILIPPUS APOSTOLICALIS

SEMPER ROMANUS

IMPERATOR

AVGVSTVS

SEMPER

AVGVSTVS

SEMPER



PHILIPPUS APOSTOLICALIS

SEMPER ROMANUS

IMPERATOR

AVGVSTVS

SEMPER

AVGVSTVS

AD SANCTIS-

SIMVM PATREM, ET DOMINVM
nostrum Paulum tertium, Põtificem
maximũ, Francisci Quignonii tit. S.
Crucis in Ierusalem presbyteri
Cardinalis, in breuiarium
proximè confectum,
ac denuo reco-
gnitum.

P R A E F A T I O



Breuiarium Romanũ nuper à no-
bis fel. rec. Clementis vij. Pontif.
Maxi. hortatu confectũ, ac potiõ
in ampliõre sacrarum scriptura-
rum lectiõne, ad veterẽ sanctõ-
rum patrũ, & cõciliorũ antiquo-
rum formam reuocatũ, tuaq; vo-
luntate sanctissime pater editũ,
graues plerosq; , ac doctos viros
ita probasse, & recepisse intellexi, vt nihil in eo mutan-
dum existimarẽt. Alios item animaduerti graues etiã,
& prudentes homines, qui eius rationem magnopere
probantes, nonnihil tamen in eo desyderari affirmã-
rent. Illud verò nunquã dubitauì, fore in tanta n. ul-
titudine nonnullos ex iis videlicet, qui in diuerso pre-

Præfatio.

candi titu consenuissent, quibus labor ille nosfer non
esset pinde gratus, existimatibus ab inueterata illa cō-
suetudine precādi, nulla ratione clericis esse disceden-
dum. Imo verò nobis primā editionem breuiarij, non
tanquam p. omulgationē legis esse placuerat, sed qua-
si publicam quandā deliberationē, vt sic propōita no-
stra sententia, iudicia multorū exquirereimus, & quod
omnium commodissimum, & religioni, ac pietati con-
uenientissimū plerisq; prudētibus, grauibusque viris
visum esset, sequeremur. Nihil enim humano elabora-
tum ingenio tam exactum initio vnq̄ fuit, quin postea
multorum accedente iudicio perfectius reddi possit,
vt in ipsis etiā ecclesiasticis institutis, circa primitiuam
præsertim ecclesiam contigisse videmus. Itaq; multorū
sententiis collatis, quæ nobis partim vocibus, partim
scriptis innotuerūt, iudiciū eorum secuti, qui omniū
prudentissimè sentire visi sunt, libenter quædam addi-
dimus, alia mutauimus, & omnia diligēter recognoui-
mus, retēta tamen summa forma breuiarij. Sed quoniā
sic fert natura rerum, vt nihil sit tam rectū, nihil tanta
ratione in vitam vsuq; hominum inductū, cuius no-
uitas non sit aliquibus ingrata, non temerè facturi esse
videmur, si rationē totius instituti nostri à nobis pridē
summatim redditam, nunc accuratiū recognito bre-
uiario, paulò latius explicabimus. Mihi enim (vt sæpe
sum professus) cogitanti atq; animo repetēti initia ve-
teris instituti, quo sancitum est vt clerici sacris initiati,
vel sacerdotiis præsidentes, singulis diebus perlegant
horarias preces, quas canonicas etiā appellamus, tres
præcipuæ causæ spectatæ fuisse videri solent. Quarū
ea prima est, quòd cū cæteri homines in quaq; ciuita-
te, aut suum quisque negotium agant, aut in republi-
ca administranda sint occupati, clericis ex eo vocatis,
quòd fortis domini sint, quiq; bonis ecclesiasticis alū-
tur, hoc potissimum negotium diuinis, & humanis le-

gibus est iunctum, vt Deum habere propitium in
 cōmissū sibi populū ac de se benè merentem cunctis
 rationibus enitantur, quod non solū sacrificiis effi-
 citur, sed etiam precibus, quæ à pio corde proficiscan-
 tur. ipsi enim (vt testimonio versibusq; vtar beati Ale-
 xandri papæ & martyris) pro populo interpellant, &
 populi peccata comedunt, quia precibus suis, & obla-
 tionibus ea delent, atque consumunt. Qui quantò di-
 gniores fuerint, tantò facilius pro quibus necessitati-
 bus clamant, exaudiūtur. Quod testimonio probat Ia-
 cobi apostoli, qui nos ad precandum cohortans, Ora-
 te (inquit) pro inuicem, vt saluemini. multū enim va-
 let deprecatio iusti assidua. Altera causa est, vt qui re-
 liquo populo exēplo debent esse virtutis & sanctimo-
 niæ, assidua precatione Deum alloquentes, minus op-
 portuni reddantur tentatori diabolo, si eos inuenerit
 (vt Hieronymus ait) occupatos, & à cogitationibus ca-
 ducarum rerum subinde auocati, cōtemplationi diui-
 narum assuescant. Tertia, vt religionis quoque futuri
 magistrī quotidiana sacræ scripturæ, & ecclesiasticarū
 historiarum lectione erudiantur, complectanturq; (vt
 Paulus ait) eum qui secūdū doctrinam est, fide-
 lem sermonē, & potentes sint exhortari in doctrina sa-
 na: & eos, qui cōtradicunt, arguere. Et profectò si quis
 modum precandi olim à maioribus traditum diligen-
 ter consideret, planè intelligat, horum omnīū præci-
 puam ab ipsis habitam esse rationem. Sed factum est,
 nescio quo pacto, precantiū negligentia, vt paulatim
 à sanctissimis illis veterum patrum institutis discede-
 retur. Nam libri scripturæ sacræ, qui statis anni tēpo-
 ribus legendi erant more maiorū (vt est in monumen-
 tis Gelasij papæ, & concilij Romani lxx. episcoporū)
 vix dum incepti omittūtur in alio breuiario. Tum hi-
 storix sanctorum quædā tam incultæ, & tam sine de-
 lectu scriptæ habentur in eodem, vt nec auctoritatem

habere videantur nec gravitatem. Accedit tam perplexus ordo, tamq; difficilis precandi ratio, ut interdum paulo minor opera in requirendo ponatur, q̄ cū inuenis in legēdo. Quibus rebus animaduēsis: felicis recordationis Clemens. vij. Pontif. max. cū intelligeret officij sui esse, cū maliorum Christianorum cōmoditatibus prospicere, tum in primis clericorum, quibus ministris vteretur in commissō sibi grege administrando, me hortatus est, negotiumq; dedit, ut quantum cura, & diligentia niti possem, preces horarias ita disponerem, & ad veterem illam formā, quoad fieri posset, redigerem, ut difficultatibus, dispendiisq; sublatis, nec à summa rationis olim ab antiquis sanctisque patribus institutz, discederetur, nec rursus clerici ab officio precādi detererentur laboris magnitudine. Quā ego provinciā libentissimē suscepi, simul ut Christi vicario honestissima præcipienti parerē, simul ut bono publico pro mea virili parte seruire. Adhibitis igitur quibusdam meorum domesticorum prudentibus hominibus, ac sacrarum literarum & Pontificij iuris doctrina præditis, eisdemq; Græcè & Latine eruditis, dedi operam quā maximē potui, ut cōmodè ac ex utilitate publica rem cōficerem. Ac illud ante omnia visum nobis est in consuetudinem reuocare, ut scriptura sacra maximē omnium toto anno, & omnes psalmi singulis septimanis perlegerentur. Vtrunq; em̄ veteribus patribus summa ratione placuisse videbamus, qui plerosq; libros (ut supradictū est) vtriusque testamēti per anni tempora legendos disposuerāt in breuiario, & per dies sic psalmos distribuerāt, ut singulis septimanis totum psalteriū legeretur, quod singulis diebus in primitiua ecclesia perlegi solitum esse tradit Speculator. Sed (ut suprà diximus) precantium negligentia factū erat, ut minima pars scripturæ sacræ legeretur, & psalmodum plerisq; omisissis, pauci singulis ferè diebus repeteren-

tur. Quod eis accidit, dum officij ferialis optimè sanctissimeq; à maioribus instituti longitudinè & laborè refugerent. Ad quam vitandam, varia compèdia exco-
gitantes, consuetudinè induxerunt omisis feriis, toto ferè anno sanctorum festa celebrandi, etiam in quadragesima, quod quantum sit cõtra veterum instituta, declarat concilium Laodicenum, quo cautum est, ne in quadragesima martyrum natalitia celebrentur, & item Toletanum decimũ, in quo traditur, nihil esse in quadragesima de sanctorum solènitatibus celebrandum, idque ex antiquitate regulari cautum esse. Quod ipsi animaduertentes, conditionemq; temporũ & infirmitatem clericorum spectantes, rationem iucundã putauimus, vt pari propemodũ labore vt cùm festum celebrabatur, sed minore quàm cũ agebatur de feria, veteris testamèti magna & vtilissima pars, & totum nouũ, præter partem Apocalypsis, in anno, & singulis septimanis psalmi oēs perlegerentur, terni singulis horis, vnus longitudine cum alterius breuitate sic cõpensata, vt labor legendi diurnus par propemodũ sit omnibus diebus, siue feria sit, siue festum celebretur, habita quoq; in distribuèdo, quoad fieri potuit, rat. oë feriarum, festorum non perinde. nec em̃ si cuius psalmi vnũ, aut alterum verbum potest ad aliquod festũ accommodari, idcirco mutandus erat ordo cõmodissimus, quo nullus psalmorum in hebdomada præmittitur, vt non illa verba solum, sed cetera omnia in ipsis cõtenta mysteria, liceat intelligentibus septimo quoque die contemplari. Nam ad psalterium perlegendum, si veterem illam rectam & sanctam psalmorum distribuètionẽ ferialem, in qua psalmi quidẽ quotidie repetuntur, retinuissemus, longitudo officij perinde vt antea clericos deterreret, qui hac cõmodissima, & ad vetus institutum affirmata mediocritate, multũ (vt iam experti sumus) alliciuntur. Nam licet opera cõsue-
ta legenda

Prefatio.

di scripturas, parū minuatur in hoc breuiario: præsertim cū pleraq; omnia ex libro legi sit necesse: curauimus tamē, vt ordine longē simpliciore & expeditiore, magna pars laboris minueretur, sublato tædio & difficultate psalmos & alia hinc inde cum mora & molestia perquirēdi, & difficillimam rationem longo tempore perdiscendi. Versiculos, responsoria, & capitula omittere idcirco visum est, nō quōd hæc superuacanea aut inutilia viderentur, augent enim pietatem, & sunt scripturæ sacræ particulae, sed quoniā cū introductæ sint ad cantus potissimum modulandos, & legentes sæpe morentur cum molestia queritandi, locū relinqui volumus continenti lectioni scripturæ sacræ, quæ magis facit ad pietatem atq; doctrinam priuatim legentium, quorum hac quidem in parte maiorem rationē haberi volumus, q̄ concinentium. Nec enim ad precandum cuncta utilia & salubria congeri debent, ne clerici grauentur iniquiori pondere. Atque vtinam tam robusti essemus, vt totum etiā vetus testamētum in anno perlegere non grauaremur, libenter enim omnes illius libros legendos proponeremus, sed (vt dictum est) habenda fuit ratio, ne precādi labor in tanta clericorum infirmitate modum excederet. Officium beatæ virginis in alio breuiario vsitatum omittitur, nec propterea minuitur ipsius honor. Nā paucis festis exceptis, quotidiē variis commemorationibus adoratur, & obsecratur, atque eius memoria multis dicatis eidem festis, & octauis pro cuiusq; ratione celebratur, ipsiq; solidum officium tribuitur sabbatis ferè omnibus, præterquam in quadragesima, in qua ne ipsum quidē annuntiationis festum celebrari placuit veteribus patribus, vt docet idem cōcilium, quod supra diximus, Toletanum. Et profecto quorūdam Psalmorum grauem plerique repetitionem omitti, non tam molestū esse virgini matri, credi par est, q̄ gratum illud, quod clerici ad ipsius

Præfatio.

filij Iesu Christi diuinum cultum eōmodissima & expedita ratione alliciantur. Ex sanctorum historiis diligenter consideratis, quasdam delegimus, ex probatis auctoribus Græcis & Latinis ferè decerptas, & has cultiore stilo, non tamē fucato, sed potius ex industria & iussu Clemētis pontificis attēperato, disposuimus per annum totum. Nam licet veteribus in quadragesima nulla (vt docuimus) sanctorum festa celebrari placuerit, tamen à iunioribus tam assiduè in ea quoque celebrantur, vt à nobis ne tum quidem omninò festa saltè solemnia sine aliquo pusillorū offendiculo vitari posse putauerimus. Vt igitur quasdam sanctorū historias retinimus aut reposuimus de uò cōquisitas, sic quasdam omisimus illis, nec p̄bilitate, nec grauitate pares, temeritate videlicet priuata quorundam introductas, qui dum fugerent officij serialis longitudinē, festa sanctorum studiosè conquirentes, quasdam in breuiario præter publicam auctoritatem in cōsultis Pontificibus inserendas curauerunt, quas Pontifices ipsi haud dubiè in vsum ecclesiæ non admisissent. Sunt enim nonnullæ (nisi fallimur) ex earū genere, quæ publico sanctissimòque decreto ab ecclesia reiiciuntur, & quidem in eo loco sine capite celeberrimo in quo sancta Romana ecclesia quas scripturas clericis legendas admittat, & rursus quas reiiciat, explicatur. Vbi cū multa summo iudicio sancita, tum illud habetur sanctissimè & grauisimè à sanctis patribus institutū de historiis sanctorum, quarum auctores ignorātur. Ibi enim Gelasius papa ex synoëo septuaginta episcoporū, Gesta (inquit) sanctorū martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, quis ista esse catholicorum dubitet? & maiora eos in agone fuisse perpeffos? nec suis viribus, sed Dei gratia & adiutorio, vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum auctoritatem antiquam & cōsue-

Præfatio.

tudinē in sancta Romana ecclesia non leguntur, quia eorum, qui scripsere, nomina penitus ignoratur, & ab infidelibus, aut dictis superflua, aut minus apta quam rei ordo fuerit: scripta esse putantur. Hactenus Gelasius papa. **Qui** statim subiiciens exempla quorūdam sanctorum quorū historiarum ab hæreticis probabantur esse cōscriptæ, rursus ait, Propter quod (ut dictū est) ne vel leuius subsannandi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia non leguntur. sic Gelasius. Contra hæc igitur, quæ summa ratione fuerāt à sanctis patribus instituta, animaduertentes quædā temeritate quorundā priuata irrepsisse, diligenter curauimus: ut, quæ publico ecclesiæ decreto reiciuntur, omninò vitaremus, & in quibusdam aliis, refecatis quæ ad rem minus pertinerent, probatissima quæq; cōsectaremur, iuxta præceptum Pauli, quem his quoq; in rebus auctorem adhibere iubemur ibidē ab ecclesia. Gelasius enim in eodem loco de nonnullis historiis, certitudinis non admodum exploratæ, quæ à catholicis legerentur, locutus, hæc subiicit. Sed cum hoc ad catholicorū manus peruenerit, beati Pauli apostoli sententia præcedat. **Omnia** probate, quod bonum est, tenete. **Preceum** pro Pontificibus & regibus, & fidelium bonis spiritalibus ac temporalibus, diligenter est adhibita ratio. Nam singulis diebus ad matutinū & vesperam, nostris temporibus pacem, ecclesiæ iustitiam & sanctitatem precamur, & fideles omnes, tum viuentes, tum etiam defunctos deo commendamus. **Quod** impensius etiā efficiatur: cum officii defunctorum, siue psalmi pœnitentiales cum litanis & orationibus leguntur, ut sæpe fit in quadragesima, quod prius tunc fiebat duntaxat cum ageretur de feria. Sed hoc tam rarum erat consuetudine clericorum festa pro feriis celebrantium, ut plerique ipsorum vix semel aut iterum toto anno legerent officium feriale. Itaq; si quis diligenter animaduernerit, &

vetus patrum consilium institutumq; cōsiderauerit,
planè intelliget, hoc breuiarium non tam esse nouum
inuentum, quàm breuiarij antiqui, adhibito quodam
temperamento, restitutionè. Habet igitur hæc precandi
ratio tres maximas commoditates. Primam, quòd
precantibus simul acquiritur vtriusq; testamenti periti-
tia. Secúdam, quòd res est expeditissima propter sum-
mam ordinis simplicitatem, & nõnullam breuitatem.
Tertiam, quòd historie sanctorum sic cōscriptæ sunt,
vt nihil habeât, quod graues & doctas aures offendat.
Si cui ergo laboriosum i hoc breuiario videbitur ple-
raq; omnia ex libro legi, cum multa in alio, quæ pro-
pter frequentem repetitionem ediscuntur, memoriter
pronuntietur, cōpenset cum hoc labore cognitionè
sacræ scripturæ, quæ sic in dies augetur, & intentio-
nem animi, quam Deus ante omnia in precantibus re-
quirit (hanc enim maiorè legentibus, quàm memori-
ter proferētibus adesse necesse est) & huiusmodi labo-
rem non modo fructuosum, sed etiam salutarem iudi-
cabit. Orandum est enim (vt Paulus ait) spiritu, &
mente. Nam sine fructu mens eius est, qui orat
lingua tantùm, id est, qui sine attentione,
ac velut aliud agens precatur, quod
ferè accidit iis, qui psalmos me-
moriter percurrunt. Ha-
bes pater sanctissi-
me instituti
nostri
ra-
tionem, habes formulam
breuiarij. Superest, vt
quemadmodum cœpisti aspirare
inceptis nostris, & labori faucas pu-
blice commoditatis causa suscepto. Vale.

Tabula literarum Dominicalium.

A g f d c b A f e d c A g f
 e c b A g e d c b g f e d b
 d

In tabula supra scripta, literam dominicalē singulis annis hoc pacto inuenies. primā literam, quæ est A tribue anno 1542. sequentē, quæ est g, tribue anno 1543. sicq; deinceps p̄gredere quousq; peruenias ad numerū anni, cuius literā scire vis, quia litera super quā cecidit numer⁹ illi⁹ anni, erit litera dñicalis. Quæ si vnica occurrerit, annū cōmunē esse intelliges, si duplex, bifextilem. Et tunc prior, id est, superior vsq; ad festum Mathiæ apost. deferuiet. Inferior autē ad reliquā anni partē accommodabitur. Sciendū autē, q̄ finitis 28. annis redeundū est ad principiū cū annis tunc currentibus.

Aureus numerus. iij. v. vi. vii. viii. ix. x. xi. xii. xiii. xiiii. xv. xvi. xvii. xviii. xix. j. ij. iij.

Simili modo, vt dictū est de litera dñicali, dephēdes etiā aureū numerū ī supra scripta numerorū serie. Nā primū numerū, q̄ est. iij. tribue āno 1542. Seqntē q̄ est v. tribue anno 1543. & sic deinceps donec ad annū tuū puenias. & finitis 19. ānis regredere iterū ad p̄cipiū.

Nouiluniorum canon.

Nouiluniū singulis mētib⁹ sic reperitur. Habito auro numero anni tui, vbicūq; ille ī ordine aurei numeri ī cal. posito tibi occurrerit, à loco illi⁹ diei iuxta positi sequentiū verborū syllabas sursum cōputa. **In cęlis est hic**, vnicuiq; diei accommodādo syllabā vnā. Diesq; ille, sup̄ quē syllaba, **hic**, ceciderit, dies est nouilunij.

In sequenti calē. cuilibet festo habeti aliquid propriū, apponitur quo follo id inueniatur. Alia verò festa, quibus non apponitur folium, nihil habēt propriū. Item in quibusdam diebus assignātur tertix lectiones repetendæ ex epistolis, cū sit officiū de feriis, quarum nonnullæ in quibusdā annis omittuntur, in aliis autē leguntur, vt infra in regulis generalibus videbitur.

pred. cal. Januarij 31 d. 31
v. 3. cal. 30 d. 30

Januarius habet dies.

XXIX

Au. nu.	Dies.	
iiij	A Calēdis. 1	Circūcisio Christi du. ma. f. 357
	b iiij no. 2	Oct. sancti Steph. du. mi. fo. 358
xj	c iiij no. 3	Oct. scti Ioa. euā. du. mi. fo. 358
	d prid. no. 4	Oct. sctōrū Iano. du. mi. fo. 358
xix	e Nonis 5	De vigilia epiphaniæ. fo. 358
viiij	f viij id. 6	Epipha. Christi du. ma. fo. 358
	g viij id. 7	De octaua epipha. fo. 360
xvj	A vj id. 8	De octaua epipha. fo. 361
v	b v id. 9	De octaua epipha. fo. 361
	c iiij id. 10	De octaua epipha. fo. 361
xiiij	d iiij id. 11	De octaua epipha. fo. 362
ij	e prid. id. 12	De octaua epipha. fo. 362
	f Idibus 13	Octaua epipha. du. mi. fo. 361
x	g xix cal. 14	Basili. eps cōf. Fuit. 1. hu. fo. 363
	A xviiij cal. 15	Martina. Vg. m. Fuit. 1. hu. f. 363
xviiij	b xvij cal. 16	Marcellus papa mart. fo. 364
vij	c xvj cal. 17	Antonius abbas du. mi. fo. 364
	d xv cal. 18	Prisca virgo mar. fo. 364
xv	e xiiij cal. 19	Telesph. pp. m. Fuit. 3. hu. 365
iiiiij	f xiiij cal. 20	Fab. pa. & Seb. m. du. mi. fo. 365
	g xiij cal. 21	Agnes virgo mar. du. mi. fo. 365
xij	A xj cal. 22	Vincen. & Anast. mart. fo. 366
j	b x cal. 23	Alfonfus archiepisc. cōf. fo. 366
	c ix cal. 24	Timotheus eps mar. fo. 367
ix	d viij cal. 25	Cōgr. Pauli apo. du. ma. f. 367
	e vij cal. 26	Policarpus eps mar. fo. 368
xvij	f vj cal. 27	Ioa. Chrysost. eps cōf. fo. 368
vj	g v cal. 28	Lucia. pbr. m. Fuit. 7. hu. fo. 369
	A iiij cal. 29	Pau. primi ere. Fuit. 10. hu. f. 369
xiiiiij	b iiij cal. 30	Igin. pa. mar. Fuit. 11. hu. fo. 370
iiij	c prid. cal. 31	Hila. eps cōf. Fuit. 13. hu. fo. 370

pred. cal. febr. 29 d. 29

Februarius habet dies:

X X V I K I.

Et si fuerit bissextus.

Au. nu.

Dies.

	d	Calend.	1	Ignatius episc. martyr. fo. 370
xj	c	iiij	no. 2	Perin. Marix vir. du. ma. fo. 371
xix	f	iiij	no. 3	Blasius episc. mart. fo. 371
viii	g	prid.	no. 4	Phileas eps & Philo. mar. f. 371
		A Nonis	5	Agatha virgo martyr. fo. 372
xvj	b	viii	id. 6	Dorothea virgo martyr.
v	c	vij	id. 7	Adauctus & socij mar. fo. 372
	d	vj	id. 8	Cointha virgo martyr. fo. 372
xliij	e	v	id. 9	Apollonia virgo martyr. fo. 373
ij	f	iiiij	id. 10	Scholastica virgo.
	g	iiij	id. 11	Ex epist. I. Petri. P etrus. fo. 338
x	A prid.	id.	12	Eulalia virgo martyr.
	b Idibus		13	Ex ep. I. Pet. P ropter qd. f. 339
xviii	c	xvj	cal. 14	Valentinus presby. mar.
vij	d	xv	cal. 15	Faustinus & Iouita mart.
	e	xiiiij	cal. 16	Iuliana virgo martyr.
xv	f	xiiij	cal. 17	Ex ep. I. Pet. D eponetes. fo. 339
iiiij	g	xij	cal. 18	Ex ep. I. Pet. C harissimi. f. 340
	A xj		cal. 19	Gabinus presbyter mart.
xij	b	x	cal. 20	Ex ep. I. Pet. S imiliter. fo. 340
j	c	ix	cal. 21	Ex ep. I. Pe. C hristo igitur. f. 341
	d	viii	cal. 22	Cathedra. Pet. apo. du. ma. f. 373
ix	e	vij	cal. 23	Ex ep. I. Pe. Seniores. f. 341. Vi.
	f	vj	cal. 24	Mathias apost. du. ma. fo. 374
xvij	g	v	cal. 25	Ex ep. Pau. ad Phil. P au. fo. 342
vj	A	iiiij	cal. 26	Ex ep. Pau. ad Phil. M ihi. f. 342
	b	iiij	cal. 27	Iulianus & Eunus mart. fo. 374
xiij	c	prid.	cal. 28	Ex ep. Pau. ad Phil. t aq. f. 343

Martius habet dies.**X X X I.****Au. nu.****Dies.**

ij	d	Calēdis. 1	Ex ep. P. ad Phī. D e cete. f. 343
	e	vj no. 2	Ex ep. Pau. ad hil. Itaq. f. 344
xj	f	v no. 3	Emete. & Cel. & Aste. m. fo. 375
	g	iiij no. 4	Lucius papa martyr. fo. 375
xix	A ij	no. 5	Ex epi. ad Col. P aulus. fo. 345
viii	b prid.	no. 6	Ex epi. ad Col. E t vos. fo. 345
	c	Nonis 7	Thomas Aquin. cōf. fo. 375
xvj	d	viii id. 8	Ex epi. ad Col. V idete. fo. 346
v	e	vij id. 9	Q uadrageinta milites mar. f. 376
	f	vj id. 10	
xiii	g	v id. 11	
ij	A iiij	id. 12	Gregorius pa. cōf. du. mi. f. 376
	b iiij	id. 13	
ix	c prid.	id. 14	
	d	Idibus 15	
xviii	e	xvij cal. 16	
vij	f	xvj cal. 17	
	g	xv cal. 18	
xv	A xiiij	cal. 19	Ioseph confes. du. mi. fo. 376
iiii	b xiiij	cal. 20	
	c xij	cal. 21	Benedictus abbat du. mi. f. 377
xij	d	xj cal. 22	
j	e	x cal. 23	
	f	ix cal. 24	
ix	g	viii cal. 25	Annūtia. Marię V. du. mi. f. 377
	A vij	cal. 26	
xvij	b vj	cal. 27	
vj	c v	cal. 28	
	d	iiij cal. 29	
xiiii	e	iii cal. 30	Ex epi. ad Col. I gitur si. f. 346
iii	f prid.	cal. 31	Ex epi. ad Col. D ñi qđ. fo. 347

Aprilis habet dies.

X X X.

An. nu.	Dies.	
	g Calēdis. 1	Ex epi. r. ad The. Paulus. f. 152
xxj	A iiij no. 2	Ex ep. r. ad Th. ideo & nos. f. 154
	b iij no. 3	Pancratius martyr.
xxix	c prid. no. 4	Isidorus episcop. cōf. fo. 378
viiij	d Nonis 5	Vincen. confes. ordi. prædi.
xxvj	e viij id. 6	Xyftus papa martyr. fo. 378
v	f vij id. 7	Ex ep. r. ad Th. De cetero. f. 155
	g vj id. 8	Dionysius episcop. conf.
xxiiij	A v id. 9	Ex ep. r. ad Th. De tpib⁹. f. 156
ij	b iiij id. 10	Ex epi. 2. ad The. Paul⁹. fo. 157
	c iij id. 11	Leo primus papa confes. fo. 378
xx	d prid. id. 12	Ex epi. 2. ad Th. Rogan⁹. f. 158
	e Idibus 13	Iustinus philosophus mar. f. 379
xxviiij	f xviiij cal. 14	Valer. Tybur. & c. mar. fo. 379
vij	g xvij cal. 15	Ex ep. 2. ad Th. De cete. fo. 159
	A xvj cal. 16	Ex epist. ad Ephe. Paulus. f. 144
xxv	b xv cal. 17	Anicetus papa martyr.
iiiiij	c xiiii cal. 18	Apollonius senator mar. fo. 379
	d xiiij cal. 19	Ex epi. ad Ephe. Et vos. fo. 146
xxij	e xij cal. 20	Ex epi. ad Ephe. Hui⁹ rei. f. 147
j	f xi cal. 21	Ex epi. ad Eph. Obsecro. f. 148
	g x cal. 22	Caius papa martyr. fo. 380
ix	A ix cal. 23	Georgius martyr.
	b viij cal. 24	Ex ep. ad Eph. Renouami. f. 149
xxviij	c vij cal. 25	Marcus euang. duo. ma. fo. 380
vj	d vj cal. 26	Clet. & Marcel. pp. & m. fo. 380
	e v cal. 27	Anastasius papa confes.
xxiiij	f iiiij cal. 28	Vitalis martyr.
iiij	g iij cal. 29	Petrus ordi. prædi. mar. fo. 380
	A prid. cal. 30	Ex epi. ad Ephe. Videte. fo. 150

Maius habet dies**XXXI.**

Av. no.	Dies			
xj	b	Calendia	Philip. & Iacopo. du. ma.	fo. 381
	c	vj	no. 2	Athanasius epif. confes. fo. 382
xix	d	v	no. 3	Ioué. sancte crucis du. ma. f. 382
viii	e	iiii	no. 4	Monica mater sancti Augustini.
	f	iii	no. 5	Alex. pp mar. Suit. j. hui. fo. 384
xvj	g	prid.	no. 6	Io. ante porta lau. du. mi. f. eod.
v	A Nonis	7		Ex epi. ad Eph. Filij obe. fo. 150
	b	viii	id. 8	Appa. sancti Mich. du. mi. f. 384
xiii	c	vij	id. 9	Greg. Nazianze. epif. cof. fo. 385
ij	d	vj	id. 10	Gordianus & Epimachus mar.
	e	v	id. 11	Ex epi. Iacobi. Iacobus. fo. 231
x	f	iiii	id. 12	Nereus, Achille. & Pancra. mar.
	g	iii	id. 13	Ex epist. Iacobi. E stote. fo. 232
xviii	A prid.	id.	14	Victor & Cerona mar. fo. 386
vij	b Idibus.	15		Ex epist. Iaco. Q uicūq; fo. 234
	c	xvii	cal. 16	Ex epist. Iacob. N o lite. fo. 235
xv	d	xvj	cal. 17	Ex epi. Iaco. V nde bella. fo. 237
iiii	e	xv	cal. 18	Ex epi. Iaco. A gite nunc. fo. 238
	f	xiiii	cal. 19	Potentiana virgo. fo. 321
xij	g	xiii	cal. 20	Bernardinus confessor. fo. 321
j	A xij	cal. 21		Iuo presby. conf. Suit. 19. huius.
	b	xj	cal. 22	Ex epi. ad Phil. P aulus. fo. 221
ix	c	x	cal. 23	Ex epi. ad Phi. M ihi em. fo. 222
	d	ix	cal. 24	Ex epi. ad Philip. I taque. fo. 223
xvj	e	viii	cal. 25	Vrbanus papa martyr. fo. 321
vj	f	vij	cal. 26	Eleutherius papa martyr.
	g	vj	cal. 27	Ioannes papa martyr.
xiiii	A v	cal. 28		Germanus epif. confes. fo. 224
iii	b	iiii	cal. 29	Ex epi. ad Phi. D e cetero. f. 224
	c	iii	cal. 30	Felix papa martyr. fo. 322
xj	d	prid.	cal. 31	Petronilla virgo.

BBB

Iunius habet dies

X X X.

Au. na.

Dies

	e	Calend.	1	Pāphilus presbyter mar.	fo. 322
ix	f	iiiij	no. 2	Marcellinus & Pe. mart.	fo. eod.
viiij	g	iiij	no. 3	Ex epist. ad Phil. Itaque.	fo. 225
xviij	A	prid.	no. 4	Ex epi. i. Ioan. O uod fuit.	f. 307
v	b	Nonis.	5	Ex epi. i. Io. Filioli mei.	fo. eod.
	c	viiij	id. 6	Ex epi. i. Io. Filioli noui.	fo. 308
xiiij	d	vij	id. 7	Ex epist. i. Ioan. Videte.	fo. eod.
ij	e	vj	id. 8	Ex epi. i. Io. Charissimi.	fo. 309
	f	v	id. 9	Primus & Felicianus martyres.	
x	g	iiiiij	id. 10	Ex epist. i. Io. Omnis qui.	fo. 310
	A	iiiiij	id. 11	Barnabas apost. dup. ma.	fo. 322
xviiij	b	prid.	id. 12	Basilides, Cyrinus & c. martyr.	
vij	c	Idibus.	13	Antonius cōfes. ordi. mi.	fo. 322
	d	xviiij	cal. 14	Ex epist. 2. Io. Senior clec.	f. 310
xv	e	xvij	cal. 15	Vitus, Modest ^s & Crescen. mart.	
iiiiij	f	xvj	cal. 16	Ex ep. 3. Io. Senior Cato.	fo. 311
	g	xv	cal. 17	Ex epi. i. ad Col. Paulus.	fo. 254
xij	A	xiiiiij	cal. 18	Marcus & Marcel. mart.	fo. 322
j	b	xiiiiij	cal. 19	Geruasius & Prota. mart.	fo. 324
	c	xij	cal. 20	Siluerius papa martyr.	
ix	d	xj	cal. 21	Ex epi. ad Col. Et vos cū.	fo. 255
	e	x	cal. 22	Paulinus episco. confes.	
xviij	f	ix	cal. 23	Ex ep. ad Col. Videte.	f. 256. Vig.
vij	g	viiij	cal. 24	Nati. sancti Io. ba. du. ma.	fo. 324
	A	vij	cal. 25	De octaua sancti Ioan.	fo. 325
xiiiiij	b	vj	cal. 26	Io. & Pau. mar. dup. mi.	fo. eod.
iiij	c	v	cal. 27	De octaua sancti Ioan.	fo. 326
	d	iiiiij	cal. 28	De octa. sancti Ioā.	fo. 326. Vig.
xj	e	iiij	cal. 29	Petri & Pau. apo. du. ma.	fo. eod.
	f	prid.	cal. 30	Cōme. Pauli apo. du. mi.	fo. 327

Iulius habet dies.

X X X I.

Au. nu.	Dies		
xix	g	Calendis 1	Octa. na. S. Io. bap. du. ml. fo. 328
vij	Avj	no. 2	Visi. Mariz vir. dup. ma. fo. 329
	b v	no. 3	De octava visitatio. fo. 330
xvj	c iij	no. 4	De octava visitatio. fo. eod.
v	d iij	no. 5	De octava visitatio. fo. eod.
	e	prid. no. 6	Oct. apo. Pe. & Pau. du. mi. f. 331
xiiij	f	Nonis. 7	De octava visitatio. fo. eod.
ij	g	vij id. 8	De octava visitatio. fo. eod.
	Avij	id. 9	Octava visita dup. ml. fo. 332
x	b vj	id. 10	Septem fratres martyres. fo. eod.
	c v	id. 11	Pius papa confessor. fo. eod.
xviiij	d iij	id. 12	Nabor & Felix martyres.
vij	e iij	id. 13	Anacletus papa martyr. fo. 333
	f	prid. id. 14	Processus & Mar. Fue. 2. hu f. eo.
xv	g	Idibus. 15	Boñ. car. ep. cõ. ru. 13. hu fo. co.
iiij	Avij	cal. 16	Eustachius episcõ. confes.
	b xvj	cal. 17	Alexius confessor.
xij	c xv	cal. 18	Symph. cū septē filiis mar. fo. 333
j	d xiiij	cal. 19	Iusta & Rufina virg. marty.
	e xiiij	cal. 20	Margarita virg. mar.
ix	f xij	cal. 21	Praxedis virginis. fo. 334
	g xj	cal. 22	Maria Magdalena du. mi. fo. eod.
xvij	Ax	cal. 23	Apollinatis episc. mar.
vj	b iix	cal. 24	Christiana virgo mart. Vigilia.
	c viij	cal. 25	Iacobus apõt. dup. ina. fo. 335
xiiij	d vij	cal. 26	Anna m̄ Mariz vir. du. ma. f. eo.
ij	e vj	cal. 27	Pañfaleo martyr.
	f v	cal. 28	Nazarius & socij martyres.
xj	g iij	cal. 29	Martha virgo fo. 335
ix	Avij	cal. 30	Abdon & Sennem martyres.
	b	prid. cal. 31	Neñ. & Luc. m̄. Foe. 2. hu. fo. 336

Augustus habet dies XXXI.

Au. nu.	Dies		
vij	e	Calendis 1	Vincula sancti Pe. du. mi. fo. 336
xvj	d	iiij no. 2	Stephanus papa mart. fo. 337
v	e	iiij no. 3	Inuen. s. Steph. protemar. f. eod.
	f	prid. no. 4	Iustinus presbyter mar.
xiiij	g	Nonis. 5	Sancte Marie ad ni. du. mi. f. eo.
ij	A	vij id. 6	Transfigu. dñi dup. ma. fo. 338
	b	vij id. 7	Dñic. eod. d. mi. Fuit. s. hu fo. 339
x	c	vj id. 8	Cyriacus, Largus & c. marty.
	d	v id. 9	Xyst. ij. pa. m. Fu. 6. hu. f. 339. Vi.
xviii	e	iiij id. 10	Laurentius mar. dup. ma. fo. 340
vij	f	iiij id. 11	De octaua sancti Lauren. fo. 341
	g	prid. id. 12	Clara virgo dup. mi. fo. eod.
xv	A	Idibus. 13	De octa. sancti Lauren. fo. eod.
iiiiij	b	xix cal. 14	De octa. s. Lauren. fo. 342 Vig.
	c	xviiij cal. 15	Assum. Marie vir. du. ma. fo. eo.
xij	d	xvij cal. 16	De octaua assump. fo. 343
j	e	xvj cal. 17	Octa. sancti Lau. dup. ma. fo. eo.
	f	xv cal. 18	De octaua assump. fo. eod.
xj	g	xiiij cal. 19	De octaua assump. fo. 344
	A	xiiij cal. 20	De octaua assump. fo. eod.
xvij	b	xij cal. 21	De octaua assump. fo. eod.
vj	c	xj cal. 22	Octaua assump. du. mi. fo. 345
	d	x cal. 23	Berñ. ab. Fu. 20. hu. fo. eod. Vig.
xliij	e	ix cal. 24	Bartholo. apost. dup. ma. fo. eod.
iiij	f	viiij cal. 25	Ludouicus rex Francorum.
	g	vij cal. 26	Zepherinus papa mart. fo. 346
xj	A	vj cal. 27	Rufus martyr.
xix	b	v cal. 28	Augu. epi cōfess. dup. mi. fo. 346
	c	iiij cal. 29	Decol. ioan. bap. du. ma. fo. 347
viiij	d	iiij cal. 30	Felix & Adauctus martyr.
	e	prid. cal. 31	Ex epost. ad Col. Igitur. fo. 257

September habet dies

XXX.

Au. nu.	Dies	
xvj	f	Calendias Aegidius abbas.
v	g	iiij no. 2 Ex epi. ad Col. Dñi quod. f. 258
		Aiiij no. 3 Seraphia virgo martyr. fo. 347
xiiij	b	prid. no. 4 Ex epi. t. ad Tim. Paulus. f. 301
ij	e	Nonis. 5 Ex epi. t. ad Tim. Obse. fo. 302
	d	viiij id. 6 Ex epi. t. ad Tim. Fidelis. fo. 303
ix	e	vij id. 7 Ex epi. t. ad Tim. Spiritus. f. 304
	f	vj id. 8 Nati. Mariz virg. du. ma. fo. 348
xviiij	g	v id. 9 De octaua natiuita, fo. eod.
vij		Aiiij id. 10 De octaua fo. 349
	b	iiij id. 11 De octaua fo. eod.
xv	e	prid. id. 12 De octaua fo. eod.
iiiiij	d	Idibus. 13 De octaua fo. 150
	e	xviiij cal. 14 Exalta. f. crucis dup. ma. fo. eo.
xij	f	xvij cal. 15 Octa. nati. virgi. dup. ma. fo. 351
j	g	xvj cal. 16 Pe. dor & G. m. Fue. 9. hu. f. eod.
		Axv cal. 17 Cor. & Cy. m. Fue. 14. hu. fo. 352
ix	b	xiiij cal. 18 Methodius episcopo mart.
	c	xiiij cal. 19 Ianuarius & socij martyr.
xviij	d	xij cal. 20 Eustachius & socij mar. Vigil.
vj	e	xj cal. 21 Math. apo. & eni. du. ma. fo. 352
	f	x cal. 22 Mauricius & socij mar. fo. 353
xiij	g	ix cal. 23 Linus papa martyr. fo. eod.
ij		Aviiij cal. 24 Tecla virgo martyr.
	b	vij cal. 25 Ex epi. t. ad Ti. Seniorem. f. 304
vj	c	vj cal. 26 Ex epi. t. ad Ti. Quicūq; fo. 305
xix	d	v cal. 27 Cosmas & Damia mar. fo. 353
	f	iiiiij cal. 28 Ex epi. t. ad Phile. Paulus. f. 307
	f	iiij cal. 29 Dedi. Mich. arch. du. ma. fo. 354
viiij	g	prid. cal. 30 Hiero. presby. cof. du. ma. fo. 355

October habet dies

XXXI.

Au. nu.	Dies	
xvj	A Calendis	1 Remigius episc. confes.
v	b vj	no. 2 Ex epi. 2. ad Tim. P aulus. fo. 259
xiiij	c v	no. 3 Ex ep. 2. ad Tim. T u ergo. fo. 261
ij	d iiij	no. 4 Franciscus confes. du. mi. fo. 356
	e iij	no. 5 Ex epi. 2. ad Tim. H oc aut. f. 262
x	f prid.	no. 6 Ex epi. 2. ad Ti. T estificor. f. 263
	g Nomis.	7 Marcus papa confes. fo. 356
xviiij	A viij	id. 8 Ex epi. 2. ad Titu. P aulus. f. 264
viij	b vij	id. 9 Diony. Rusticus & c. mar. fo. 356
	c vi	id. 10 Ex epi. ad Ti. T u autem. fo. 265
xv	d v	id. 11 Ex epi. ad Titu. A dmone. fo. 266
iiiiij	e iiij	id. 12 Ex epi. 1. ad Cor. P aulus. fo. 311
	f iij	id. 13 Ex epi. 1. ad Cor. V idete. fo. 312
xij	g prid.	id. 14 Callistus papa mar. fo. 357
j	A Idibus.	15 Ex epi. 1. ad Cor. E t ego. fo. 312
	b xvij	cal. 16 Ex epi. 1. ad Cor. S ienos. fo. 313
ix	c xvj	cal. 17 Ex epi. 1. ad Cor. R ogo. fo. 314
	d xv	cal. 18 Lucas euangelista du. ma. fo. 357
xviij	e xiiiiij	cal. 19 Ptolomzus & Lucius un. fo. 358
vij	f xiiij	cal. 20 Ex epi. 1. ad Cor. A udet. fo. 314
	g xij	cal. 21 Ursula & socie vir. & mart.
xiiiiij	A xj	cal. 22 Hilarion abb. F uheri. fo. 358
iiij	b x	cal. 23 Ex epi. 1. ad Cor. D e quib. f. 315
	c ix	cal. 24 Ex epi. 1. ad Cor. D e vir. fo. 30.
xj	d viij	cal. 25 Chrysanthus & Daria mart.
xix	e vij	cal. 26 Euaristus papa mart. fo. 358
	f vj	cal. 27 Ex epi. 1. ad Cor. D e iis. fo. 316
viiij	g v	cal. 28 Simon & iudas ap. du. ma. fo. 359
	A iiij	cal. 29 Marcellus martyr. fo. 300.
xvj	b iij	cal. 30 Ex ep. 1. ad Cor. N isum. fo. 316
v	c prid.	cal. 31 Ex ep. 1. ad Co. S t fa. f. 317. Vig.

Nouembet habet dies.

X X X.

Au. nu.	Dies		
	d	Calendis	Festū omnīū san. dup. ma. fo. 359
xlij	e	iiiij no. 2	De oct. fo. 360 let eōs defun.
ij	f	iiij no. 3	De octaua fo. 361
	g	prid. no. 4	De octaua fo. eod.
x	A	Nonis. 5	De octaua fo. eod.
	b	viiij id. 6	De octaua fo. eod.
xviiij	c	vij id. 7	De octaua fo. 362
vij	d	vj id. 8	Oct. omnīū san. du. ma. fo. eod.
	e	v id. 9	Dedi. Basilicę salus. du. mi. f. eo.
xv	f	iiii id. 10	Triphon & socii mar. fo. 363
iiii	g	iii id. 11	Martinus epi. cōf. du. mi. fo. eod.
	A	prid. id. 12	Martinus papa mart. fo. 364
xi	i	b	idibus. 13 Britius epi. conf.
i	c	xviii cal. 14	Vit. & Agr. mart. fo. eod.
	d	xvii cal. 15	Ex epi. r. ad Cor. P ropter. fo. 317
ix	e	xvi cal. 16	Ex epi. r. ad Co. I mitatores. f. 318
	f	xv cal. 17	Ex ep. r. ad Cor. E go em. fo. eo.
xvii	g	xiiii cal. 18	Ded. Bau. Pe. & Pau. du. mi. f. 365
vi	A	xiii cal. 19	Pontianus papa martyr. fo. eod.
	b	xii cal. 20	Elisabeth vidua. Puitheri. fo. eo.
xiiii	c	xi cal. 21	Pretiu. Marie vir. du. ma. fo. eo.
iii	d	x cal. 22	Cecilia virgo mart. fo. eod.
	e	ix cal. 23	Clemens papa martyr fo. 366
xi	f	viii cal. 24	Chryfogonus mart. fo. eod.
xix	g	vii cal. 25	Catharina vir. m. du. mi. fo. eod.
	A	vi cal. 26	Petrus epi. sc. mart. fo. 367
viii	b	v cal. 27	Ex epi. r. ad Cor. S icut em. f. 319
	c	iiii cal. 28	Ex ep. r. ad Cor. S ilinguis. f. 320
xvi	d	iii cal. 29	Saturni. & Sisin. mar. f. 367. Vig.
v	e	prid. cal. 30	Andreas apōst. dup. ma. fo. 368

December habet dies

XXXI.

Au. nu.	Dies	
xiiij	f Calendi	1 Ex epi. i. ad Cor. Nūc aut. f. 320
ij	g iiij no. 2	Bibiana virgo mart. fo. 347
	A iij no. 3	
x	b prid. no. 4	Barbara virgo martyr.
	o Nonis 5	
xviiij	d viij id. 6	Nico epif. cofef. du. mi. fo. 348
vij	e vij id. 7	Ambr. ep: cofef. du. mi. fo. eod.
	f vj id. 8	Concep. Mariæ vir. du. ma. f. 349
xv	g u id. 9	
iiiiij	A iiii id. 10	Melchiodes papa mart. fo. 349
	b iij id. 11	Damasus papa conf. l. fo. eod.
xij	c prid. id. 12	
j	d Idibus 13	Lucia virgo mart. du. ma. fo. 350
	e xix cal. 14	
ix	f xvij cal. 15	
	g xvij cal. 16	
xvj	A xvj cal. 17	
vj	b xv cal. 18	
	c xiiij cal. 19	
ix	d xij cal. 20	Vigilia.
iiiiij	e xij cal. 21	Thomas ap. & sup. ma. fo. 350
	f xj cal. 22	
xj	g x cal. 23	
xix	A ix cal. 24	Vigilia.
	b viij cal. 25	Natiuitas dñi sup. ma. fo. 351
viiij	c vij cal. 26	Stephanus proto. du. ma. fo. 353
	d vj cal. 27	Ioan. apo. & euā. du. ma. fo. 354
xvj	e v cal. 28	Innocentius mar. dup. mi. fo. 355
v	f iij cal. 29	Thomas archiepif. mar. fo. eod.
	g iij cal. 30	De octaua natiuitatis. fo. 356
xiiij	A prid. cal. 31	Siluefter papa confef. fo. eod.

y Infrascripta tabula indicat incrementa, & diminutiones dierum, ac noctium in decimum quaque diem cuiusque mensis per horas duntaxat integras, & quartas horarum partes supra rationem subtiliorem. Diem autem qui a sum altinet ad propositum appellamus ab ortu solis ad eius occasum: reliquum vero totum spatium appellamus noctem.

Mense	Dic	Dies Horas	habet quartas	Nox habet horas	quartas
<i>Ianuarii</i>	1	9	1	14	3
	10	9	2	14	2
	20	9	3	14	1
<i>Februarii</i>	1	10		14	
	10	10	2	13	2
	20	11		13	
<i>Martii</i>	1	11	2	12	2
	10	12		12	
	20	12	2	11	2
<i>Aprilis</i>	1	13		11	
	10	13	2	10	2
	20	14		10	
<i>Maii</i>	1	14	1	9	3
	10	14	2	9	2
	20	14	3	9	1
<i>Iunii</i>	1	15		9	
	10	15		9	
	20	15		9	

Mense	Die	Dies Horas	habet quartas	Nox horas	habet quartas
<i>Iulii</i>	1	14	3	9	1
	10	14	2	9	2
	20	14	1	9	3
<i>Augusti</i>	1	14		10	
	10	13	2	10	2
	20	13		11	
<i>Septēbris</i>	1	12	2	11	2
	10	12	2	12	
	20	11		12	2
<i>Octobris</i>	1	11		13	
	10	10	2	13	2
	20	10		14	
<i>Nouēbris</i>	1	9	3	14	2
	10	9	2	14	2
	20	9	1	14	3
<i>Decēbris</i>	1	9		15	
	10	9		15	
	20	9		15	
<i>Martii.</i>	10	} <i>Equinoctia.</i>			
<i>Septemb.</i>	13				
<i>Iunii.</i>	11	} <i>Solstitia.</i>			
<i>Decemb.</i>	11				

**Canon sequentis tabulæ ad
festa mobilia perpetuo
inuenienda.**

¶ In tabula infrascripta sic festa mobilia singulis annis inuenies . Primo quære aureum numerum anni cuius festa perquiris , deinde sub eius linea quære etiam literam dominicalem eiusdem anni , quæ primo occurrerit . & notanter dicitur sub linea . nam litera dominicalis quæ è regione aurei numeri fuerit , eidem numero non inseruit , sed solum superioribus . Postea in eadem linea transversali , in qua literam dominicalem inuenisti , inuenies etiam quo mense , & quo die singula festa mobilia incidant , & quot dominicæ vagantes sint ante septuagesimam , quot etiam dominicæ sint inter Pentecosten & aduentum . Omnia hæc sub suis titulis . In anno autem bissextili quot dominicæ vagantes occurrant ante septuagesimam , item , quo die septuagesima ipsa incidat : & quo feria quarta cinerum , inuenies per priorem eius anni literam , quæ inseruit vsque ad festum Mathiæ . Reliqua verò omnia per posteriorem exquiruntur . Sed has duas literas anni bissextilis sic accipere oportet , vt neutra earum sit è regione aurei numeri : nam tunc omisis illis , recurrendum est ad alias similes inferius primo loco occurrentes . Præterea si in anno bissextili dies cinerum in mense Martio incidisse supradicta ratione deprehendatur , per vnum diem retrahenda erit . In proximis tamen triginta annis non erit necesse inspicere hanc tabulam , sed solum indicem , qui post eam positus est ,

Aureus
numerus.

16
5
11
2
10
18
9
4
13

Littera da-
mnialis.

D E F G A B C D E F G A B C

Dies Vag.
ante septu-
agesimam.

0 0 0 0 I I I I I I I 2 2 2

Septuage-
sima.

Janua. 18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31

Cin-
que.

Febr. 4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17

Pascha.

Max. 22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
1 Apr.
2
3
4

Pentecoste.

Maii. 10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

Dies inter
Pascha &
Aduentum.

18
18
18
18
18
18
17
17
17
17
17
17
16
16

Aduentus.

29 Nouemb.
30
1 Decemb.
2
3
27 Nouemb.
28
29
30
1 Decemb.
2
3
2 Nouemb.
18

**Index festorum mobilium pro tri-
ginta annis.**

Num. anoR.	Kure viii	Lra lñca	Do. va an. lxx	Septua gesimal	Cinis.	Pascha.
1544	6	f e	3	10 Feb.	27	13. Apri.
1545	7	d	2	1	18	5
1546	8	c	5	21	10 Mar.	25
1547	9	b	3	6	23 Feb.	10
1548	10	a g	2	29 Ian.	15	1
1549	11	f g	4	17 Feb.	6 Mar.	21
1550	12	e	2	2	19 Feb.	6
1551	13	d	1	25 Ian.	1	29 Mar.
1552	14	c b	4	14 Feb.	2 Mar.	17 Apri.
1553	15	a	2	29 Ian.	15 Feb.	2
1554	16	g	0	21	7	25 Mart.
1555	17	f	3	10 Feb.	27	14 Apr.
1556	18	e d	2	2	19	5
1557	19	c	4	14	3 Mart.	18
1558	1	b	3	6	23 Feb.	10
1559	2	a	1	21 Ian.	8	26 Mar.
1560	3	g f	3	11 Feb.	28	14 Apr.
1561	4	e	2	2	19	6
1562	5	d	1	25 Ian.	11	29 Mar.
1563	6	c	3	7 Feb.	24	11 Apri.
1564	7	b a	2	30 Ian.	16	2
1565	8	g f	4	18 Feb.	7 Mar.	22
1566	9	f	3	10	27 Feb.	24
1567	10	e	1	26 Ian.	12	10 Mar.
1568	11	d c	4	15 Feb.	3 Mart.	18 Apri.
1569	12	b	3	6	23 Feb.	10
1570	13	a	1	22 Ian.	8	26 Mar.
1571	14	g f	3	11 Feb.	28	15 Apri.
1572	15	f e	2	3 Feb.	20	6
1573	16	d	0	18 Ian.	4	22 Mart.

Index festorum mobilium pro tri-
ginta annis.

Num. anno.	Roga- tiones	Ascen- so.	Pente- costes	Corp ^{us} Christi	D. i. p̄ & aduē- sus.	Aduen- sus.
15 4 4	19 Maij	22	1 Iunij	12 Iunij	25	30 No.
15 4 5	11	14	24 maij	4	26	29
15 4 6	31	3 Iunij	13 Iunij	24	23	28
15 4 7	16	19 Maij	29 maij	9	25	27
15 4 8	7	10	20	31 Maij	27	2 Decē.
15 4 9	27	30	9 Iunij	20 Iun.	24	
15 5 0	12	15	25 maij	5	26	30 No.
15 5 1	4	7	17	28 maij	27	29
15 5 2	23	26	5 Iunij	16 Iun.	24	27
15 5 3	8	11	21 Maij	1	27	3 Decē.
15 5 4	30 Apr.	3	13	24 maij	28	2
15 5 5	20 Maij	23	2 Iunij	13 Iunij	25	1
15 5 6	11	14	24 maij	4	26	29 No.
15 5 7	24	27	6 Iunij	17	24	28
15 5 8	16	19	29 maij	9	25	27
15 5 9	1	4	14	25 maij	28	3 Decē.
15 6 0	20	23	2 Iunij	13 Iunij	25	1
15 6 1	12	15	25 maij	5	26	30 No.
15 6 2	4	7	17	28 maij	27	39
15 6 3	7	20	30	10 Iun.	25	28
15 6 4	8	11	21	1	27	3 Decē.
15 6 5	28	32	10 Iunij	21	24	2
15 6 6	20	23	2	13	25	1
15 6 7	2	8	18 maij	29 maij	27	30 No.
15 6 8	24	27	6 Iunij	17 Iun.	24	28
15 6 9	16	19	26 maij	9	25	27
15 7 0	1	4	14	25 maij	28	3 Decē.
15 7 1	21	24	3	14 Iun.	25	2
15 7 2	11	15	15 Iunij	5	26	30 No.
15 7 3	26 Apr.	30 Apr.	10	21 maij	28	29

INDEX CHARTARVM.

AAA.BBB.CCC.a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.l.m.n.o.p.q.r.s.
t.u.x.y.z.A.B.C.D.E.F.G.H.I.K.L.M.N.O.P.Q.
R.S.T.V.X.Y.Z.AA.*.

Tetrastichon ad lectorem.

Qui latij sectare melos sermonis, & vsu
Orans Romano numina sacra colis:
En tibi, commodius quò iusta precamina fundas
In duo dissectum tempora cernis opus.

**INDEX LIBRO-
RVM VETERIS TE-**

stamenti qui in primis le-
ctionibus legend sunt,
quorum primus Re-
gum integer legi-
tur, ex aliis vero
capita quæ-
dam.

- Exodus. fo. 96. Lib. Iudith. c. 1. 273
Primus Reg. ca. 1. Liber Hester ca. 1.
fo. 153 fo. 275
Secundus Reg. c. 1. Liber Iob. cap. 1.
fo. 232 fo. 277
Tertius Reg. c. 27. Ecclesiasticus, ca. 1.
fo. 134 fo. 280
Quartus liber Re- Ex oibus fere duo-
gum. cap. 1. f. 243 decim pphetis po-
Liber Tobia. ca. 1. nuntur capita que-
fo. 266. dam variis in locis.

INDEX LIBRO
RVM NOVI TESTA-
menti, qui omnes in secun-
dis lectionibus leguntur
integri præter Apo-
calypsin.

Matthæi euangeliû. cap. 1.	INDEX FESTO-	
fo. 153	rum calendarij habent-	
Marci euangelium. cap. 1.	tium propriam le-	
fo. 226.	ctionem.	
Epistolę Pauli.		
Ad Corinthios. ca. 1. f. 137	Anacletus.	333
Ad Galatas. cap. 1. fo. 280	Anna.	335
Ad Ephesios. cap. 1. fo. 289	Assumptio virginis.	342
Ad Philippenfes. c. 1. f. 221	Augustinus	346
Ad Tessalonicenses. cap. 1.	Andreas.	368
fo. 294	Bonauentura	333
Ad Timotheû. cap. 1. f. 301	Bernardus	345
Ad Timotheum. 2. cap. 1.	Bartholomæus	cod.
fo. 259	Cõmemoratio Pau.	327
Ad Titum. cap. 1. fo. 264	Clara	341
Ad Philemonem. cap. 1.	Cornelius & Cypri.	352
fo. 306	Cõsmas, & Dama.	353
Ad Hebrzos. cap. 1. f. 204	Callistus	357
Epistola Petri. 1. ca. 1. f. 267	Cæcilia	365
Epistola Petri. 2. c. 1. f. 274	Clemens	366
Epistola beati Iudz. cap. 1.	Chryfogonus	cod.
fo. 201	Catharina	cod.
Apocalypsis. cap. 1. fo. 278	Dominicus	339

T A B V L A.

Decollatio Ioan. bap.	347	Natiuitas Ioānis bap.	314
Dionysi. & Rusti. & c.	356	Natiuitas Mariæ virg.	348
Dedicatio basi. sal.	362	Nemesius & Lucilla	336
Dedicatio Basilicæ Petri & Pauli	365	Processus & Martij.	333
Exaltatio san. Cru.	350	Petrus & Paulus	326
Euaristus	358	Pius papa	332
Elisabeth	365	Praxedis	334
Franciscus	356	Petrus Dorothe. & c.	351
Festum omnium sancto- rum	359	Ptolomæus & c.	358
Hieronymus	355	Pontianus	365
Hylarion abbas	358	Præsentatio virginis	365
Ioannis & Pauli	325	Petrus episcopus	367
Iacobi apostoli	335	Septem fratres mart.	332
Inuentio san. Stepha.	337	Simeon episcopus	
Laurentius	340	Symphorosa	333
Linus	351	Stephanus papa	357
Lucas	357	Sanctæ Mariæ ad niues co.	
Maria Magdalena	334	Seraphia	347
Martha	335	Simon & Iudas	359
Matthæus	352	Satur. & Sisin.	367
Mauritius	353	Triphon	363
Michael archangelus	354	Transfiguratio	338
Marchus papa	356	Visitatio Mariæ	329
Marcellus martyr	359	Vincula sancti Petri	336
Martinus episcopus	363	Vitalis, & Agricola	364
Martinus papa	364	Xystus secundus	339
		Zepherinus	346

REGVLAE

GENERALES AD

instructionem diuini officij.

REGVLÆ PRIMÆ.

Quomodo dicendæ sint horæ,
& in quo consistat diuer-
sitas officij.

¶ Ante omnia sciendū est, quòd omnes horæ dicuntur per totum annum quæ admodū explicatur in dominica prima trinitatis. Item quòd ad singulas horas singul tantūm dicendi sunt hymni ante psalmos, & ideo ad laudes non dicitur hymnus: quia matutinum & laudes pro vna hora reputantur. Sciendum præterea, quòd psalmi singulis diebus totius anni sine ulla exceptione dicuntur ad omnes horas, quæ

admodum distributi sunt in psalterio. Similiter prima & secunda lectio semper dicuntur vt dispositæ sunt in dominicali, præterquam in die natiuitatis domini, & in die Epiphaniæ, quia tunc assignantur alie lectiones. Aduertendū insuper, quòd hymni assignati in dominica prima aduētus ad Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, & Completoriū. Item orationes. **Domine deus omnipotēs,** ad primam, & **Visita qua-**

Sumus ad completorium,
necnon Antiphona. **Salua** nos,
ad completorium nunquam
omittuntur in toto anno,
præterquam in triduo au-
te pascha. Similiter Anti-
phonæ assignatæ in psalte-
rio ad primam, tertiam, se-
xtam, & nonam nunquam
mutantur, præterquam à
feria quinta in cœna domi-
ni usque ad Ascensionem,
ut suis locis videbitur. Ita-
que cum prædicta semper
dicantur eodem modo, si-
ue celebretur festum, siue
dominica vel feria: intelli-
gendum est quod cum di-
cimus, Hodie fieri debet
officium de tali festo, per-
inde est, ac si dicam⁹, quod
ad matutinū Inuitatoriū,
Hymnus, Antiphona, &
tertia lectio ad laudes An-
tiphona, & oratio (quæ di-
cenda est etiam ad reliquas
horas, præter primam &
completoriū, ad vespervas
hymnus, & antiphona di-
cuntur de ipso festo, & in
horum mutatione tantum
consistit diuersitas officij.

SECUNDA.

Vnde incipiendum sit officiū singularis diebus.

¶ Notandum, quod quando-
cunq; sit officium de domi-
nica: vel de feria, aut festo
simplici. Item de cōmuni
beatæ virginis in sabbatis,
semper incipitur officium
à matutino. **Qu**ando autem
celebratur festum duplex,
semper eius officij incipi-
tur à vespertis in die præce-
denti, nisi dicendæ sint de
alio duplici maiore, ex epli
gratia. Si crastina die inci-
derit festum duplex, & nul-
lum aliud duplex hodie ce-
lebretur, vespertæ hodie di-
cendæ sunt de festo duplici
diei crastinæ, & similiter: si
hodie celebratur festum du-
plex minus, & crastina die
occurrat aliud duplex,
quodcunq; sit, siue minus,
siue maius: vespertæ hodie
dicendæ sunt de festo du-
plici diei crastinæ, & finita
eius oratione, statim præ-
misso **Oremus**, dicenda est
oratio festi duplicis hodie
ni, p̄ eius cōmemoratione.
Deinde **Benedicamus. &c.**
Fidelium animæ. &c. Et co-

dem modo faciendum est, quando aliquod duplex maius sequitur immediate post aliud duplex maius. Si autem hodie celebratur dupl. maius, & crastina die occurrat duplex minus: vespere hodie dicende sunt de duplici maiore hodierno: & finita eius oratione, statim per commemoratione duplicis minoris diei crastine, dicuntur eius antiphona & oratio propria (si eas habuerit) alioquin de communi. Et supradicta intelligenda sunt exceptis quibusdam festis, & octauis duplicibus, in quibus aliter ordinatur, ut suis locis videbitur. Notandum autem quod nunquam debet fieri commemoratio de festo simplici, aut de feria in laudibus & vesperis, præterquam de feriis quadragesime, ut in feria quarta cinerum explicatur. De dominica vero fit commemoratio per orationem tantum in laudibus & vesperis ipsius dominice, quando in ea celebratur aliquod festum duplex, aut octaua ex iis, quæ continentur in calendario, exceptis dominicis, quibus

non est assignata oratio. Et similiter quando infra aliquam octauam celebratur aliud festum duplex, fit commemoratio de octaua per orationem tantum, nisi in aliqua earum aliud specialiter ordinetur.

TERTIA.

Quando festa duplicia sint transferenda, & quomodo.

¶ Notandum, quod si in dominicis aduentus, aut in dominica in septuagesima & sequentibus dominicis usque ad dominicam palmarum inclusivè inciderit aliquod festum duplex, officium fiet de dominica, & festum duplex transferendum est in feriam secundam, ita quod in dominica vespere dicatur de festo duplici, & post eius orationem dicatur etiam oratio dominice pro eius commemoratione. Avertendum tamen, quod si in feria secunda inciderit aliud festum duplex, tunc festum duplex occurrens in dominica transferendum est in tertiã

feriam, aut in quartā, si etiā
in tertia inciderit aliud du-
plex. Et eodē modo festū
duplex occurrens in feria
quarta cinerum transferen-
dum est in proximā quin-
tam feriā. Similiter quod-
cūq; festum duplex inci-
derit in calendario à feria
quinta in cœna Domini vs-
que ad octauā paschæ trās-
ferendum est in proximum
diem post octauam eodem
modo vt supra, & si conti-
gerit plura festa duplicia
incidere infra eandē octa-
uam, transferentur per or-
dinem, ita quod primū ce-
lebretur prius, secundū
posterius. Si autem festum
duplex alicuius sancti oc-
currerit à die Pentecostes
vsque ad dominicam Tri-
nitatis inclusiuē, transferē-
dum est in proximum diē
post ipsam dominicā, sed
tunc ē diuerso vespere di-
cēdæ sunt de Trinitate, &
post eius orationē fiet cō-
memoratio per antiphonā
& orationem de festo du-
plici translato, quod cele-
brandum est in die sequen-
ti. Et similiter faciendum
est quando in die Ascen-

sionis, aut in die corporis
Christi inciderit festū du-
plex alicuius sancti, quod
transferendum est in proxi-
mum sequentē diem. Ad-
uertendum autem, quod si
in calendario inciderit fe-
stū simplex in die, quo ce-
lebrandum est festū duplex
translatum ex alio die, nō
fit officium de festo simpli-
ci, sed tantū commemoratio
per orationē in fine
primæ, vt in dominica pri-
ma aduentus explicatur.

QVARTA.

Quomodo debeat fieri officiū in octauis.

¶ Notandum, quod quan-
do in calendario vel in do-
minicali ordinatur officiū
fieri de aliqua octaua, tūc
Inuitatorium, hymni, anti-
phonæ, & oratio dicendæ
sunt sicut in festo principa-
li, nisi aliquid prædictorū
aliter in aliqua octaua assi-
gnetur: tertia autem lectio
semper assignatur propria
cuiuslibet diei per totā octa-
uam. & est aduertendum,
quod antiphona assignata

in secundis vesperis festi
principalis, dicenda est sem-
per ad vespervas per totam
octavam, nisi alia speciali-
ter assignetur, Aduertendū
insuper, quod antiphona
ad matutinum laudes &
vesperas, non duplicantur
infra octavas, sed tantū
in ipsa die octava, vt infra
dicetur. Notandum etiam
quod si concurrerēt simul
octa. corporis Christi cum
octa. sancti Ioannis (quod
tamen rarissimē contin-
get) officium fiet de octa-
ua corporis Christi eū cō-
memora. sancti Ioannis per
orationem tantū. Sunt
etiam quædā alie octavae,
de quibus nō fit officium,
quia concurrunt cum aliis
festis duplicibus, aut octa-
uis: sed quid tunc fieri de-
beat, suis locis videbitur.

QVINTA.

*Quot dominicæ sint
in anno, & quomodo
appellentur.*

Notantum, qd̄ annus à
prima dominica aduentus

ad aliam similiter primam
aduentus exclusiue cōpu-
tando, habet communiter
quinquaginta duas domi-
nicas in hunc modū distri-
buitas, videlicet, *Q*uatuor
de aduentu, inter quas &
septuagesimā necessario ad-
minus incidunt tres, quas
appellantur post aduentū.
Sūt etiā alie tres, septuage-
simæ, sexagesimæ & quin-
quagesimæ. Necnon qua-
tuor quadragesimæ cū aliis
duabus de passione & pal-
marum. Deinde pascha &
alie quinque post pascha.
Itē alie infra octauā Ascen-
sionis. Proximo loco Pen-
tecosten, inter quam & pri-
mam aduentus, nō possunt
esse pauciores quam vigin-
ti tres dñicæ, quæ appellan-
tur post Pentecosten. Sūt
præterea quinque alie, quas
ideoque vagantes visum est
appellare, quia propter va-
rietatem septuagesimæ, nō
semper habent eandem se-
dem, sed quibusdam annis
incidunt omnes quinque si-
mul ante septuagesimam,
quibusdam verò post Pen-
tecosten: aliis autem annis
(quod frequentius contin-

git) nō omnes quinque simul, sed tātum pars earum incidit ante septuagesimā, & reliqua pars post Pentecosten. Quia tamen rarissime contingit, vt quinta vagantium legenda sit ante septuagesimā, ideo in breuiario eam adiunximus viginti tribus post Pentecosten, & appellatur vigesima quarta. Alias autem quatuor vagātes posuimus inter tertiam post aduētum, & septuagesimā, distribuēdas singulis annis vt incidant: quod quemadmodum fieri debeat, inuenies regulam ante dominicā primā vagantium, item aliam regulam cum indice ante dominicam tertiam post Pentecosten, & ibi etiam sine difficultate inuenies, quemadmodū repetenda sit post Pentecosten vna ex Vagantibus, illa videlicet, quæ ultimo loco lecta fuit ante septuagesimam, quando in anno fuerint quinquaginta tres dominicæ. Quod tamen non frequētius quam sexto quoque anno cōtingere potest.

SEXTA.

Quando agendum sit Officium de dominica, & quando de festo aut octaua in ea occurrenti.

Notandum quod in dominicis in quibus non occurrit festum duplex aut octaua, vel vigilia natiuitatis domini, aut vigilia epiphaniæ, semper sit officium de dominica, & si festum simplex in dominica inciderit, omittitur eius officium, & sit commemoratio de eo per orationem tantū in fine primæ antequam dicator, Preciosa, præterquā in dominicis Resurrectionis, Pentecostes, & Trinitatis, quia tunc nulla debet fieri commemoratio de festo simplici. Quando verò festum duplex in dominica occurrerit, tunc in prædictis tribus dominicis, & in dominicis aduētus, isem in dominica septuagesimæ & sequentibus, vsque ad

Octauam paschæ, transfe-
rendum est, vt supra in ter-
tia regula continetur. In al-
lis autem dominicis sem-
per, quando in calendario
incidit festum duplex in
dominica, fit officium de
festo duplici cum commemo-
ratione dominicæ i lau-
dibus & vesperis per ora-
tionem tantum, nisi sit de
dominicis, quibus non sit
assignata oratio. Et simili-
ter quando dominica inci-
dit infra aliquam octauam,
semper fit officium de octa-
ua cum commemoratione
dominicæ, vt supra, nisi sit
de vagantibus, quæ inter-
ponuntur post Pentecosten,
aut de incidentibus infra
octauas Natiuitatis Chri-
sti, & festorum eius mobi-
lium, quia tunc non debet
fieri commemoratio domi-
nicæ. Tertia autem lectio
assignata dominicæ in do-
minicali semper omittitur
quando in ea fit officium
de aliquo festo duplici aut
de octaua ex iis quæ conti-
nentur in calendario, præ-
terquam in dominica inci-
denti infra octauam Epipha-
niæ, vt in ea videbitur.

SEPTIMA.

*Quando agendum sit
officium de feria.*

Notandum, quod quan-
do in aliqua feria nullum
inciderit festum aut octa-
ua, officium fiet de feria, &
tunc inuitorium, hymni,
antiphonæ & oratio dicen-
da sunt, sicut dicta fuerint
in dominica, quæ proximè
precesserit, nisi fortè in di-
cta dominica celebratum
fuerit aliquod festum du-
plex, aut octaua. Tunc enim
supradicta dicenda sunt,
quemadmodum dicta fu-
issent, si in dominica non in-
cidisset festum duplex, aut
octaua. Quædam tamè sunt
feriæ, in quibus non sicut
in præcedenti dominica, sed
aliud assignatur officium,
vt suis locis videbitur. Ter-
tia autem lectio legèda est
ex epistolis, vt occurrerit
assignata in calendario. Ex-
cipiuntur tamen ab hac re-
gula feriæ omnes quadra-
gesimæ, in quibus nisi inci-
derit festum duplex, aut ce-

lebrandum sit translatum ex feria quarta cinerum, vel ex aliqua dñica, semper sit officium de feria, vt latius explicatur in feria quarta cinerum, & cuilibet ferie assignantur tunc tertia lect. & oratio propria. Similiter in aduentu cuilibet ferie, quando nullum incidit festum, assignatur tertia lectio ex sermonib⁹ sanctorum Ambrosij, & Augustini.

OCTAVA.

Quando tertia lectiones occurrentes in calēdario ex epistolis, & officia festorū simplicium sint omittēda.

Notandum, quod tertiae lectiones assignatae in calēdario ex epistolis omittendae sunt per totū aduentum, & per totam quadragesimam. item in omnibus dominicis, & in omnibus sabbatis totius anni, & quādocunque sit officium de

aliquo ex festis domini aut eorum octauis, quae continentur in dominicali, quia in praedictis diebus aliae sunt tertiae lectiones assignatae, vt suis locis videbitur. Item omittenda sunt officia festorum simplicium occurrentium in praedictis omnibus diebus, praeterquam in feriis aduentus. Si quis tamen extraordinarie voluerit etiam legere lectionem festi simplicis, praesertim cum fuerit propria, laudabiliter faciet.

NONA.

Quomodo dicendae sint antiphonae.

Notandum, quod quādocunque celebratur festum duplex, aut octaua duplex, item à dominica de passione vsque ad pascha, & etiam in officio defunctorum, antiphonae ad matutinum, laudes, & vespere dicuntur integrae in principio ante psalmos, & deinde repetuntur etiam integrae finitis psalmis. In aliis

autē horis, antiphonę incipiuntur tantum in principio ante psalmos, & postea finitis psalmis dicuntur integrę. Et eodem modo incipiuntur tantum in principio, & dicuntur integrę in fine psalmorum in omnibus horis, quando sit officium de dominica, seu de feria aut festo simplici, vel de communi beatę Virginis in sabbatis, & etiam infra octauas, pręterquā in ipsa die octaua, quę semper est duplex, excepta die octaua ascensionis, quia nō finitur in ea officium ascensionis, vt ibi videbitur.

DECIMA.

De oratione.

Notandum, quod oratio assignata ad primas vespere in festis duplicibus, dicenda est ad omnes horas, pręter Primam & Completorium, nisi in aliquo festo alia specialiter assignetur. Et similiter dicenda est oratio assignata ad laudes in dominicis & feriis, item in

festis simplicibus, & in communi beatę virginis. Notandum etiam quod ante orationē siue dicatur principaliter, siue p cōmemorationem, semp pręmittitur **Oremus**, pręterquā in orationibus, quę dicuntur in litania, & in officio defunctorum, quia tunc ante primam tantū orationē dicitur **Oremus**, & non in aliis.

VNDECIMA.

De anno bissextili.

Notandum, quod in anno bissextili Februarius habet dies viginouem, & tunc festum sancti Mathię non vigesimaquarta, sed vigesimaquinta die celebrandum est. Ideo tunc tam die vigesimaquarta quam die vigesima sexta legitur tertia lectio assignata in calendario diei vigesimę quintę. Similiter die vigesima septima legitur tertia lectio assignata diei vigesimę sextę. Die autem vigesima octaua fit officium de sanctis Iuliano & Euno, & die

vigesimanona legitur ter-
tia lectio assignata diei vi-
gesimo octauæ. Supradi-
cta vero intelligenda sunt,
cum sit officiũ de feria an-
te quadragesimam. Nam si
in aliquo ex prædictis die-
bus inciderit dominica, vel
sabbatum: aut si fuerit qua-
dragesima, vel si festũ san-
cti Mathie fuerit transfe-
rẽdum, tunc seruandę sunt
alię regulę super his tra-
ditę. Quod autem attinet
ad psalmos, necnõ ad pri-
mam & secundam lectio-
nem nihil refert, sit ne an-
nus bissextilis, an non.
nam semper dominica ha-
bet suos psalmos, feria se-
cunda suos. Tertia suos, &
sic de aliis, & similiter ha-
bent primam & secundam
lectionem.

QVANDO RECVRRENDVM SIT
ad commune, videbis regulam in principio
communis sanctorum.

Quomodo fieri debeat officium in sabbatis, vide regu-
lam in communi beatæ virginis cir-
ca finem Breuiarij.

Quando dicendum sit officium defunctorum, & quā-
do etiam dicendi sint septem psalmi, videbis regu-
las in eorum principiis in fine Breuiarij.

DE ADVENTV.

¶ Notandum, quòd aduentus domini semper celebra-
tur vbiq̄ que dominica inciderit inter quintum calend.
Decēbris, & tertiu no. eiusdem mēsis, & erit semper do-
minica proxima festo sancti Andree. Sæpe etiā dictū
festum occurrit in ipsa eadem dominica.

Quando quatuor tempora celebrantur.

¶ Notandū, q̄ quatuor tēpora semper celebrātur in fe-
riis quartis proximis post dies sanctæ Lucie, & cinerū
& Pentecostes, & exaltationis sanctæ Crucis. in officio
autē diuino nihil propterea additur aut minuitur, sed
solū hic ponūtur, vt scias, q̄ celebrātur, propter ieiū-
niū & ea quæ in missæ celebratione in eis dicenda sunt.

Quid singulis diebus aduertendum sit, ante- quam dicatur officium.

¶ Dicturus ergo officium diuinum singulis diebus a-
nimaduertere debet sit ne dominica, an feria, aut sabba-
tum, & quæ dominica vel quæ feria: item quotus dies
mēsis sit. Deinde inspiciat quid eo die occurrat in ca-
lendario vel in dominicali, & sic ex suprascriptis regulis
erit ei facillimum scire quod officium agere, quos item
psalmos, & quas lectiones legere debeat.

A DOMINICA TRINITATIS VS.
que ad aduentum per totum annum quando sit
officium de dominica vel feria, dicuntur.

Inuitato.	Dominū qui fecit nos.	fo. 80.
Hymnus ad matut.	Nocte surgentes.	fo. eod.
Hymnus ad vespe.	O lux beata.	fo. 82.

¶ Inuitatoria autem & hymni, necnon antiphonæ re-
fines non indigēt indice, quia propria reperientur in
festiuitatibus propriis: communia verò in communi-
bus sanctorum.

INSTITUTIONES ARITHMETICAE
A DOMINICO BONAVENTURA
DE MANTOVA
AUCTORE

PRAESENS INDEX, CVM
tabula, regulisque propositis
conueniunt parti
æstiuiali.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PSALTERIUM

dispositum in dies, & horas, ordine,
quo totum singulis hebdo-
madis dicitur per to-
tum Annum.

C Dominica ad Matutinum. Psalmus primus.



Beat° vir qui non abiit in consilio impiorum, & non in via peccatorum non stetit: & in cathedra pestilentiae non sedit. Sed in lege domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo. Et folii eius non defluet: & omnia quaecunque faciet, prosperabuntur.

B. N.

Non sic impij, non sic: sed tanquam pulvis, quem proiicit ventus a facie terrae.

Ideo non resurgunt impij in iudicio: neque peccatores in consilio iustorum.

Quonia non novit dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit. Deinde dicitur.

Gloria patri, & filio, & spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. Amen.

Predicto modo dicitur Gloria patri, & cetera in fine omnium psalmorum, & canticorum per totum annum preterquam in officio defunctorum, & in

Dominica ad Matutinum.

cantico trium puerorum.

Psalms 9.

Confitebor tibi domine in toto corde meo : narrabo omnia mirabilia tua.

Ixtabor, & exultabo in te : psallā noī tuo altissime.

In conuertēdo inimicum meum retrorsum : in firmabuntur, & peribunt a facie tua.

Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meā : sedisti super thronum, qui iudicas iustitiam.

Increpasti gentes, & periit impius : nomen eorum delisti in æternum, & in seculum seculi.

Inimici defecerūt fraxe in sinem : & ciuitates eorū destruxisti.

Ierit memoria eorum cū sonitu : & domin⁹ in æternum permanet.

Parauit in iudicio thronum suum : & ipse iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iustitia.

Et factus est dominus refugium pauperi : adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.

Et sperent in te, qui nouerunt nomē tuum : quoniam non dereliquisti quærentes te domine.

Psallite domino qui habitat in Sion : annuntiate inter gentes studia eius.

Quoniam requirens sanguinem eorum recordat⁹ est : non est oblitus clamorem pauperum,

Miserere mei domine : vide humilitatem meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis : vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Exultabo in salutarī tuo : infixæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt.

In laqueo isto, quem absconderunt : comprehensus est pes eorum.

Cognoscetur dominus iudicia faciens : in operibus manuum suarum comprehensus est peccator.

Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiscūtur deū.

Quoniam non in sinem obliuio erit pauperis : patientia pauperum non peribit in sinem.

Exurge domine, nō confortetur homo: iudicetur genies in conspectu tuo.

Constitue domine legistorem super eos, vt scient gētes, quoniā hoīes sunt.

Vt quid domine recessisti longē: despicias in opportunitatib⁹ in tribulatione?

Dum superbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in consiliis quibus cogitant.

Quoniam latidatur peccator in desideriis aīæ suæ: & iniquus benedicatur.

Exacerbauit dominū peccator: secundum multitudinē iræ suę, non quæret.

Non est deus in cōspectu eius: inquinati sunt viæ illius in omni tempore.

Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorū suorū dominabitur.

Dixit enim in corde suo, non mouebor à generatione in generationem, sine malo.

Cuius maledictiōe os plenum est, & amaritudine, & dolo, sub lingua eius labor & dolor.

Sedet in insidiis cum diuitibus in occultis, vt in-

terficiat innocentem.

Oculi eius in pauperē respiciunt: insidiatur in abscondito quasi leo in spelunca sua.

Insidiatur, vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.

In laqueo suo humiliabit eum: inclinabit se, & cadet, cum dominat⁹ fuerit pauperum.

Dixit enim in corde suo, oblitus est deus: auertit faciem suam, ne videat in finem.

Exurge domine deus, & exaltetur man⁹ tua: ne obliuiscaris pauperum.

Propter quid irritauit impius deum? dixit enim in corde suo, non requiret.

Vides quoniam tu laborem & dolorem consideras: vt tradas eos in manus tuas.

Tibi derelict⁹ est pauper: orphano tu eris adiutor.

Contere brachium peccatoris, & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.

Domin⁹ regnabit in æternū, & in seculū seculi: peribitis gētes de terra illius.

Dominica ad Matutinum.

Desiderium pauperum ex-
audiuit dominus: præpa-
rationem cordis eorum au-
diuit auris tua.

Iudicare pupilo, & humi-
li: vt nõ apponat vltra ma-
gnificare se homo super
terram. **Psalmus. 17**

Diligã te domine for-
titudo mea: dominus
firmamentum meum,
& refugium meum, & libe-
rator meus.

Deus meus adiutor meus:
& sperabo in eum.

Protector meus, & cornu
salutis meæ, & susceptor
meus.

Laudas inuocabo domi-
num: & ab inimicis meis
saluus ero.

Circunderunt me dolo-
res mortis: & torrentes ini-
gates cõturbauerunt me.

Dolores inferni circude-
derunt me: præoccupauerunt
me laquei mortis.

In tribulatione mea inuo-
caui dominum, & ad Deum
meum clamavi.

Et exaudiuit de templo san-
cto suo vocem meam, & cla-
mor meus in conspectu eius
introiuit in aures eius.

Comota est, & cõtremuit

terra: fundamenta montium
conturbata sunt, & comota
sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius:
& ignis a facie eius exarsit:
carbones succensi sunt
ab eo.

Inclinauit celos, & descen-
dit: & caligo sub pedibus
eius.

Et ascendit super Cheru-
bin, & volauit: volauit su-
per pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibu-
lum suum, in circuitu eius
tabernaculum eius: tenebro-
sa aqua in nubibus aeris.

Præfulgore in conspectu
eius nubes transierunt: grã-
do, & carbones ignis.

Et intonuit de celo Do-
minus, & altissimus dedit
vocem suam, grando, & car-
bones ignis.

Et misit sagittas suas, & dis-
sipauit eos, fulgura multi-
plicauit, & cõturbauit eos.

Et apparuerunt fontes a-
quarum, & reuelata sunt
fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua do-
mine: ab inspiratione spi-
ritus iræ tuæ.

Misit de summo, & acce-
pit me: & assumpsit me: de

aquīs multis.

Ripuit me de inimicis meis, fortissimis; & ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me.

Praeuenierunt me in die afflictionis meae: & factus est dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.

Et retribuet mihi Dñs secundum iustitiā meā: & secundum puritatē manuum mearum, retribuet mihi.

Quia custodivi vias Dñi, nec impie gessi à deo meo.

Quoniam omnia iudicia eius in cōspectu meo, & iustitias eius nō repuli à me.

Et ero immaculatus cum eo: & observabo me ab iniquitate mea.

Et retribuet mihi dominus secundum iustitiam meā: & secundum puritatē manuum mearum, in cōspectu oculorum eius.

Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente, innocens eris.

Et cum electo electus eris: & cū peruerso puerteris.

Quoniam tu populū humile saluum facies, & oculos

superborum humiliabis.

Quoniam tu illuminas lucernā meā dñe. deus meus illumina tenebras meas.

Quoniam in te eripiar à tentatione: & in deo meo transgrediar murum.

Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Quonia quis deus praeter dominum: aut quis Deus praeter deum nostrum?

Deus qui praecinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum: & super excelsa statuens me.

Qui docet manū meas ad praelium: & posuisti ut arcum arcum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuae: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos sub tus me: & non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos, & cōprehēdam illos, & nō cōuertar, donec deficiant.

Dominica ad Matutinum.

Confringā illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: supplāstisti insurgētes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Clamauerūt, nec erat qui saluos faceret: ad dominū, nec exaudiui eos.

Et cōminuam eos vt puluerem ante faciem vēti: vt lutū platearū delebo eos.

Aripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gētium.

Populus quē non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mētiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt: & claudicauerunt à semitis suis.

Viuuit dominus, & benedictus Deus meus: & exaltatur, deus salutis meæ.

Deus qui das vīdictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracundis.

Rtab insurgētibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus domine: & nomini tuo psalmū dicā.

Magnificans salutes regis eius, & faciēns misericordiā Christo suo Dauid: & semini eius vsq; in seculū.

¶ Sequēs hymnus dicitur finitis tribus lectionib⁹ ad matuti, per totum annum.

¶ Canticum diui Ambrosij & diui Augustini. Hymnus.

TE Deū laudamus: te dominū cōfitemur.

Te æternū patrē: omnīs terra veneratur.

Tibi oēs Angeli: tibi cæli & vniuersæ potestates.

Tibi Cherubin, & Seraphin: incessabili voce proclamant.

Sanctus, Sāctus, Sāctus dominus deus sabaoth.

Pleni sunt cæli, & terra: maiestatis gloriæ tuæ.

Te gloriosus apostolorū chorus.

Te prophetarum laudabilis numerus.

Te martyrum candidatus laudat exercitus.

Te per orbem terrarū: sancta confitetur ecclesia.

Patrē immēse maiestatis.

Venerandum tuum verū,
& vnicum filium.

Sanctum quoque paracle-
tum spiritum.

Tu rex gloriæ Christe.

Tu p̄ris sep̄itern⁹ es filius.

Tu ad liberandū susceptu-
rus hominem: nō horru-
isti virginis uterum.

Tu deuicto mortis acu-
leo: aperuisti credentibus
regna cælorum.

Tu ad dexterā Dei sedes:
in gloria patris.

Iudex crederis esse v̄tū⁹.

Tec ergo quesumus famu-
lis tuis sabueni: quos pre-
cioso sanguine redemisti.

Aeterna fac cum sanctis
tuis in gloria numerari.

Saluum fac populum tuū
domine: & benedic hære-
ditati tuæ.

Et rege eos: & extolle il-
los, v̄lque in æternum.

Per singulos dies: benedi-
cimus te.

Et laudamus nomē tuū in
seculū: & in seculū seculi.

Dignare dñe die isto: sine
peccato nos custodire.

Miserere nostri Domine:
miserere nostri.

Fiat misericordia tua do-
mine super nos: quemad-

modum sperauimus in te.

In te domine speraui. non
confundar in æternum.

¶ Ad laudes.

Psal. 65.



Vibilate deo
omnis terra,
psalmū dicit
te nos eius:
date gloriam

laudi eius.

Dicite Deo, Quā terribi-
lia sunt opera tua domine:
in multitudine virtutis tuæ
mentiētur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, &
psallat tibi: psalmum dicat
nomini tuo.

Venite, & videte opera
Dei: terribilis in consiliis,
super filio hominum.

Qui cōuertit mare in ari-
dā, in flumine pertrāsibūt
pedes: ibi lætabimur in ip̄o.

Qui dominatur in virtu-
te sua in æternū, oculi ei⁹
super gētes respiciūt: qui
exasperant, nō exaltentur
in semetip̄is.

Benedicite gentes Deum
nostrum: & auditam facite
vocem laudis eius.

Qui posuit animā meam
ad vitam: & non dedit in
cōmōtionem pedes meos.

Quoniam probasti nos

Dominica ad Laudes.

deus: igne nos examinasti:
sicut examinatur argentū.

Induxisti nos in laqueū,
posuisti tribulationes in
dorso nostro: imposuisti
hoīes super capita nostra.

Transuimus per ignē, &
aquam: & eduxisti nos in
refrigerium.

Introibo in domum tuam
in holocaustis: reddā tibi
vota mea, quæ distinxerūt
labia mea.

Et locutum est os meum:
in tribulatione mea.

Folocausta medullata of-
feram tibi, cum incenso a-
rietum: offeram tibi boues
cum hircis.

Venite, audite, & narrabo
omnes qui timetis deum,
quanta fecit animæ meæ.

Ad ipsum ore meo clama-
ui: & exaltaui sub lingua
mea.

Iniquitatem si aspexi in
corde meo: non exaudiet
dominus.

Propterea exaudiuit de⁹:
& attēdit voci deprecation-
nis meæ.

Benedictus deus, qui nō
amouit orationem meam:
& misericordiam suam à
me.

Psalmus. 95.

Cantate dño canticū
nouum: cantate do-
mino omnis terra.

Cantate Domino, & be-
nedicite nomini eius: an-
nuntiate de die in diem sa-
lutare eius.

Annūtiatē inter gētes glo-
riam eius: in omnibus pop-
ulis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dñs, &
laudabilis nimis: terribilis
est super omnes deos.

Quoniam omnes dij gen-
tium dæmonia: Dominus
autem cælos fecit.

Confessio, & pulchritu-
do in conspectu eius, san-
ctimonia, & magnificentia
in sanctificatione eius.

Afferte dño patriæ gen-
tium, afferte domino glo-
riam, & honorē: afferte do-
mino gloriā nomini eius.

Tollite hostias, & introi-
te in atria eius: adoratē dō-
minū in atrio sancto eius.

Cōmoueat̄ à facie eius
vniuersa terra: dicite in gē-
tibus quia dñs regnauit.

Etenim correxit orbē ter-
ræ qui non commouebi-
tur: iudicabit populos in
æquitate.

Ixtentur cæli, & exultet

terra: commoueat^r mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna sylvarum à facie domini, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

¶ **Cant. triū puer. Dan. 3.**

Benedicite omnia opera Domini, domino: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicite angelis dñi, dño: benedicite cæli domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ super cælos sunt, domino: benedicite oēs virtutes domini, domino.

Benedicite sol, & luna dño: benedicite stellæ cæli dño.

Benedicite imber, & ros domino: benedicite omnis spiritus Dei, domino.

Benedicite ignis, & æstus domino: benedicite frigus & æstas, domino.

Benedicite rores, & pruina domino: benedicite gelu, & frigus, domino.

Benedicite glacies, & nives domino: benedicite no-

ctes, & dies, domino.

Benedicite lux, & tenebræ dño: benedicite fulgura, & nubes, domino.

Benedicat terra dominum: laudet, & superexaltet eum in secula.

Benedicite montes & colles, dño: benedicite vniuersa germinantia in terra, dño.

Benedicite fontes, domino: benedicite maria, & flumina, domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis, domino. benedicite omnes volucres cæli, domino.

Benedicite omnes bestię, & pecora, domino. benedicite filij hominum, domino.

Benedicat Israel Dominum: laudet & superexaltet eum in secula.

Benedicite sacerdotes domini, domino: benedicite serui domini, domino.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum, domino: benedicite sancti, & humiles corde, domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael, dominum: laudate, & superexaltate eum in secula.

Benedicamus patrem, & fi-

Dominica ad Primam.

lium cum sancto Spiritu:
laudemus, & superexalte-
mus eum in secula.

Benedictus es domine in
firmamento cæli, & lauda-
bilis, & gloriosus, & super
exaltatus in secula. Amē.

¶ **Canticū Zachariæ pro-
phetæ. Et dicitur quotidie
ad Laudes. Luc. 1.**

Benedictus dominus
deus Israel: quia visi-
tauit & fecit redem-
ptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis no-
bis, in domo Dauid pue-
ri sui.

Sicut locutus est per os
sanctorū: qui à seculo sunt
prophetarum eius.

Salutem ex inimicis no-
stris: & de manu omnium
qui oderunt nos.

Ad faciendam misericor-
diam cum patribus nostris:
& memorari testamēti sui
sancti.

Iusiurandū quod iurauit
ad Abraham patrem nostrū:
datum se nobis.

Vt sine timore de manu
inimicorum nostrorum li-
berati: seruiamus illi.

In sanctitate & iustitia eo-
rū ipsō: omnibus diebus nostris,

Et tu puer propheta altis-
simi vocaberis. præbis etiā
ante faciem domini, para-
re vias eius.

Ad dandam scientiam sa-
lutis plebi eius: in remissio-
nem peccatorum eorum.

Per viscera misericordiæ
dei nostri: in quibus visita-
uit nos oriens ex alto.

Illuminare his qui in tene-
bris, & in umbra mortis se-
dent: ad dirigendos pedes
nostros in viam pacis.

¶ **Ad primam. Antiph.**
Vtinam, **Psalmus. 33.**



Deus in nomi-
ne tuo saluā
me fac: & in
virtute tua
iudica me.

Deus exau-
di orationē meā: auribus
percipe verba auris mei.

Quoniā alieni insurrexe-
rūt aduersum me, & fortes
quæsierunt animā meam:
& non proposuerunt deū
ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat
me: & dominus susceptor
est animæ meæ.

Auerte mala inimicis me-
is: & in veritate tua disper-
de illos.

Voluntarie sacrificabo tibi: & cōstebor noī tuo domine, quoniā bonum est.

Quoniā ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus. **Psalms 113.**

Beati immaculati in via: qui ambulant in lege domini.

Beati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatē: in viis eius ambulauerunt.

Tu mandasti mādata tua: custodiri nimis.

Vtinā dirigatur viā meā: ad custodiendas iustificationes tuas.

Tunc non confundar: cū perspexero in omnib⁹ mā datis tuis.

Cōstebor tibi in directio ne cordis: in eo quod didici iudicia iustitiæ tuæ.

Iustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

In quo corrigit adolescens viam suā: in custodiendo sermones tuos.

In toto corde meo exquirui te: ne repellas me a mā

datiis tuis.

In corde meo abscondi eloquia tua: vt nō peccē tibi.

Bene dictus es Dne: doce me iustificationes tuas.

In labiis meis pronuntiaui: omnia iudicia oris tui.

In via testimoniorū tuorum delectatus sum: sicut in omnibus diuitiis.

In mādatiis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.

In iustificationib⁹ tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Retribue seruo tuo, viuifica me: & custodiā sermones tuos.

Reuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua.

Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua.

Concupiuit aīa mea desiderare iustificationes tuas in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mā datis tuis.

Aufer a me opprobriū, & contemptū: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes, & aduersum me lo-

Dominica ad Primam.

quebantur : seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Nā & testimonia tua meditatio mea est: & consiliū meum iustificationes tuæ.

Ad hæc sit pauimēto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.

Vias meas enūtiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationū tuarū instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.

Viam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Ad hæc testimoniū tuū dñe: noli me confundere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

¶ **S**ymbolū Athanasij epi.

Quicumq; vult salu⁹ esse: ante omnia opus est, vt teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuio latamque ser-

uauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autē catholica hæc est, vt vnum Deum in trinitate: & trinitatem in vnitatem veneremur.

Neque cōfundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est em̄ psona patris, alia filij, alia spūs sancti.

Sed patris, & filij, & spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis gloria, cōterna maiestas.

Qualis pater, talis filius: talis spiritus sanctus.

Increatus pater, increatus filius: increat⁹ spūs sctūs.

Immensus pater, immensus filius: immensus spiritus sanctus.

Aeternus pater, æternus filius: æternus spūs sctūs.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut nō tres increati, nec tres immensū: sed vnus increatus, & vnus immensus.

Similiter omnipotens pater, oīpotens filius: omnipotens spiritus sanctus.

Et tamen, non tres omnipotentes: sed vnus omni-
potens.

Ita, deus pater, de⁹ filius: deus spiritus sanctus.

Et tamen, nō tres dij: sed vnus est deus.

Ita, dominus pater, dominus filius: dominus spiritus sanctus.

Et tamen non tres domini: sed vnus est dominus.

Quia, sicut sigillatim vnāquamq; personam, deum, ac dominū confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres deos, aut dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à patre solo est: nō factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à patre, & filio: non factus nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo pater, nō tres patres: vnus filius, nō tres filij: vnus spiritus sanctus, non tres spiritus sancti.

Et in hac trinitate nihil prius, aut posterius: nihil maius, aut minus: sed totæ tres personæ coæternæ sibi sunt, & coæuales.

Ia, vt per omnia, sicut iā

supradictum est: vt vnitas in trinitate, & trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo salu⁹ esse: ita de trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta: vt credamus, & confiteamur, quia Domin⁹ noster Iesus Christus Dei filius: Deus, & homo est.

Deus est ex substantia patris, ante secula genitus: & homo est ex substantia matris in seculo natus.

Perfectus deus, perfectus homo, ex asa rationali: & humana carne subsistens.

Aequalis patri, secundum diuinitatem: minor patre, secundum humanitatem.

Qui licet deus sit, & homo: non duo tamen: sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnē: sed assumptione humanitatis in deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.

Dominica ad Tertiam.

Nam sicut anima rationalis, & caro vnus est homo: ita deus & domo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos: sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos, & mortuos.

Ad cuius aduentum, omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis propriis rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides catholica, quã nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit: saluus esse non poterit.

Antiph. Utinam dirigantur viæ meæ, ad custodiendas iustificationes tuas.

¶ Prædictum symboli dicitur ad primam: in dñicis diebus, per totum annu, siue sat offm de dñica, siue de aliquo festo, aut octaua in ea incidenti. ¶ Ad tertiã. Añã. Da mihi. Psalmus.



Egem pone mihi domine viã iustificationum tuarũ: & exquiram eam

semper.

Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.

Deduc me in semita mandatorum tuorum: quia ipsam volui.

Inclina cor meũ in testimonia tua: & non in auaritiã.

Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.

Statue seruo tuo eloquiũ tuum: in timore tuo.

Amputa opprobriũ meũ quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.

Ecce concupiui mandata tua in æquitate tua viuifica me.

Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum, secundum eloquiũ tuum.

Et respondebo exprobrãtibus mihi verbũ: quia speraui in sermonibus tuis.

Et ne auferas de ore meo

verbum veritatis vsq; quæque: quia in iudicijs tuis speraui.

Et custodiã legem tuam semper: in seculum, & in seculum seculi.

Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.

Et loquebar de testimonijs tuis in conspectu regum: & non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.

Et leuaui manus meas ad mandata tua, quæ dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Memor esto vbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.

Hæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquiũ tuum viuificauit me.

Superbi iniquè agebãt vsquæquæque: à lege autem tua non declinaui.

Memor fui iudiciorũ tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.

Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinqueatibus legem tuam.

Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ, in loco

peregrinationis meæ.

Memor fui nocte nominis tui domine, & custodiui legem tuam.

Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.

Portio mea domine, dixi, custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciẽ tuã in toto corde meo: misere mei scdm eloquiũ tuũ.

Cogitaui vias meas, & conuertii pedes meos, in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiã mandata tua.

Funes peccatorũ circumplexi sunt me: & legẽ tuã non sum oblitus.

Media nocte surgebã ad confitendũ tibi: super iudicia iustificationis tuæ.

Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.

Misericordia tua domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Bonitatem fecisti cum seruo tuo dñe: secundum verbum tuum.

Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Dominica ad sextam.

Prius quā humiliarer ego deliqui : propterea eloquium tuum custodiui.

Bonus es tu : & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.

Multiplicata est super me iniquitas superborū : ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.

Coagulatum est sicut lac cor eorum : ego verò legē tuam meditatus sum.

Bonū mihi, quia humiliasti me : vt discam iustificationes tuas.

Bonū mihi lex oris tui : super milia auri & argēti.

Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerūt me : da mihi intellectum, vt discam mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur : quia in verba tua supersperaui.

Cognoui domine quia equitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.

Fiat misericordia tua, vt cōsoletur me : secundum eloquiū tuum seruo tuo.

Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam : quia lex tua meditatio mea est.

Confundantur superbi,

quia iniuste iniquitatem fecerunt in me : ego autem exercebor ī mādati tuis.

Conuertatur mihi timentes te : & qui nouerunt testimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis : vt non confundar.

Añā. Da mihi intellectū & scrutabor legem tuam.

¶ Ad sextam. Añā. Tuus sum.

Psalmus.



Efecit in salutare tuum anima mea : & in verbū tuū supersperaui.

De fecerunt oculi mei in eloquium tuum : dicentes quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in pruina : iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui : quādo facies de persecutibus me iudicium.

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes : sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas : iniqui persecuti sunt me adiuua me.

Paulo minus cōsummauerunt

runt

rūt me in terra: ego autem
nō dereliqui mandata tua.
Secūdum misericordiam
tuam viuifica me: & custo-
diam testimonia oris tui.

In æternū domine: verbū
tuum permanet in celo.

In generatione, & genera-
tionem veritas tua: funda-
sti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseue-
rat dies: quoniam omnia
seruiunt tibi.

Nisi quod lex tua medita-
tio mea est: tunc forte pe-
riissem in humilitate mea.

In æternum nō obliuiscar
iustificaciones tuas: quia
in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego, saluū me
fac: quoniam iustificatio-
nes tuas exquisui.

Me expectauerunt pecca-
tores, vt perderent me: te-
stimonia tua intellexi.

Omnis consummationis
vidi finem: latum manda-
tum tuum nimis.

Quomodo dilexi le-
gem tuam domine?
tota die medita-

tio mea est.
Sup inimicos meos pru-
dentem me fecisti manda-
to tuo: quia in æternum

B. N.

mihī est.

Super omnes docētes me
intellexi: quia testimonia
tua meditatio mea est.

Sup senes intellexi: quia
mandata tua quæsiui.

Ab omni via mala prohi-
bui pedes meos: vt custo-
diam verba tua.

Aiudiciis tuis non decli-
naui quia tu legem posui-
sti mihī.

Quam dulcia faucibus
meis eloquia tua: super
mel ori meo.

Amandatis tuis intellexi:
propterea odiui omnem
viam iniquitatis.

Lucerna pedib⁹ meis v̄bū
tuū: & lumen semitis meis.
Iuravi & statui: custodire
iudicia iustitiæ tuæ.

Humiliatus sum vsque-
quaque domine: viuifica
me secundum verbū tuū.

Voluntaria oris mei be-
neplacita fac domine: & iu-
dicia tua doce me.

Anima mea in manibus
meis semper: & legem tuā
non sum oblitus.

Posuerunt peccatores la-
queum mihī: & de manda-
tis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testi-
monia tua.

b

Dominica ad Nonam.

monia tua in æternū: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciēdas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem.

Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adiutor, & susceptor meus es tu: & in verbum tuum supersperaui.

Decline a me maligni: & scrutabor mādata dei mei.

Suscipe me secundum eloquium tuum, & viam: & non confundas me ab expectatione mea.

Adiuuā me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.

Spreuisti omnes discedētes a iudiciis tuis: quia iniusta cogitatio eorum.

Preuaricātes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.

Confige timore tuo carnes meas: a iudiciis enim tuis timui.

Feci iudiciū, & iustitiā: nō tradas me calūniātib⁹ me.

Suscipe seruum tuum in bonum: non calūniētur me superbi.

Oculi mei defecerunt in

salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.

Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: & iustificationes tuas doce me.

Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, ut sciam testimonia tua.

Tempus faciēdi dñe: dissi pauerunt legem tuam.

Ideo dilexi mandata tua: super aurum, & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Añs. Tuus sum ego, saluū me fac.

¶ Ad Nonam. Antiph.
Declaratio. **Psalmus.**



Irabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.

Declaratio sermonis tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desiderabam.

Aspice in me, & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum.

Gressus meos dirige secū-

dum eloquium tuum: & nō dominetur mei omnis in iustitia.

Redime me à calumniis hominū: vt custodiā mandata tua.

Faciem tuam illumina super seruum tuum: & doce me iustificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia nō custodierunt legem tuam.

Iustus es domine: & rectū iudicium tuum.

Mandasti iustitiā testimonia tua. & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: quia oblitī sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehemēter: & seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua iustitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio, & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viam.

Clamauī in toto corde, exaudi me domine: iustificationes tuas requiram.

Clamauī ad te, saluum me fac: vt custodiam mandata tua.

Praueni in maturitate, & clamauī: quia in verba tua supersperauī.

Prauenērunt oculi mei ad te diluculo: vt mediterer eloquia tua.

Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.

Appropinquauerūt persequentes me iniquitati à lege autem tua longè facti sunt.

Prope es tu domine. & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de testimoniis tuis: quia in æternum fundasti ea.

Vide humilitatem meā & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: ppter eloquiū tuum viuifica me.

Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordie tuæ multæ

Dominica ad Vesperas.

Domine: secundum iudiciū tuum viuifica me.

Vulti qui psequuntur me & tribulant me: à testimoniis tuis non declinaui.

Vidi prauaricantes, & tabesceba: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborū tuorum veritas: in æternū omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.

Iniquitatem odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: super iudicia iustitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non est illis scandalum.

Expectabā salutare tuum dñe: & mādāta tua dilexi.

Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruauī mādāta tua, & testimonia tua: quia oēs viæ meæ in conspectu tuo.

Appropiuet deprecatio mea in conspectu tuo domine: iuxta eloquium tuū da mihi intellectum.

Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum, cūm docueris me iustificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mādāta tua equitas.

Iat manus tua, vt saluet me: quā mādāta tua elegi.

Concupiui salutare tuum domine: & lex tua meditatio mea est.

Viuet anima mea, & laudabit te: in iudicia tua adiuuabunt me.

Errauī, sicut ouis quæ perit: quare seruū tuū dñe, quia mādāta tua nō sum oblitus. **Añā.** Declaratio sermonū tuorū illuminat.

¶ Ad Vesperas. P̄sal. 109.



Dixit dñs dño meo, sede à dextris meis

Donèc ponā inimicos

tuos, scabellū pedū tuorū.

Virgā virtutis tuæ emittet Dñs ex Sion: dñare in medio inimicorū tuorū.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendoribus sanctorum: ex utero ante luciferum genui te.

Iuravit dñs, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Dñs à dextris tuis: cōfregit in die iræ suæ reges.

Iudicabit in nationib⁹, implebit ruinas: cōquassabit capita, in terra multorum.

De torrente in via bibit, propterea exaltabit caput.

Psalmus 110.

Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio iustorum, & congregatione.

Magna opera dñi: exquisita in oēs voluntates eius.

Confessio, & magnificentia opus eius: & iustitia ei⁹ manet in seculum seculi.

Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors, & miserator dñs: escā deditimentibus se.

Memor erit in seculū testamēti sui, virtutem ope-

rum suorum annuntiabit populo suo.

Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius, veritas, & iudicium.

Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculū seculi, facta in veritate, & æquitate.

Redemptionem misit dñs populo suo: mādauit in æternum testamentum suū.

Sanctum, & terribile nomen eius: initium sapientiæ, timor domini.

Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculū seculi.

Psalmus. 111.

In exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro.

Facta est Iudæa sanctificatio ei⁹, Israel potestas ei⁹.

Mare vidit, & fugit: Iordanis cōuersus est retrorsum.

Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium.

Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum?

Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouium.

Dominica ad Vesperas.

A facie domini mota est terra: à facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Non nobis dñe, nō nobis: sed nomini tuo da gloriā.

Uper mīa tua, & veritate tua: nequādo dicāt gētes, vbi est deus eorum.

Deus autē noster in cęlo: oīa quęcūq; voluit fecit.

Simulachra gentium argentum & aurum: opera manuum hominum.

Os habent: & non loquētur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & nō palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo.

Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel sperauit in domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Domus Aaron sperauit in domino: adiutor eorum, & protector eorum est.

Qui timēt dñm, speraue-

runt in dño: adiutor eorum, & protector eorum est.

Dominus memor fuit nostri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron.

Benedixit omnibus qui timent dominum: pusillis cum maioribus.

Adiiciat Dominus super vos: super vos, & super filios vestros.

Benedicti vos à domino: qui fecit cælum & terram.

Cælū cæli dño: terrā autē dedit filiis hominum.

Non mortui laudabunt te domine: neque omnes qui descendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus, benedicim⁹ domino: ex hoc nūc, & vsque in seculum.

¶ Canticum beatę virginis, & dicitur quotidie ad Vesperas. Lucę. i.

Magnificat: anima mea dominum.

Et exultauit spūs meus: in deo salutari meo.

Quia respexit humilitatē ancillę suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum

nomen eius.

Et mīa eius, à progenie in progenies: timentibus eū.

Fecit potētiam in brachio suo: disperfit superbos mē te cordis sui.

Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.

Furiētes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.

Suscepit Israel puerum suum: recordatus misericordix sux.

Sicut loquutus est ad patres nostros: Abraham, & femini eius in secula.

¶ **Ad Completorium.**

Psalmus 4.

Cum inuocarem exaudiuit me Deus iustitix mex: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei & exaudi orationem meam.

Filij hominum, vsquequo graui corde? ut quid diligitis vanitatem, & queritis mendacium?

Scitote, quoniam mirificauit Dominus sanctum suum: dominus exaudiet me, cum clamauero ad eū.

Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus ve-

stris compungimini.

Sacrificate sacrificiū iustitix, & speratæ in domino: multi dicunt quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui dñe: dedisti latitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam & requiescam.

Quoniam tu domine: singulariter in spe: constituiti me.

Psalmus. 30.

In te domine speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.

Inclina ad me aurem tuā: accelera vt eruas me.

Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.

Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuū deduces me, & enutries me.

Educes me de laqueo quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.

In manus tuas commendo spiritum meum: rede-

Domínica ad Completorium.

misti me domine, deus veritatis.

Psalmus 90.

Qui habitat in adiutorio altissimi: in protectione dei celi commorabitur.

Dicet dño, susceptor meus tu: & refugium meum deus meus: sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno.

Asagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab in cursu, & demonio meridiano.

Cadent à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.

Veruntamen oculis tuis considerabis: & retributionem peccatorum videbis.

Quoniam tu es domine spes mea: altissimum posuisti refugium tuum.

Non accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.

Quoniam angelis suis mandauit de te: ut custodiant te in omnibus viis tuis.

In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.

Super aspidem, & basiliscum ambulabis: & conculcabis leonem, & draconem.

Quia in me sperauit liberabo eum, protegá eum quem cognouit nomen meum.

Clamauit ad me, & ego exaudia eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum.

Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

¶ Canticum Simeonis prophete, & dicitur quotidie ad Completorium, Luc. 2.

Nunc dimittis seruum tuum dñe: secundum verbum tuum in pace.

Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.

Quod parasti: ante faciem omnium populorum.

Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tue Israel.

¶ Feria secunda ad Mattheum, Psalmus 30.



Nte domine
speraui, non
confundar in
aeternum in
iustitia tua

libera me.

Inclina ad me aurem tuam:
ac celera ut eruas me.

Esto mihi in Deum pro-
tectorem, & in domum re-
fugij: ut saluum me facias.

Quonia fortitudo mea &
refugiū meū es tu: & pro-
pter nomē tuum deduces
me, & enutries me.

Educes me de laqueo hoc
quē absconderūt mihi: quā
tu es protector meus.

In manus tuas commēdo
spiritum meum: redemisti
me dñe Deus veritatis.

Odisti obseruantes vani-
tates: superuacue.

Ego autē in domino spe-
raui: exultabo, & letabor
in misericordia tua.

Quā respexisti humilita-
tem meā: saluasti de neces-
sitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in ma-
nibus inimici: statuisti in
loco spatioso pedes meos.

Miserere mei dñe, quo-
niam tribulor: conturba-
tus est in ira oculus meus

anima mea & vter meus.

Quonia defecit in do-
lore vita mea, & anni mei
in gemitibus.

Infirmata est in pauperta-
te virtus mea, & ossa mea
conturbata sunt.

Super omnes inimicos
meos factus sum oppro-
brium vicinis meis valde,
& timor notis meis.

Qui videbant me, foras
fugerunt à me. obliuioni
datus sum, tanquam mor-
tuus à corde.

Factus sum tanquam vas
perditum: quā audiui vitu-
perationem multorū cō-
morantium in circuitu.

In eo dū cōuenirēt simul
aduersum me: accipere ani-
mā meam consiliati sunt.

Ego autem in te speraui
domine: dixi, Deus meus
es tu, in manibus tuis for-
tes mex.

Eripe me de manu inimi-
corum meorum, & à per-
sequentibus me.

Illustra faciē tuam super
seruum tuum, saluum me
fac in misericordia tua: do-
mine non confundar, quo-
niam inuocaui te.

Erubescant impij, & de-

Ducantur in infernum: multa fiant labia dolosa.

Quę loquuntur aduersus iustum iniquitatem, in superbia, & in abusione.

Quam magna multitudo dulcedinis tuę dñe, quam abscondisti timentibus te.

Perfecisti eis qui sperant in te: in conspectu filiorum hominum.

Abscondes eos in abscondito faciei tuę, à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo, à cõtradictione linguarum.

Benedictus dñs: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi, in ciuitate munita.

Ego autem dixi in excessu mentis meę: proiectus sum à facie oculorum tuorum.

Ideo exaudisti vocem orationis meę, dum clamarem ad te.

Diligite dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requirit Dominus & retribuet abundantem facientibus superbiam.

Viriliter agite, & confortetur cor vestrum: omnes qui speratis in domino,

Psalmus. 309.

Iudicia Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & concludere aduersus eos, qui persequuntur me: dic animę meę, salus tua ego sum.

Cõfundatur, & reuereantur quęrentes animam meam.

Auertantur retrorsum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tanquam puluis ante faciem venti: & angelus domini coarctans eos.

Fiant vię illorum tenebrę, & lubricum: & angelus domini persequens eos.

Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: supuacue exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quę abscondit, apprehēdat eum: & in laqueum cadat in idipsum.

Anima autem mea exultabit in domino: & delectabitur super salutari suo.

Omnia ossa mea dicent, domine, quis similis tibi?

Eripiens inopem de manu

Fortiorū ei⁹, egenū & pauperem à diripiētibus eum.

Surgentes testes iniqui: quę ignorabam interrogabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatē animę meę.

Ego autē cūm mihi molesti essent, induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meā: & oratio mea in sinu meo conuertetur.

Quasi proximum, & quasi fratrem nostrum, sic cōplacebam: quasi lugens, & cōtristatus sic humiliabar.

Et aduersum me lætati sunt, & conuenerunt: congregata sunt super me flagella, & ignorauit.

Dissipati sunt, nec cōpūcti, tentauerunt me, subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.

Domine, quando respicies? restitue animā meam à malignitate eorū, à leonibus vnicam meam.

Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo graui laudabo te.

Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi ini-

quę: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam, mihi quidam pacificè loquebantur: & in iracūdia terrę loquentes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt super me os suū: dixerant, euge, euge, viderunt oculi nostri.

Vidisti, domine, ne sileas: domine, ne discedas à me.

Exurge, & intēde iudicio meo: Deus meus, & dñs meus in causam meam.

Iudica me secūdū iustitiā tuā domine, Deus meus: & nō supergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus suis, euge, euge, animę nostrę: nec dicant, deuorabimus eum.

E rubescant, & reuerentur simul: qui gratulantur malis meis.

Induantur confusione, & reuerentia: qui maligna loquuntur super me.

Exultent, & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius.

Et lingua mea meditabitur iustitiam tuā: tota die laudem tuam,

Feria. ij. ad Matutinum.

Psalmus. 104.

Confitemini domino, & inuocate nomen eius: annuntiate inter gentes opera eius.

Catate ei & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto eius: letetur cor quærentium dominum.

Quærite dominum, & confirmamini: quærite faciem eius semper.

Memoretote mirabilia eius quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.

Semen Abrahamæ serui eius: filij Jacob electi eius.

Ipse dñs Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

Memor fuit in seculum testamenti sui: verbi quæ mandauit in mille generationes.

Quod disposuit ad Abrahamam: & iuramenti sui ad Isaac.

Et statuit illud Jacob in præceptum: & Israel in testamentum æternum.

Dicens, tibi dabo terram Chanaan suniculum hereditatis vestre.

Cum essent numero breui: paucissimi; & incolæ eius.

Et pertransierunt de gen-

te in gentem: & de regno ad populum alterum.

Non reliquit hominem nocere eis, & corripuit per eis reges.

Nolite tangere Christos meos: & in prophetis meis nolite malignari.

Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.

Misit ante eos virum: in seruum venudatus est Ioseph.

Humiliauerunt in cõpedibus pedes eius, ferrum pertransiit animam eius: donec veniret verbum eius.

Eloquium domini inflammasit eum: misit rex, & soluit eum, princeps populorum, & dimisit eum.

Constituit eum dominum domus sue: & principem omnis possessionis sue.

Vterudiret principes eius sicut semetipsum: & senes eius prudentiam doceret.

Et intrauit Israel in Aegyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.

Conuertit cor eorum ut audirent populum eius: & do-

lum faceret in seruos eius.

Misit Moſen ſeruū ſuum Aarō quem elegit ipſum.

Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: & prodigiorum in terra Cham.

Miſit tenebras & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos.

Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.

Et dedit terra eorū ranas, in penetralibus regum ipſorum.

Dixit, & venit cynomyia & cyniphes, in omnibus ſinibus eorum.

Poſuit pluuias eorū grandinem: ignem comburentem in terra ipſorum.

Et percuiſit vineas eorū, & ficulneas eorum: & contriuit lignū ſiniū eorum.

Dixit, & venit locuſta, & bruchus, cuius non erat numerus.

Et comedit omne ſcēnū in terra eorū: & comedit omnem fructū terræ eorum.

Et percuiſit omne primogenitū in terra eorū: primitias omnis laboris eorū.

Et eduxit eos cum argento, & auro: & non erat in

tribubus eorum infirmus:

Legata eſt Aegypt⁹ in perfectione eorū: quia incubuit timor eorū ſup̄ eos.

Expandit nubem in protectionē eorū: & ignem, vt luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit coturnix, & pane cæli ſaturauit eos.

Dirupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in ſiccō flumina.

Quoniā memor fuit verbi ſancti ſui: quod habuit ad Abraham puerum ſuum.

Et eduxit populū ſuum in exultatione: & electos ſuos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt.

Vt cuſtodiāt iuſtificationes eius: & legem eius exquirant. ¶ **Ad Laudes.**

Psalmus. 97.



Cantate dōmino cantū: cum nouū: quia mirabilia fecit.

Saluauit ſibi dextera ei⁹: & brachiū ſanctum eius. **N**otum fecit dñs ſalutare ſuū: in cōſpectu gentium

reuelauit iustitiam suam.

Recordatus est misericordix suæ, & veritatis suæ, domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ: salutare Dei nostri.

Iubilate deo ois terra: cæta te, & exultate, & psallite.

Psallite domino in cithara, in cithara, & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ cornæ.

Iubilate in cõspectu regis dñi moueatur mare & plenitudo eius. orbis terrarũ, & qui habitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu domini: quoniam venit iudicare terrã.

Iudicabit orbem terrarũ in iustitia: & populos in æquitate.

Psalmus 103.

Benedic anima mea domino domine deus meus magnificatus es vehementer.

Confessionem, & decorẽ induisti: amictus lumine sicut vestimento.

Extendens cælum sicut pellem. qui tegis aquis superiora eius.

Qui ponis nubem ascen-

sum tuum: qui ambulat super pennas ventorum.

Qui facis Angelos tuos spiritus: & ministros tuos ignem vrentem.

Qui fundasti terrã super stabilitatẽ suã, nõ inclinabitur in seculum seculi.

Abyssus sicut vestimẽtum amictus eius: super montes stabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient: à voce tonitruu tui formidabunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi: in locum quem fundasti eis.

Terminũ posuisti quẽ nõ transgredientur: neq; cõuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in cõuallibus: inter mediũ montium pertransibunt aquæ.

Potabunt omnes bestie agri: expectabunt onagri in siti sua.

Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigãs mōtes de superioribus suis: de fructu operũ tuorum satiabitur terra.

Producẽs fœnũ iumentis & herbam seruituti hoim. **V**educas panẽ de terra. &

vinum lætificet cor hoīs.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna cam-pi, & cedri Libani, quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

Erodij domus dux est eorū, montes excelsi ceruis: petra refugium herinacis.

Fecit lunam in tempora: sol cognouit occasum suum.

Posuit tenebras, & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestię siluę.

Catuli leonum rugientes vt rapiant: & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & cõgregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Fixit homo ad opus suū, & ad operationem suā usque ad vesperam.

Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Hoc mare magnū, & spaciosum manibus: illic reptilia, quorū nō est numerus.

Alia pusilla cū magnis: illic naues pertransibunt.

Vraco iste quem forma-

sti ad illudendū ei: omnia ad te expectant, vt des illis escam in tempore.

Ote te illis, colligēt: aperiente te manum tuā, omnia implebuntur bonitate.

Auertete autē te facie turbabuntur: auferes spiritum eorū, & deficient & in puluerem suum reuertentur.

Emitte spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terrę.

Sit gloria domini in seculum: letabitur dominus in operibus suis.

Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo domino in vita mea: psallam Deo meo quando sum.

Lucundum sit ei eloquiū meum: ego verò delectabor in domino.

Deficiāt peccatores à terra, & iniqui, ita vt nō sint: benedic anima mea dño.

¶ Canticum Esaię prophete. Cap. 12.

Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

Festa. ij. ad Primam.

Ecce deus saluator meus, fiducialiter agam, & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea dñs: & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris: & dicetis in illa die, Cōfitemini domino, & inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinūctōnes eius: memē-tote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate domino, quoniam magnificē fecit: annuntiate hoc in vniuersa terra.

Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

Deinde Canticum. Benedictus. *so. 1.*

¶ Ad Primam. Antipho. Vias tuas. *Psalmus. 22.*



Domin⁹ regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ, ibi me collocauit.

Super aquam refectōnis educauit me: animā meam conuertit,

Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen suum.

Nam si ambulauero in medio umbræ mortis, nō timebo mala: quoniam tu mecum es.

Virga tua, & baculus tu⁹: ipsa me consolata sunt.

Parasti in conspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.

Imoinguaisti i oleo caput meum: & calix meus inebrians, quā præclarus est?

Et misericordia tua subsequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.

Et vt inhabitem in domo domini: in longitudinem dierum. *Psalmus. 23.*

Domini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo.

Quia ipse sup maria fundauit eum: & super flumina preparauit eum.

Quis ascendet in mōtem domini? aut quis stabit in loco sancto eius?

Innocēs manibus, & mūdo corde, qui non accepit in vano aiām suā. nec iurauit in dolo proximo suo.

Hic

Hic accipiet benedictionem à Dno: & misericordiam à Deo salutari suo.

Hæc est generatio quæ ræ-tulum eum: quærentium faciem Dei Iacob.

At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus, fortis & potens: dominus potens in prælio.

At tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.

Quis est iste rex gloriæ? dominus virtutum ipse est rex gloriæ. *Psalmus. 24.*

Ad te domine lectaui animam meam: Deus meus in te confido non erubescam.

Neq; irideat me inimici mei: etenim vniversi q; sustinent te non confundentur.

Confundatur omnes iniqua agentes: superuacue.

Vias tuas domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.

Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es deus saluator meus, & te susti-

nui tota die.

Reminiscere miserationum tuarum domine: & misericordiarum tuarum, quæ à saculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineras.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam dñe.

Dulcis, & rectus dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas.

Vniversæ viæ domini, misericordia, & veritas re- qui- rentibus testamentum eius: & testimonia eius.

Propter nomen tuum domine, propitiaberis peccato meo: multum est enim.

Quis est homo qui timet dominum: legem statuit ei in via quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.

Oculi mei semper ad Do-

Veria. ij. ad Tertiam.

minum: quoniã ipse eu-
let de laqueo pedes meos.

Respice in me, & miserere
mei: quia vnicus & pauper
sum ego.

Tribulationes cordis mei
multiplicatæ sunt: de ne-
cessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meã, &
laborem meum: & dimitte
vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos,
quoniã multiplicati sunt;
& odio iniquo oderunt me.

Custodi animã meam, &
erue me: non erubescam
quoniam speravi in te.

Innocentes, & recti adhæse-
runt mihi: quia sustinui te.

Libera Deus Israel ex oi-
bùs tribulationibus suis.

Antiphona. Vias tuas do-
mine demonstra mihi.

Symbolũ Apostolorũ.

Credo in Deum pa-
trem omnipotentem:
Creatorem cæli, &
terræ.

Et in Iesum Christũ filiũ
eius vnicum dñm nostrũ.

Qui conceptus est de spi-
ritũ sancto, Natus ex Ma-
ria virgine.

Passus sub Pontio Pilato,
crucifixus, mortuus, & se-

pultus.

Descendit ad inferos, tertia
die resurrexit à mortuis.

Ascendit in cælum: sedet
ad dexteram Dei patris o-
mnipotentis.

Inde venturus est iudicare
vivos, & mortuos.

Credo in spiritũ sanctũ.

Sanctã ecclesiã catholicã.

Sãctorum cõmunionem,

Remissionem peccatorũ.

Carnis resurrectionem.

Vitam æternam. Amen.

¶ **P**redictũ symbolum di-
citur semper ad primã in
omnibus diebus **pe**ter-
quam in Dominicis.

¶ **A**d tertiam. **Antiph.**
Ab occultis. **Psalmus. 12.**

Ixit inspiẽs
i corde suo:
nõ est deus.

Corrupti,
sunt, & abo-
minabiles facti sunt in stu-
diis suis: non est qui faciat
bonum, non est vsque ad
vnum.

Dominus de cælo prospe-
xit super filio: hominum:
vt videat, si est intelligens,
aut requires deum.

Omnes declinauerunt, si-
mul inutiles facti sunt: nõ

est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Sepulchrū patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant, venenū aspidum sub labiis eorum.

Quorū os maledictione, & amaritudine plenum est: veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem.

Contritio, & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscēt omnes qui operātur iniquitatem: qui deuorant plebē meam sicut escam panis?

Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam dominus in generatione iusta est, cōsiliū inopis confudistis, quoniā dominus spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit iacob, & ixtabitur Israel.

Psalmus. 118.

COELI enarrant gloriam Dei, & opera manū eius annun-

tiant firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neq; sermones: quorum nō audiantur voces eorum.

In omnem terrā exiuit sonus eorū: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum. & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

Exultauit vt gigas ad currendam viā: à summo cælo egressio eius.

Et occursum eius vsque ad summū eius: nec est qui se abscondat à calore eius.

Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstās paruulis.

Iustitiæ domini rectæ, lætificantes corda: præceptū domini lucidum, illuminans oculos.

Timor Dñi sanctus, permanens in seculum sæculi: iudicia domini vera, iustificata in semetipsa.

Desyderabilia super aurum & lapidem pretiosum

multum: & dulciora super
mel & fauam.

Etenim seruus tuus custo
dit ea: in custodiendis illis
retributio multa.

Delicta quis intelligit? ab
occultis meis munda me: &
ab alienis parce seruo tuo.

Si mei non fuerint domi
nati, tunc immaculatus ero,
& emundabor à delicto ma
ximo.

Et erunt, vt complacent
eloquia oris mei: & medi
tatio cordis mei in conspe
ctu tuo semper.

Domine adiutor meus: &
redemptor meus. *Psalm. 19.*

Exaudiat te Dominus
in die tribulationis:
protegat te nomen
Dei Iacob.

Mittat tibi auxiliū de san
cto: & de Sion tueatur te.

Memor sit omnis sacrificij
tui: & holocaustum tuū
pingue fiat.

Tribuat tibi secundum cor
tuum: & omne consiliū
tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo:
& in nomine dei nostri ma
gnificabimur.

Impleat Dominus omnes
petitiones tuas nunc cogno

ui, quoniam saluum fecit
dominus Christum suum.

Exaudiet illū de celo san
cto suo: in potentatibus sa
lus dexteræ eius.

Msi in curribus, & hi in e
quis: nos autem in nomi
ne Domini Dei nostri in
uocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceci
derunt: nos autem surrexi
mus & erecti sumus.

Domine saluum fac regē:
& exaudi nos in die, qua
inuocauerimus te.

Antiph. Ab occultis meis
munda me, & ab alienis par
ce seruo tuo.

Ad Sextam. Antiph.
In deo. *Psalmus. 18.*



Dixi, Custo
diam vias
meas: vt
non delin
quā in lin
gua mea.

Posui ori
meo custodiā cū cōsisteret
peccator aduersum me.

Oblutus, & humiliatus
sum, & silui à bonis: & do
lor meus renouatus est.

Concaluit cor meū intra
me: & in meditatione mea
exardescet ignis.

Loquutus sum in lingua mea: notum fac mihi domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est? ut sciam quid desit mihi.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.

Veruntamen uniuersa uanitas, omnis homo uiuens.

Veruntamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.

Theaurizat: & ignorat cui congregabit ea.

Et nunc, quae est expectatio mea? none Dominus: & substantia mea apud te est?

Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.

Obmutui, & non aperui os meum: quonia tu fecisti: amoue a me plagas tuas.

A fortitudine manus tuae ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominem.

Et tabescere fecisti sicut asinam animam eius: ueruntamen uanè conturbatur omnis homo.

Exaudi orationem meam domine, & deprecationem

meam: auribus percipe: lachrymas meas.

Ne files quonia aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquam abeam, & amplius non ero. *Psal. 66.*

Nonne Deo subiecta erit anima mea? Ab ipso enim salutare meum.

Nam & ipse deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebo amplius.

Quousque irruitis in hominem? iterfacitis uniuersi uos: tanquam parieti inclinato, & maceris depulsa?

Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere, cui curri in siti: ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant.

Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.

Quia ipse Deus meus, & saluator meus, adiutor meus, non emigrabo.

In Deo salutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in deo est.

Esperate in eo omnis con-

Feris. ii. ad Nonam.

gregatio populi, effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.

Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in stateris, vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.

Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiscere: diuitiæ si affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus est Deus, duo hæc audiui: quia potestas dei est, & tibi domine misericordia: quia tu reddes unicuique iuxta opera sua.

Psalmus. 114.

Dilexi, quoniam exaudiet dominus: vocem orationis meę.

Quia inclinauit aurę suę mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdediderunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

Domine libera animam meam, misericors Dominus & iustus: & Deus noster miseretur.

Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum & liberauit me.

Convertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi.

Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapsu.

Placebo domino: in regione viuorum. **Antiphona.** In Deo salutare meum, & gloria mea.

¶ Ad Nonam. Antiphona. Deus.

Psalmus. 70.



Vi regis Israel intede: qui deducis velut ouem, Ioseph.

Qui sedes super Cherubin, manifestare coram Ephraim, Benjamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & saluuerimus.

Domine Deus virtutum, quousque irasceris super orationem serui tui?

Cibauit nos pane lachrymarum: & potum dabis nobis

in lachrymis in mensura.

Posuiti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannaue runt nos.

Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuā, & salui erimus.

Vineam de Aegypto trāstulisti: eiecisti gentes, & plantasti eam.

Dux itineris fuisti in conspectu eius: & plantasti radices eius, & impleuit terrā,

Operuit montes umbra ei⁹: & arbuta eius cedros dei.

Extendit palmites suos vsque ad mare & vsq; ad flumen propagine eius.

Vt quid destruxisti mœriā eius: & vindemiant eam omnes qui prætergrediuntur viam?

Exterminauit eā aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.

Deus virtutum conuertere: respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.

Et percute eam, quam plantauit dextera tua, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.

Incensa igni, & suffossa: ab increpatione vultus tui

peribunt.

Fiat manus tua super virū dexteræ tuæ: & super filiū hoīs, quē confirmasti tibi.

Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.

Dñe deus virtutū conuerte nos: & ostēde faciē tuā, & salui erimus. **Psal 98.**

Dominus regnauit, irascantur populi: qui sedes sup Cherubim, moueatur terra:

Dñs in Sio magn⁹: & excelsus super oēs populos.

Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctū est: & honor regis iudicium diligit.

Tu parasti directiones: iudicium & iustitiā in iacob tu fecisti.

Exaltate dominū deū nostrū, & adorare scabellū pedum eius: qm̄ sanctum est.

Moyse, & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.

Inuocabant Dñm, & ipse exaudiebat eos: in colūna nubis loquebatur ad eos.

Custodiebant testimonia eius, & præceptum, quod

dedit illis.

Domine Deus noster tu exaudiebas eos: de^o tu propitius fuisti eis, & visceres in oēs adinuationes eorū.

Exaltate dominum deum nostrū, & adorete in monte sancto eius. quoniam sanctus domin⁹ deus noster.

Psalmus. 125.

In conuertendo dñs captiuitatē Sion: facti sumus sicut consolati.

Tunc repletū est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiscū: facti sumus lætantes.

Conuertere Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro.

Qui seminant in lachrymis: in exultatione metēt.

Euntes ibant & fiebant, mittentes semina sua.

Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos.

Antipha. Deus virtutum conuertere nos.

V. Ad vesp̄as. Psal. 76.

Voce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus.

Renuit consolari aīa mea: memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum. & defecit spūs meus.

Anticipauerunt vigiliæ oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.

Cogitavi dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Et meditatus sum nocte cū corde meo: & scopebā spiritum meū.

Nūquid in æternū proiciet Deus? aut, nō apponet vt cōplacitor sit adhuc?

Aut in finē misericordiæ suam abscondet, à generatione in generationem?

Aut obliuiscetur misereri deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?

Et dixi, Nunc cœpit hæc mutatio dexteræ excelsi.

Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operib⁹ tuis: & in adinventionibus tuis exercebor.

Deus in sancto via tua: quia Deus magnus sicut Deus noster: tu es Deus qui facis mirabilia.

Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph.

Viderunt te aquae deus, viderunt te aquae: & timuerunt & turbatae sunt abyssi.

Multitudo sonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Et tem sagittae tuae transierunt: vox tonitruum tuum in rota.

Illuxerunt coruscationes tuae orbi terrae: commota est, & contremuit terra.

In mari via tua, & semitae tuae: in aquis nautis: & vestigia tua non cognoscuntur.

Deductisti sicut oves populum tuum: in manu Moyse, & Aaron. *Psalm. 124.*

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax.

Quid retribuam domino, pro omnibus quae retribuit mihi?

Calicem salutaris accipiam: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius.

O domine, quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis: & nomen domini inuocabo.

Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atris domus domini, in medio tui Iherusalem. *Psalm. 142.*

Domine exaudi orationem meam, auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non inuies in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam meam humiliavit in terra vitam meam.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi: & anxius est super me spiritus meus: in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum: meditatus sum in

Feria. ij. ad Completorium.

omnibus operibus tuis: & in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine: defecit spiritus meus.

Non auertas faciem tuam a me: & similis ero descendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manum tuam: quia in te speravi.

Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuavi animam meam.

Ripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum domine viuificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quonia in te seruus tuus sum. **Deinde.**

Magnificat anima. fol. 11.

¶ Ad Completorium. Psal. 7.

Domine Deus meus in te speravi: saluum me fac ex omnibus

persequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.

Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuendis mihi mala: decidam merito, ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat: & conculcet in vitam meam: & gloriara meam in puluerem deducat.

Exurge domine in ira tua: & exaltare in sinibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in precepto quod mandasti: & sinagoga populorum circumdabit te.

Et propter hoc in altum regredere: dominus iudicat populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam: & secundum innocentiam meam super me.

Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum: scrutans corda, & renes deus.

Iustum adiutorium meum a Domino: qui saluos facit

rectos corde.

Deus iudex iustus, fortis,
& patiens: nunquid irascitur per singulos dies?

Nisi conuersi fueritis, gladius suus vibrauit: arcum suum tetendit, & parauit illum.

Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorem: & peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini domini altissimi.

Psalmus. 14.

Domine: quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiam.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolium in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos

suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius maligni: timentes autem dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit, qui pecuniam suam non dedit ad usuram: & munera super innocentem non accepit.

Qui facit haec, non comuebitur in aeternum.

Psalmus. 124.

Qui confidunt in domino, sicut mons Sion: non commouebitur in aeternum, qui habitat in Ierusalem.

Montes in circuitu eius: & dominus in circuitu populi sui: ex hoc nunc & usque in saeculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas.


Bene fac domine bonis, & rectis corde.

Declinantes autem in obligationes adducet dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

Deinde. Nunc dimittis. folio. 12.

Feria tertia ad Matutinum.

Psalms. 36.



Noli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Quoniam tanquam scœnũ velociter arescent: & quæ admodum olera herbarũ cito decident.

Spera in dño, & fac bonitatem: & inhabita terram, & pascaris in diuitiis eius.

Delectare in dño: & dabit tibi petitiones cordis tui.

Reuela dño viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.

Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuũ tanquã meridiẽ: subditus esto dño, & ora eum.

Noli æmulari in eo: qui prosperatur in via sua, in hęc faciente iniustitias.

Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari, vt maligneris.

Quoniã qui malignatur, exterminabũtur: sustinentes autem dominũ, ipsi hæ rediũt bunt terram.

Et adhuc pusillum, & nõ erit peccator: & quæres lo

cum eius, & non inuenies.

Mausueti autem hæreditabunt terrã, & delectabuntur in multitudine pacis.

Chseruabit peccator iustum, & stridebit super eũ dentibus suis.

Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit, quod veniet dies eius.

Gladium euaginauerũnt peccatores, intenderũt arcum suum.

Vt decipiat, pauperem & inopem, vt trucidet rectos corde.

Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.

Melius est modicũ iusto, super diuitias peccatorum multas.

Quoniam brachia peccatorum conterentur: cõfirmat autẽ iustos dominus.

Nouit dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.

Non cõfundentur in tempore malo, & in diebus famis saturabũtur. quia peccatores peribunt.

Inimici verò dñi, mox vò honorificati fuerint, & exaltati: deficientes, quemad

modum fumus deficient.

Mutuabitur peccator, & non soluet: iustus autē miseretur, & retribuet.

Quia benedicētes ei hære ditabūt terram. maledicētes autem ei, disperibunt.

A pud dominū gressus hominis dirigentur: & viam eius volet.

Cum ceciderit, non collidetur: quia dominus supponit manum suam.

Iunior sui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum: nec semen eius querens panem.

Tota die miseretur, & cōmodat & semē illius in benedictione erit.

Decлина à malo, & fac bonum, & inhabita in sœculum sœculi.

Quia dominus amat iudicium: & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.

In iusti punientur. & semē impiorum peribit.

Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in sœculū sœculi super eam.

Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.

Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.

Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.

Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.

Expecta dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te, vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores, videbis.

Vidi impium superexaltatum, & eleuatum, sicut cedros Libani.

Et trāsui, & ecce nō erat: quæsiui eum, & nō est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide equitatē: quoniam sunt reliquæ homini pacifico.

In iusti autem disperibūt: simul reliquæ impiorum interibunt.

Salus autem iustorū à domino: & protector eorum in tempore tribulationis.

Et adiuuabit eos dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerūt in eo.

Psalmus. 41.

Deus, auribus nostris
audiuimus: patres
nostri annuntiaue-
runt nobis.

Opus, quod operatus es in
diebus eorum: & in diebus
antiquis.

Manus tua gentes disper-
didit, & plantasti eos: af-
fixisti populos, & expul-
listi eos.

Nec enim in gladio tuo pos-
sederunt terram, & brachium
eorum non saluauit eos.

Sed dextera tua, & bra-
chium tuum, & illumina-
tio vultus tui: quoniam com-
placuisti in eis.

Tu es ipse rex meus, &
deus meus, qui mandas sa-
lutes Iacob.

In te inimicos nostros ve-
tilabimus cornu: & in no-
mine tuo spernemus insur-
gentes in nobis.

Non enim in arcu meo spe-
rabo: & gladius meus non
saluabit me.

Saluasti enim nos de affli-
gentibus nos: & odientes
nos confundisti.

In Deo laudabimur tota
die: & in nomine tuo con-
fitebimur in seculum.

Nunc autem repulisti, &

confudisti nos: & non e-
gredieris Deus in virtuti-
bus nostris.

Auertisti nos retrorsum
post inimicos nostros: &
qui oderunt nos, diripie-
bant sibi.

Dedisti nos tanquam oves
escarum: & in gentibus di-
spersisti nos.

Vendidisti populum tuum
sine pretio: & non fuit mul-
tudo in commutationi-
bus eorum.

Posuisti nos opprobrium
vicinis nostris, subsanna-
tionem, & derisum his, qui
sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudi-
nem gentibus: commotio-
nem capitis in populis.

Tota die verecundia mea
contra me est: & confusio
faciei meae cooperuit me.

Voce exprobrantis, &
obloquentis: a facie inimi-
ci, & persequentis.

Haec omnia venerunt su-
per nos, nec oblitus sumus
te: & inique non egimus in
testamento tuo.

Et non recessit retro cor
nostrum: & declinasti sem-
tas nostras a via tua.

Quoniam humiliasti nos

in loco afflictionis: & eo
peruit nos umbra mortis.

Si oblitus sumus nomen dei
nostri: & si expandimus
manus nostras ad Deum
alienum.

Nonne deus requiret ista:
ipse enim nouit abscondi-
ta cordis.

Quoniam propter te mor-
tificamur tota die: aestima-
ti sumus, sicut oues occi-
sionis.

Exurge, quare obdormis
domine? exurge, & ne re-
pellas in finem.

Quare faciem tuam auertis,
obliuisceris inopiam nostram
& tribulationis nostrae?

Quonia, humiliata est in
pulvere anima nostra: con-
glutinator est in terra ven-
ter noster.

Exurge dñe, adiuua nos:
& redime nos, propter no-
men tuum. *Psalms. 108.*

Deus, laudem meam
ne tacueris: quia os
peccatoris, & os do-
losi super me apertum est.

Loquuti sunt aduersum
me lingua dolosa, & ser-
monibus odii circunde-
runt me: & expugnaverunt
me gratis.

Pro eo ut me diligerent,
detrahebant mihi: ego au-
tem orabam.

Et posuerunt aduersum me
mala pro bonis: & odium
pro dilectione mea.

Constitu super eum pec-
catorem: & diabolus stet à
dextris eius.

Cum iudicatur, exeat con-
denatus: & oratio eius fiat
in peccatum.

Fiat dies eius pauci: & ep-
iscopatum eius accipiat alter.

Fiant filij eius orphani: &
vxor eius vidua.

Nutates transferatur filij
eius & mendicet: & eician-
tur de habitationibus suis.

Scrutetur fornicator oem
substantiam eius: & diripiat
alieni labores eius.

Non sit illi adiutor: nec
sit qui misereatur pupillis
eius.

Fiant nati eius in interi-
tū. in generatione vna de-
leatur nomen eius.

In memoriam redeat ini-
quitas patrum eius, in cō-
spectu dñi: & peccatū ma-
tris eius non deleatur.

Fiant contra Dominum
semper, & dispereat de ter-
ra memoria eorum: pro

ed quod non est recordatus facere misericordiam.

Et persecutus est hominē inopem, & mendicū, & cō punctū corde mortificare.

Et dilexit maledictionē, & veniet ei: & voluit benedictionem, & elongabitur ab eo.

Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intravit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.

Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dñm: & qui loquuntur mala adversus animam meam.

Et tu dñe dñe, fac mecum propter nomen tuū: quia suavis est misericordia tua

Libera me, quia egenus & pauper ego sum: & cor meum cōcurbatum est intra me.

Sicut umbra cū declinat, ablati sum: & excussus sum, sicut locustæ.

Geuvæ meæ infirmatæ sunt à ieiunio: & caro meæ immutata est propter oleū.

But ego factus sum oppro-

brium illis: viderunt me, & moverunt capita sua.

Adriua me domine deus meus: saluum me fac secundum misericordiā tuam.

Et scient, quia manus tua hæc: & tu dñe fecisti eam.

Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgūt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi pudore: & operiantur, sicut diploide confusione sua.

Consitchor dño nimis in ore meo. & in medio multorum laudabo eum.

Qui assistit à dextris pauperis: ut saluā faceret à persequentibus animam meā.

¶ **A**d Laudes. **P**sal. 94.

Venite exultemus domino, iubilem⁹ deo salutari nostro.

Prooccupemus faciē eius in confessione: & in psalmis iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus dominus, & rex magn⁹ super omnes deos.

Quia in manu eius sunt fines terræ: & altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam ipsius est mare, & ipse

& ipse fecit illud: & sicam manus eius formauerunt.

Venite adoremus & procidamus, & ploremus ante dominum, qui fecit nos: quia ipse est dñs Deus nr.

Et nos populus pascuæ eius: & oves manus eius.

Nodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.

Sicut in irritatione: secundum diem tentationis in deserto.

Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea.

Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi semp, hi errant corde.

Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Psalmus. 140.

Exaltabo te deus in saeculum: & benedicam nomini tuo in saeculum: & in saeculum saeculi.

Magnus dominus, & laudabilis nimis. & magnitudinis eius non est finis.

Generatio, & generatio laudabunt opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt.

Magnificentiam gloriae san-

B. N.

ctitatis tuae loquentur: & mirabilia tua narrabunt.

Et virtutem terribiliu tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.

Memoria abundantiae suauitatis tuae exultabunt: & iustitia tua exultabunt.

Miserator, & misericors dominus: patiens, & multum misericors.

Quiauis dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.

Confiteatur tibi domine omnia opera tua: & sancti tui benedicant tibi.

Gloriam regni tui dicent: & potentia tua loquentur.

Et notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiae regni tui.

Regnum tuum, regnu omnium saeculoru & dominatio tua in omni generatione, & generationem.

Fidelis dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.

Culi omnium in te sperant domine: & tu das escam

d

illorum in tempore oportuno.

Aperis tu manum tuam: & implebis omne animal benedictione.

Iustus dominus in omnibus viis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

Prope est dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timetium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos.

Custodit dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet.

Laudationem domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

Canticum Ezechie.

Isa. 38.

Ego dixi, in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quia reliquum annorum meorum dixi, non videbo dominum Deum in terra viuentium.

Non aspiciam hominem ultra & habitatorem quietis.

Generatio mea ablata est & conuoluta est a me: quasi tabernaculum pastorum.

Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me, de mane vsque ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa mea.

De mane vsque ad vesperam finies me, sicut pullus hirudinis sic clamabo: meditabor vt columba.

Atenuati sunt oculi mei; suspicientes in excelsum.

Domine vim patior, responde pro me. quid dicam aut quid respondebit mihi cum ipse fecerim?

Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine anime mee.

Domine si sic viuatur, & in talibus vita spiritus mei: corripies me, & uiuificabis me. ecce in pace amaritudo mea amarissima.

Tu autem eruisti animam meam vt non periret: proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors

laudabit te: non expectabunt qui descendunt in lacum veritatem tuam.

Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filiis notā faciet veritatem tuam.

Domine saluum me fac: & psalmos nostros cātabim⁹ cunctis diebus vitę nostrę in domo domini.

¶ Deinde. Benedictus. fo.

70. ¶ Ad primam. 21. Mane astabo. Psalmus. 5.

Verba mea auribus percipe domine: intellige clamorem meū.

Intende voci orationis meę, rex meus & Deus meus.

Quoniam ad te orabo domine: mane exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.

Neque habitabit iuxta te malign⁹: neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.

¶ frum sanguinum & dosum abominabitur do-

minus: ego autem in multitudine misericordię tuę.

Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.

Domine deduc me in iustitia tua propter inimicos meos: dirige in conspectu tuo viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.

S:epulchrū patens est guttur eorum linguis suis dolose agebant: iudica illos Deus.

Decidāt à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorū expelle eos: quoniam irritauerunt te domine.

Et lætētur omnes qui sperant in te in æternū exultabunt & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.

Domine, vt scuto bonę voluntatis tuę coronasti nos.

Psalmus. 16.

Exaudi domine iustitiam meā: intende deprecationem meam.

Auribus percipe oratio-

nein meam, non in labiis
dolosis.

De vultu tuo iudiciū meū
prodeat: oculi tui videant
æquitatem.

Probasti cor meum, & vi-
stasti nocte: igne me exa-
minasti, & non est inuenta
in me iniquitas.

Vt nō loquatur os meum
opera hominum: propter
verba labiorum tuorū ego
custodiui vias duras.

Perfice gressus meos in se-
mitis tuis: vt non mouean-
tur vestigia mea.

Ego clamaui, quoniā ex-
audisti me Deus: inclina
aurem tuam mihi, & exau-
di verba mea.

Mirifica mias tuas, qui sal-
uos facis sperantes in te.

A resistētibz dextera tuę
custodi me, vt pupillam
oculi.

Sub umbra alarū tuarum
protege me, à facie impio-
rum qui me affligerunt.

Inimici mei animā meam
circūdederunt, adipē suū
concluserunt: os eorum
loquūtum est superbiā.

Rosicentes me, nūc cir-
cūdederunt me: oculos
suos statuerunt declinare

in terram.

Susciperunt me, sicut leo
paratus ad prædam: & si-
cut catulus leonis habitans
in abditis.

Exurge domine, præue-
ni eum, & supplanta eum:
eripe animā meam ab im-
pio, frameam tuam, ab ini-
micis manus tuę.

Domine à paucis de terra
diuide eos in vita eorū: de
absconditis tuis adimple-
tus est venter eorum.

Saturati sunt filii: & dimi-
serunt reliquias suas par-
nullis suis.

Ego autem in iustitia ap-
parebo conspectui tuo: sa-
tiabor cum apparuerit glo-
ria tua.

Psalmus. 25.

Vdica me domine, quo-
niam ego in innocen-
tia mea ingressus sum: &
in domino speras non in-
firmabor.

Proba me domine, & ten-
ta me: vte renes meos, &
cor meum.

Quoniā misericordia tuā
ante oculos meos est & cō-
placui in veritate tuā.

Non sedi cum consilio va-
nitatis: & cum iniqua gerē-
tibus non introibo.

Quidi ecclesiam malignā-
tium: & cum impiis non
sedabo.

Lauabo inter innocentes
manus meas: & circunda-
bo altare tuum domine.

Vt audiam vocem laudis
tue, & enarrem vniuersa
mirabilia tua.

Domine dilexi decorem
domus tue, & locum habi-
tationis glorię tue.

Ne perdas cū impiis deus
animam meam: & cum vi-
tis sanguinem vitę meam:

In quorū manibus iniqui-
tates sunt: dextera eorum
repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia
mea ingressus sum: redime
me & miserere mei.

Pes meus iterit in directo:
in ecclesijs benedicā te do-
mine. **20.** Mane astabo ti-
bi, & videbo quā nō Deus

volens iniquitatem tu es.
Deinde. Credo. &c.

Ad tertiam. Antiphona.
Cantabimus. **Psalmus. 20.**



Domine in
virtute tua
letabitur
rex: & sup
salutare tuū
exultabit ve

hementer.

Desiderium cordis eius
tribuisti ei. & voluntate la-
biorum eius non fraudas-
ti eum.

Quoniam preuenisti eum
in benedictionibus dulce-
dinis: posuisti in capite
eius coronam de lapide
precioso.

Vitam petiit à te & tribui-
sti ei longitūdinem dierum
in seculum: & in seculum
seculi.

Magna est gloria eius in
salutari tuo: gloriam, &
magnum decorem impo-
nes super eum.

Quoniam dabis eum in be-
nedictionem in seculum
seculi: iustificabis eum in
gaudio, cum vultu tuo.

Quoniam rex sperat in
domino: & in misericor-
dia altissimi non commo-
uebitur.

Inueniatur manus tua o-
mnibus inimicis tuis: dex-
tera tua inueniat omnes
qui te oderunt.

Pones eos vt elibanū ignis
in tēpore vultus tui: Dñs
in ira sua conturbabit eos
& deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra

perdes & semen eorum à filiis hominum.

Qm̄ declinauerūt in te mala: cogitauerūt cōsilia, quę non potuerunt stabilire.

Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare domine in virtute tua: cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Psalmus. 28.

Afferte domino filij dei afferte domino filios arietum.

Afferte domino gloriam, & honorē, afferte domino gloriam nomini eius: adorate dominum in atrio sancto eius.

Vox domini super aquas Deus maiestatis intonuit: dñs super aquas multas.

Vox domini in virtute: vox dñi in magnificentia.

Vox domini cōfringentis cedros: & cōfringet dominus cedros Libani.

Et comminuet eas, tanquā vitulum Libani: & dilect⁹ quemadmodum filius vnicornium.

Vox domini intercidentis flammam ignis: vox domini concutientis desertum,

& commouebit dominus desertum Cades.

Vox domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa, & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit dñs rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit. Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus. 31.

Beatī quorum remissę sunt iniquitates: & quorū tecta sunt peccata.

Beatū vir cui non imputauit dñs peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniam tacui: inueterauerunt ossa mea: dum clamarem tota die.

Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: cōuersus sum in grūna mea dum configitur spina.

Delictū meum cognitum tibi feci: & iniusticiam meā non abscondi.

Dixi, cōfitebor aduersum me iniusticiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te om-

nis sanctus in tempore oportuno.

Veruntamen in diluio aquarum multarū: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.

In chamo & freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: speratē autem in domino misericordia circumdabit.

Lætamini in domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde. *Ant.*

Cantabimus, & psallemus virtutes tuas.

Ad Sextam. Antipho.
Sit nomen. *Psalmus. 52.*



Dixit insipiens in corde suo: nō est Deus.

Corrupti sunt, & a-

bominabiles facti sunt in iniquitatibus non est qui faciat bonum.

Deus de celo prospexit super filios hominum: ut videat, si est intelligēs, aut requirens Deum.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: nō est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Noune scient omnes, qui operantur iniquitatē: qui deuorat plebem meam, ut cibum panis?

Deum nō inuocauerunt: illic trepidauerūt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: cōfusi sunt quoniam deus spreuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israel? cū cōuerterit de captiuitate plebis suæ, exultabit iacob, & lætabitur Israel. *Psalmus. 71.*

Deus iudicium tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis.

Iudica populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.

Suscipiant montes pacem populo: & colles iustitiæ.

Judicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum sole, & ante luna, in generatione, & generationem.

Escendet, sicut pluuia in vellus: & sicut stillicia stillantia super terram.

Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et durabitur a mari vsque ad mare: & a flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.

Ioram illo precipiet Aethiopes: & inimici eius terram lingent.

Reges Tharsis, & insulae munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruent ei.

Quia liberabit pauperem a potestate, & pauperem, cui non erat adiutor.

Parceat pauperi, & inopi: & animas pauperum saluas faciet.

Rex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum co-

ram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiq; & adorabunt de ipso semper, tota die benedicent ei.

Et erit, firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebunt de ciuitate, sicut fenum terrae.

Sit nomē eius benedictū in saecula: ante solem permanet nomen eius.

Et benedicatur in ipso omnes tribus terrae: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus dñs Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

Et benedictū nomen maiestatis eius in aeternum, & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat fiat.

Psalmus. 130.

Leuauit oculos meos in montes: unde ueniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino: qui fecit caelum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.

Ecce non dormitabit neque dormiet, qui custodit Israel.

Dominus custodit te, dominus protectio tua: super manum dexteram tuam. **P**er diem sol non uret te: neque luna per noctem.

Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in seculum.

Ant. Sit nomen domini benedictum in secula.

Ad Nonam Antiphona.

Suspensor. Psalmus. 89.

Dominus refugium factus es nobis: a generatione in generationem.

Prius quam montes sterent, aut formaretur terra & orbis: a seculo, & usque in seculum tu es Deus.

Propterea auertas hominem in humilitatem, & dixisti, conuertimini filij hominum.

Quoniam mille anni ante oculos tuos: tanquam dies hesterni, quae praeteriit.

Et custodiae in nocte: quae pro nihilo habentur, eorum anni erunt.

Mane sicut herba transeat mare floreat & transeat: vespere decidat, induret, &

arescat.

Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo conturbati sumus.

Prostrasti iniquitates nostras in conspectu tuo: seculum nostrum in illuminatione vultus tui.

Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.

Animi nostri, sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.

Quoniam superuenit mansuetudo: & corripiemur.

Quis nouit potentatem irae tuae: & praeter timorem tuum iram tuam dinumerare?

Dexteram tuam sic nota fac: & eruditos corde in sapientia.

Conuertere domine, vscue quo? & deprecabilis esto super seruos tuos.

Repleti sumus mane misericordia tua: & exultauimus, & delectati sumus omnibus diebus nostris.

Letati sumus pro diebus quibus nos humiliasti: an-

nis quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et sit splendor domini dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Psalmus. 96.

Dominus regnauit exultet terra: lætentur insulæ multæ.

Nubes, & caligo in circuitu eius: iustitia, & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsam præcedet: & inflamabit in circuitu inimicos eius.

Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

Montes, sicut cæra, fluxerunt à facie domini: à facie domini omnis terra.

Annunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

Confundatur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis.

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit, & lætata est Sion.

Et exultauerunt fillæ Iudæ, ppter iudicia tua dñe.

Quoniam tu dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos.

Qui diligitis dominum, odite malum: custodit dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberauit eos.

Lux orta est iusto: & relictis corde lætitia.

Lætamini iusti in domo: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Psalmus. 126.

Nisi dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt, qui ædificant eam.

Nisi dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam.

Vanum est vobis ante Iucem surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hæreditas domini, filij, merces fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.

Beatissimus vir, qui impleuit

desiderium suum ex ipsis: non confundetur, cum loquetur inimicis suis in porta. **Antiphona.** Sit splendor domini Dei nostri super nos. ¶ **Ad Vesperas.**

Psalmus. 34.

Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & latentur.

Magnificate dñm mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ nõ confundentur.

Iste pauper clamauit, & dominus exaudiuit eum: & ex omnibus tribulationibus eius saluauit eum.

Immittet angelus domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte, quoniam suavis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.

Timete dominum omnes

sancti eius: quoniam non est inopia timetibus eum.

Diuites egerunt, & esurierunt: inquirentes autem dominum, non minuetur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem dñi docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.

Diuertere à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi dñi super iustos: & aures eius in preces eorũ.

Vultus autem dñi super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

Iuxta est dominus iis, qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos dominus.

Custodit dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum peſſi-
ma: & qui oderūt iultum,
delinquent.

Edimet dominus animas
feruorum ſuorum: & non
delinquent omnes, qui ſpe-
rant in eo. *Psalmus. 46.*

Beatuſ vir qui intelli-
git ſup egenū & pau-
perem: in die mala li-
berabit eum dominus.

Dominus conſeruet eum
& viuificet eum: & beatum
faciat eum in terra: & non
tradat eum in animam ini-
micorum eius.

Dominus opem ferat illi
ſuper lectum doloris eius:
yniuerſum ſtratū eius ver-
ſaſti in infirmitate eius.

Ego dixi domine miſere-
re mei. ſana animā meam,
quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mi-
hi mala: quādo morietur,
& peribit nomen eius.

Et ſi ingrediebatur vt vide-
ret: vana loquebatur cor
eius: congregauit iniqui-
tatem ſibi.

Egrediebatur foras: & lo-
quebatur in idipſum.

Aduerſum me ſuſurrabāt
oēs inimici mei: aduerſum
me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſti-
tuerunt aduerſum me: nū-
quid qui dormit non adii-
ciet vt reſurgat?

Etenim homo pacis meæ
in quo ſperaui. qui edebat
panes meos, magnificauit
ſuper me ſupplātationem.

Tu autem Domine miſe-
rere mei: & reſuſcita me, &
retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam
voluſti me, quoniam non
gaudebit inimicus meus ſu-
per me.

Me autem propter inno-
centiam ſuſcepſiſti & con-
firmāſti me in conſpectu
tuo in æternum.

Benedictuſ dominuſ deus
Iſrael: a ſæculo & vſque in
ſæculum, ſiat ſiat.

Psalmus. 112.

Laudate pueri Dñi:
laudate nomen Dñi.

Sit nomen Domini
benedictum: ex hoc nunc,
vſque in ſæculum.

A ſolis ortu vſq; ad occa-
ſum: laudabile nomen dñi.

Excelſuſ ſuper omnes gē-
tes dominuſ: & ſuper cæ-
los gloria eius.

Quiſ ſicut dominuſ Deus
noſter, qui in altis habitāt

& humilia respicit in celo
& in terra?

Suscitans à terra inopem,
& de stercore erigens pau-
perem.

Vt collocet eum cū prin-
cipibus, cum principibus
populi sui.

Qui habitare facit sterile
in domo: matrem filiorum
lactante.

Deinde canticum.
Magnificat anima. fo. 11.

Ad Completorium.

Psalmus. 10.



N Domino
cōfido: quo-
modo dicitis
animæ
meæ, trans-

migra in montem, sicut
passer?

Quoniam ecce peccatores
intenderunt arcum: para-
uerunt sagittas suas in pha-
retta, vt sagittent in obscu-
ro rectos corde.

Quoniam, quæ perfecisti
destruxerūt: iustus autem
quid fecit?

Dominus in templo san-
cto suo: dominus in celo
sedes eius.

Oculi eius in pauperē re-
spiciunt: pauperæ eius in-
terrogant filios hominum.

Dominus interrogat iu-
stum, & impium: qui autē
diligit iniquitatem, odit a-
nimam suam.

Pluet super peccatores la-
queos: ignis, & sulphur, &
spiritus procellarum, pars
calicis eorum.

Quoniam iustus dominus
& iustitias dilexit: æquita-
tem vidit vultus eius.

Psalmus. 15.

Conserua me domi-
ne, quoniam spera-
ui in te: dixi domi-
no, Deus meus es tu quo-
niam bonorum meorum
non eges.

Sanctis, qui sunt in terra
eius, mirificauī omnes vo-
luntates meas in eis.

Multiplicatæ sunt infirmi-
tates eorum, postea acce-
lerauerunt.

Non congregabo conuē-
tacula eorum de sanguini-
bus: nec memor ero nomi-
num eorum per labia mea.

Dominus pars heredita-
tis meæ, & calicis mei, tu
es qui restitues heredita-
tem meam mihi.

Funes ceciderunt mihi in
præclaris: etenim heredi-
tas mea præclara est mihi.

Feria. iij. ad Completorium.

Benedicam dominū, qui tribuit mihi intellectū in super, & vsque ad noctem increpauerūt me renes mei.

Prouidebam dominum in cōspectu meo semp: quoniam à dextris est mihi ne commouear.

Propter hoc lætatum est cor meū, & exultauit lingua mea: insuper, & caro mea requiescet in spe.

Quā non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vsque in finem.

Psalmus. 29.

Exaltabo te domine, quoniā suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.

Pallite domino sancti eius, & confitemini memorie sanctitatis eius.

Quoniam ira in indigna-

tionem eius: & vita in voluntate eius.

Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum.

Domine, in voluntate tua: præstitisti decori meo virtutem.

Auertisti faciē tuā à me, & factus sum conturbatus.

Ad te dñe clamabo, & ad deum meum deprecabor.

Quæ utilitas in sanguine meo: dum descendo in corruptionem?

Nunquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?

Audiuit dominus, & misertus est mei: dominus factus est adiutor meus.

Conuertisti plāctū meum in gaudium mihi: concidisti sacco meum, & circumdediti me lætitia.

Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: domine deus meus in æternum confitebor tibi.

¶ Deinde.

Nunc dimittis. folio. 12.

¶ Feria quarta ad Matutinum.

Psalmus. 48.



Vidite hæc eorum domus illorum in æterna.

Tabernacula eorum in precipite omnes, qui habitatis orbem.

Et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Sicut oves in inferno postti sunt: mors depascet eos.

Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.

Verūtamen deus redimet animā meam de manu inferi: cum acceperit me.

Ne timueris, cum diues factus fuerit homo: & cū multiplicata fuerit gloria domus eius.

Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.

Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi, cum benefeceris ei.

Quique terrigenæ, & filij hominum: simul in vnum diues, & pauper.

Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolā aurem meam, aperiā in psalterio propositionem meā.

Cur timebo in die malæ iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute sua: & in multitudinē diuitiarum suarum gloriātur.

Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam.

Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.

Non videbit interitū, cū viderit sapientes morientes: simul insipiens, & stultus peribunt.

Et relinquent alienis dititias suas: & sepulchra

Introibit in progenies patrum suorum: & vsque in aeternum non videbit lumen.

Homo, cum in honore esset, nō intellexit: cōparat⁹ est iu mētis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus. 58.

Ripe me de inimicis meis deus meus: & ab insurgentibus in me libera me.

Ripe me de operantibus iniquitatē. & de viris sanguinum salva me.

Quia ecce cōperunt animam meam: irruerunt in me fortes.

Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: sine iniquitate cucurri, & direxi.

Exurge in oecursum meum, & vide: & tu dñe Deus virtutum Deus Israel.

Intende ad visitandas omnes gentes: non miserearis omnibus qui operantur iniquitatem.

Conuertetur ad vespēram, & famē patietur, vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquetur in ore suo: & gladius in labiis eorum,

quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos: & ad nihilum deduces omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor me⁹ es: deus meus, misericordia eius praeueniet me.

Deus ostendit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obliuiscantur populi mei.

Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus domine.

Delictum oris eorum, & sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.

Et de execratione, & mendacio annuntiabuntur in consummatione: in ira consummationis, & non erunt.

Et scient, quia Deus dominabitur Iacob, & finium terrarum.

Conuertentur ad vespēram, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipsi dispergētur ad māduandū: si vero non fuerint saturati, murmurabunt.

Ego

Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exaltabo mane misericordiam tuam.

Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meae.

Adiutor meus tibi psallam, quia deus susceptor meus es. deus meus misericordia mea.

Psalmus. 77.

Atendite popule meum: legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.

Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.

Quanta audiuiimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.

Non sunt occultata a filiis eorum, in generatione altera.

Narrates laudes domini, & virtutes eius: & mirabilia eius, quae fecit.

Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.

Quanta mandauit patribus nostris, nota facere ea filiis suis: ut cognoscat generatio altera.

Filij qui nascentur, & extiterunt, & narrabunt filiis suis.

Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum dei, & mandata eius exquirant.

Ne sicut patres eorum generatio praua, & exasperans.

Generatio, quae non direxit cor suum, & non est creditus eum deo (spiritus eius).

Fili Ephraem intendentes, & mittentes arcum: conuersi sunt in die belli.

Non custodierunt testamentum dei: & in lege eius noluerunt ambulare.

Et obliuiscuntur benefactorum eius: & mirabilia eius, quae ostendit eis.

Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: in campo Tanecos.

Interruptit mare, & perduxit eos, & statuit aquas quasi in vitro.

Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.

Interruptit petram in eremo, & adaequauit eos velut in abisso multa.

Et eduxit aquam de petra: & eduxit tanquam flumina aquas.

Et apposuerunt adhuc pec-

B.

N.

c

Feria. iij. ad Matutinum.

care ei, in irā excitauerunt
excelsum in inaquoso.

Et tentauerunt Deum in
cordibus suis, vt peterent
escas animabus suis.

Et male locuti sunt de
Deo, dixerunt, Nunquid
poterit Deus parare men-
sam in deserto?

Quoniam percussit petrā,
& fluxerunt aquæ, & tor-
rentes inundauerunt.

Nunquid & panem pote-
rit dare, aut parare men-
sam populo suo?

Ideo audiuit dominus, &
distulit: & ignis accensus
est in iacob, & ira Dei a-
scendit in israel.

Quia non crediderunt in
deo, nec sperauerunt in sa-
lutari eius.

Et mādauit nubibus desu-
per, & ianuas cœli aperuit.

Et pluit illis māna ad man-
ducandum: & panem cœli
dedit eis.

Panem angelorū mandu-
cauit homo: cibaria misit
eis in abundantia.

Transtulit Austrū de cœ-
lo: & induxit in virtute
sua Africum.

Et pluit super eos, sicut
puluerem, carnes: & sicut

arenam maris, volatilia pē
nata.

Et ceciderunt in medio ca-
strorum eorum, circa ta-
bernacula eorum.

Et manducauerunt, & fa-
turati sunt nimis, & desy-
derium eorum attulit eis,
non sunt fraudati à desy-
derio suo.

Adhuc esse eorum erant
in ore ipsorum: & ira Dei
ascendit super eos.

Et occidit pingues eorū:
& electos israel ipediuit.

Et omnibus his peccau-
erunt adhuc & non credide-
runt in mirabilibus eius.

Et defecerunt in vanitate
dies eorum: & anni eorum
cum festinatione.

Cum occideret eos, quæ-
rebant eum: & reuerteban-
tur, & diluculo veniebant
ad eum.

Et rememorati sunt, quia
Deus adiutor est eorum:
& deus excelsus, redēptor
eorum est.

Et dilexerunt eum in ore
suo, & lingua sua mentiti
sunt ei.

Cor autem eorum non e-
rat rectum cum eo: nec fi-
deles habiti sunt in testa-

mento eius.

Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdes eos.

Et abundabit, ut aduerte-
ret iram suam: & non accedit omnem iram suam.

Et recordatus est, quia caro sunt, spiritus vadens, & non rediens.

Quoties exacerbauerunt eum in deserto? in ira concitauerunt eum in inaquoso?

Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum & sanctam Israel exacerbauerunt.

Non sunt recordati manus eius, die, qua redemit eos de manu tribulantis.

Sicut posuit in Aegypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.

Et conuertit in sanguine flumina eorum: & imbres eorum, ne biberent.

Misit in eos cynomyam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.

Et dedit arugini fructus eorum: & labores eorum locustarum.

Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iu-

menta eorum: & possessiones eorum igni.

Misit in eos iram indignationis sue indignationem, & iram, & tribulationem: immisiones per angelos malos.

Viam fecit semitam irae sue, & non pepercit a morte animabus eorum: & iumentorum eorum in morte conclusit.

Et percussit omne primo genitum in terra Aegypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Chana.

Et abstulit, sicut oves, populum suum: & perduxit eos tanquam gregem in deserto.

Et deduxit eos in spe: & non timuerunt & inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem sanctificationis suae montem quem exquisiuit dextera eius.

Et eiecit a facie eorum gentes & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.

Intentauerunt, & exacerbauerunt Deum exelsum: & testimonia eius non custodierunt.

Intentauerunt se, & non ser-

uauerunt pactū, quemadmodum patres eorum, cōuersi sunt in arcū prauū.

In iram concitauerunt eū in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eum prouocauerūt.

Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit ualde Israel.

Et repulit tabernaculū Sio, tabernaculū suum: ubi habitauit in hominibus

Et tradidit in captiuitatē virtutem eorū: & pulchritudinem eorum in manus inimici.

Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit.

Iuuenes eorum comedit ignis: & uirgines eorum non sunt lamentatæ.

Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & uiduæ eorum non plorabantur.

Et excitatus est tanquam dormiens dñs: tanquā potens crapulatus à uino.

Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.

Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephraim non elegit.

Sed elegit tribum Iuda: mōtem Sion, quē dilexit.

Et ædificauit, sicut unicolor nium, sanctificium suum in terra: quam fundauit in secula.

Et elegit Dauid seruum suū, & sustulit eum de gregibus ouiu: de post fecantes accepit eum.

Pascere Iacob seruū suū. & Israel hæreditatem suā.

Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

¶ Ad Laudes. Psalm⁹. 80.

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo Iacob.

Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum, cum cithara.

Buccinate in neomenia tuba, in insigni die solennitatis uestræ.

Quia præceptum in Israel est, & iudiciū Deo Iacob.

Testimonium in Ioseph posuit illud, cū exiret de terra Aegypti: linguā, quā non nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruerunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito temporis: probaui te apud a-

quam contradictionis. **A**udi populus meus, & cōtestabor te: Israel, si audieris me: non erit in te deus recens, neq; adorabis deū alienum.

Ego enim sum Dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meā: & Israel non intendit mihi.

Et dimisi eos secundū desideria cordis eorum, ibūt in adinventionibus suis.

Si populus meus audisset me: Israel si in viis meis ambulasset.

Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.

Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit temporū eorū in secula.

Et cibauit eos ex adipe frumētī: & de petra, melle saturauit eos. **ps. 134.**

Laudate nomen dōmīni: laudate serui dñm.

Qui statis in domo dñi: in atriis domus dei nostri.

Laudate dominum: quia bonus dominus. psallite nomini eius: quoniam suauē.

Quoniam Iacob elegit sibi dominus: Israel in possessionem sibi.

Quia ego cognoui, quōd magnus est dñs: & deus noster p̄ omnibus diis.

Omnia, quæcunq; voluit dominus, fecit in cælo, & in terra: in mari, & in omnibus abyssis.

Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.

Qui produxit ventos de thesauris suis: qui percussit primogenita Aegypti, ab homine vsq; ad pecus.

Et misit signa, & prodigia in medio tui Aegypti: in Pharaonem, & in omnes seruos eius.

Qui percussit gētes multas: & occidit reges fortes.

Schon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan.

Et dedit terram eorū hæreditatem: hæreditatem Israel populo suo.

Domine, nomen tuum in

Feria. iiii. ad Laudes.

æternum: domine, memoriale tuum in generatione, & generationem.

Quia iudicabit dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.

Simulachra gentium argentum, & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquuntur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: neque enim est spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant, qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite domino: domus Aaron benedicite domino.

Domus Leui benedicite domino: qui timetis dominum, benedicite domino.

Benedictus dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

¶ Cantic. Ann. 1. reg. 3.

Exultauit cor meum in domino: & exaltatum est cornu meum in deo meo.

Eilatatum est os meum super inimicos meos: quia letata sum in salutari tuo.

Non est sanctus, ut est dominus: neque enim est alius extra te: & non est fortis, sicut deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes.

Recedant vetera de ore vestro, quia deus scientiarum dominus est: & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est: & infirmi accincti sunt robore.

Repleti prius, pro panibus se locauerunt: & famelici saturati sunt.

Donec sterilis peperit plurimos: & que multos habebat filios, infirmata est.

Dominus mortificat, & uiuificat: deducit ad inferos, & reducit.

Dominus pauperem facit, & ditat: humiliat, & subleuat.

Suscitat de puluere egenum: & de stercore eleuat pauperem.

Ut sedeat cum principibus: & solium glorie teneat.

Domini enim sunt cardines terre: & posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tene-

bris conticescent: quia nō
in fortitudine sua roborat-
bitur vir.

Dominū formidabūt ad-
uersarij eius: & super ipsos
in caelis tonabit.

Eominus iudicabit fines
terra, & dabit imperium
regi suo: & sublimabit cor
nu Christi sui.

¶ **Deinde canticum**

Benedictus. folio. 5.

¶ **Ad Primam. Antipho.**

Deus.

Psalmus. 6.



Domine, ne
ī furore tuo
arguas me:
neque in ira
tua corripias
me.

Miserere mei dñe, quoniā
infirmus sum. sana me do-
mine, quoniam conturba-
ta sunt ossa mea.

It anima mea turbata est
valde: sed tu domine vs-
quequo?

Convertere domine, & e-
ripe animam meam: saluū
me fac propter misericor-
diam tuam.

Quoniam non est, in mor-
te qui memor sit tui: in in-
forno autem quis confite-
bitur tibi?

Laboravi in gemitu meo,
lauabo per singulas noctes
lectum meum: lachrymis
meis stratum meū rigabo.

Turbatus est à furore ocu-
lus meus: inueteravi inter
omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatē: quo-
niam exaudiuit dominus
vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus depre-
cationem meam: dominus
orationem meam suscepit.

Erubescant & conturben-
tūr vehementer omnes ini-
mici mei: conuertantur &
erubescāt valde velociter.

Psalmus. 117.

Consteminī domino
quoniā bon⁹ qm̄ in
seculum mīa eius.

Dicat nunc Israel quoniā
bonus: quoniam in seculū
misericordia eius.

Dicat nūc domus Aaron:
quoniam in seculum mise-
ricordia eius.

Dicant nunc, qui timent
dominum: quoniam in se-
culum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui
dominum: & exaudiuit me
in latitudine dominus.

Dominus mihi adiutor:

Feria. iij. ad Primam.

nō timebo quid, faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in domino: quā confidere in homine.

Bonum est sperare in domino: quā sperare in principibus.

Omnes gentes circueiērūt me: & in nomine domini, quia vltus sum in eos.

Circundantes circumdederunt me: & in nomine dñi, quia vltus sum in eos.

Circūdederūt me, sicut apes & exarserūt, sicut ignis in spinis: & in nomine dñi, quia vltus sum in eos.

Impulsus euerfus sum, vt caderem: & dominus suscepit me.

Fortitudo mea, & laus mea dominus: & factus est mihi in salutem.

Vox exultationis, & salutis: in tabernaculis iustorū.

Dextera domini fecit virtutem: dextera domini exaltauit me. dextera Domini fecit virtutem.

Non moriar, sed viuam: & narrabo opera domini.

Castigans castigauit me dominus: & morti non tradidit me.

Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor domino: hæc porta dñi, iusti intrabūt in eam.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus est in caput anguli.

A domino factū est istud: & est mirabile in oculis nostris.

Hæc est dies, quam fecit dominus exultemus, & lætemur in ea.

O domine saluum me fac, o Domine bene prosperare: benedict⁹, qui venit in nomine domini.

Benediximus vobis de domo domini: deus domin⁹, & illuxit nobis.

Constituite diem solennem in cōdensis: vsque ad cornu altaris

Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

Confitebor tibi, quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.

Confitemini domino quoniam bonus: quonia in seculum misericordia eius.

Psalmus. 130.

Domine non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis: neque in mirabilibus super me.

Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam.

Sicut ablactatus est super matrem suam: ita retributio in anima mea.

Speret Israel in domino: ex hoc nunc & usque in seculum.

an. Deus dominus & illuxit nobis. *Deinde. Credo. &c.*

Ad tertiam. Antipho.
Emitte. *Psalmus. 42.*



Vidua me deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab

homine iniquo, & doloso erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & ve-

ritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei: ad deum, qui latificat iuventutem meam.

Confitebor tibi in cithara, Deus Deus meus, quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in deo, quonia adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & deus meus.

Psalmus. 44.

Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribae: velociter scribentis.

Speciosus forma pre filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te deus in eternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissimè.

Specie tua, & pulchritudine tua: intende prospere, procede, & regna.

Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae (popu-

I sub te cadent) in corda inimicorum regis.

Sedes tua deus in ſeculū ſeculi: virga directionis, virga regni tui.

Dilexisti iuſtitiam, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ, præ confortibus tuis.

Myrrrha, & gutta, & caſia à veſtimentiſ tuis, à domib⁹ eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

Aſiitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populū tuum, & domum patris tui.

Et concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt dominus deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in munerib⁹: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in ſimbris aureis: circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius af-

ferentur tibi.

Afferetur in lætitiâ, & exultatione: adducentur in templum regis.

Pro patrib⁹ tuis nati ſunt tibi filij, cõſtitues eos principes ſuper omnem terrâ.

Memores erunt nominis tui domine, in omni generatione, & generationem.

Propterea populi conſitebuntur tibi in æternum: & in ſeculum ſeculi.

Pſalmus. 99.

Deus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus eſ, & miſertus eſ nobis.

Commouiſti terrâ, & conturbaviſti eâ: ſana contritiones eius, quia cõmota eſt.

Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.

Dediſti metuentibus te ſignificationem: vt fugiant à facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: ſaluum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus loquutus eſt in ſancto ſuo, lætabor, & parabor Sichmam: & conuallem tabernaculorū meoſ.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus, Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendâ calceamētum meum: mihi a lienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsq; in Idumæam.

Nonne tu deus qui repulisti nos? & non egredieris deus in virtutibus nostris?

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

Antiphona. Emitte lucem tuam, & veritatem tuam.

¶ Ad Sextam. Antipho. Spera.

Psalmus. 41.
Vemadmodū desyderat ceru^s ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te deus.

Sitiuit anima meæ ad deū fontem viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dū dicitur mihi quotidie, Vbi est deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam quoniam trāsibo in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei.

In voce exultationis, & confessionis: sonus epulantis.

Quare tristis es aña mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad me ipsum anima meæ conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonij à monte modico.

Abyssas abyssum inuocat in voce cataractarū tuarū. **O**mnia excelsa tua, & fluctus tui, super me transierunt.

In die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius.

A pud me oratio deo vitæ meæ: dicam deo, susceptor meus es.

Quare oblitus es mei? &



quare cōtristatus incedo,
dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur of-
fa mea: exprobrauerūt mi-
hi, qui tribulant me inimi-
mei.

Dum dicunt mihi per sin-
gulos dies, vbi est de⁹ tu⁹?
quare tristis est anima mea
& quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniā ad-
huc confitebor illi: saluta-
re vultus mei, & deus me⁹.

Psalmus. 64.

TE decet hymnus de⁹
in Sion: & tibi red-
detur votum in Hie-
rusalem.

Exaudi orationem meam
ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præua-
luerunt super nos: & im-
pietatibus nostris tu pro-
pitiaberis.

Beatus quem elegisti & af-
sumpsisti: inhabitabit in a-
triis tuis.

Replebimur in bonis do-
mus tuæ: sanctum est tem-
plum tuum, mirabile in
æquitate.

Exaudi nos deus salutaris
noster: spes omnium finiu
terræ, & in mari longè.

Preparans montes in vir-

tute tua: accinctus potentia,
qui conturbas profun-
dum maris, sonum flu-
ctuum eius.

Turbabuntur gentes, &
timebunt, qui habitant ter-
minos, à signis tuis: exitus
matutini & vespere dele-
ctabis.

Visitasti terram & inebri-
asti eam: multiplicasti lo-
cupletare eam.

Fumen dei repletum est
aquis: parasti cibum illo-
rum, quoniam ita est præ-
paratio eius.

Riuos eius inebrians mul-
tiplica genimina eius, in
stillicidiis eius lætabitur
germinans.

Benedices coronę anni be-
nignitatis tuę, & campi tui
replebuntur vbertate.

Pinguescent speciosa de-
serti: & exultatione colles
accingentur.

Induti sunt arietes ouiu,
& valles habundabunt fru-
mento: clamabunt, etenim
hymnum dicent.

Psalmus. 121.

Lætatus sum in his,
quæ dicta sunt mihi:
in domum Domini
ibimus.

Stantes erāt pedes nostri.
in atrijs tuis Hierusalem.

Hierusalem, quæ ædificatur,
vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderūt tribus,
tribus Domini: testimonium Israel ad confitendum
nomini domini.

Quia illic sederunt sedes
in iudicio: sedes super domum
Dauid.

Rogate, quæ ad pacem sunt
Hierusalem: & abundantia
diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua, &
abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, &
proximos meos: loquebar
pacem de te.

Propter domum dñi Dei
nr̄i, quæ suū bona tibi. *añā.*

Spera in deo quā adhuc cō
fitebor illi. ¶ *Ad nouā. añ.*

Gloriosa.



Psalmus 81.
Eus stetit in
synagoga
deorū: in me-
dio autē deos
diudicat.

Vsquequo iudicatis inquit
tatem: & facies peccatorum
sumitis?

Iudicate egeno, & pupi-
lo: humilem, & pauperem

iustificare.

Eripite pauperem, & egenum:
de manu peccatoris liberate.

Nescierūt, neq; intellexerunt,
in tenebris ambulāt: mouebuntur
omnia fundamenta terræ.

Ego dixi, Dij estis: & filij
excelsi omnes.

Vos autem sicut homines moriemini:
& sicut vn⁹ de principibus, cadetis.

Surge deus, iudica terrā:
quā tu hæreditabis in omnibus
gentibus. *Psalm. 86.*

Vndamēta eius in mō-
tibus sanctis: diligit dñs portas
Sio, sup omnia tabernacula
Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te,
ciuitas Dei.

Memor ero Raab, & Babylonis
scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus,
& populus Aethiopiū: hi fuerunt
illic.

Nunquid Sion dicet, homo,
& homo natus est in ea: & ipse
fundauit eam altissimus?

Dñs narrabit in scripturis
populorū. & principū, horum
qui fuerunt in ea.

Sicut letantiū omniū, ha-

bitatio est in te. **Psal. 93.**

Deus ultionum dominus: Deus ultionum liberè egit.

Exaltare, qui iudicas terram: redde retributionem superbis.

Vsquequo peccatores domine, vsquequo peccatores gloriabuntur?

Effabuntur, & loquentur iniquitatè: loquentur oēs, qui operantur iniustitiam?

Populum tuum domine humiliauerunt: & hereditatem tuam vexauerunt.

Viduam, & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.

Et dixerunt, non videbit dominus: nec intelliget Deus iacob.

Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.

Qui plantauit aurem, nõ audiet: aut qui finxit oculum, non considerat?

Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?

Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.

Beatus homo, què tu eru-

deris domine, & de lege tua docueris cum.

Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiat peccatori fouea.

Quia non repellet dominus: plebè suà, & hereditatem suam nõ derelinquet.

Quoadusque iustitia conuertatur in iudiciũ: & qui iuxta illà? omnes, qui re-cto sunt corde.

Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?

Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno aña mea.

Si dicebam, motus est pes meus, misericordia tua domine adiuuabat me.

Secundum multitudinem dolorum ræorum in corde meo: consolationes tuæ lætificauerunt animã meã.

Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?

Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.

Et factus est mihi dñs in refugium: & Deus meus in adiutorium spei meæ.

Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus Deus noster. *Ant.* Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

¶ Ad Vesperas. Psal. 32.



Exultate iusti in dño: rectos delectet collaudatio.

Confitemini domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.

Cantate ei canticum novum: bene psallite ei, in uoluntate.

Quia rectum est verbum domini & omnia opera eius in fide.

Diligit misericordiam, & iudicium: misericordia domini plena est terra.

Verbo domini celi firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregas, sicut in utero, aquas maris: ponas in thesauris abyssos.

Timeat dñm omnis terra: ab eo autem commoueatur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipse dixit, & fa-

cta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Dominus dissipat consilia gentium. reprobatur autem cogitationes populorum & reprobatur consilia principum.

Consilium autem domini in eternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.

Beata gens, cuius est Dominus Deus eius populus quem elegit in hereditatem sibi.

De caelo respexit dñs: vidit omnes filios hominum.

De preparato habitaculo tuo: respexit super omnes qui habitant terram.

Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.

Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suae.

Falax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suae non saluabitur.

Ecce oculi domini super metuentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius.

Veruat, & alat eos in fame.

Feria. iij. ad Vesperas.

Anima nostra sustinet do-
minū : quoniam adiutor,
& protector noster est.

Quia in eo latabitur cor
nostrum : & in nomine san-
cto eius sperauimus.

Fiat misericordiā tua do-
mine super nos : quemad-
modum sperauimus in te.

Psalmus. 84.

Quam dilecta taber-
nacula tua domine
virtutum : concu-
piscit : & deficit anima
mea in atria domini.

Cor meum , & caro mea :
exultauerunt in deū viuū.

Etenim passer inuenit sibi
domū : & turtur nidū sibi
vbi ponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutū
rex meus , & deus meus.

Beati , qui habitant in do-
mo tua Domine : in secula
seculorum laudabunt te.

Beatus vir , cuius est auxi-
lium abs te : ascensiones in
corde suo disposuit in val-
le lachrymarum , in loco ,
quem posuit.

Etenim benedictionē da-
bit legislator , ibunt de vir-
tute in virtutē : videbitur

Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum

exaudi orationem meam :
aurib⁹ percipe de⁹ Iacob.

Protector noster aspice
Deus , & respice in faciem
Christi tui.

Quia melior est dies vna
in atris tuis : super millia.

Elegi abiectus esse in do-
mo Dei mei : magis quā
habitare in tabernaculis
peccatorum.

Quia misericordiā , & ve-
ritatem diligit Deus : gra-
tiam , & gloria dabit dñs.

Non priuabit bonis eos ,
qui ambulant in innocen-
tia : domine virtutum , bea-
tus homo qui sperat in te.

Psalmus. 311.

Beatus vir , qui timet
dominum : in manda-
tis eius volet nimis.

Potens in terra erit semen
eius : generatio rectorum
benedicetur.

Gloria , & diuitiæ in do-
mo eius : & iustitia eius ma-
net in seculum seculi.

Exortum est in tenebris
lumen rectis : misericors ,
& miserator , & iustus.

Iucundus homo , qui mi-
seretur , & cōmodat , dispo-
nit sermones suos in iudi-
cio : quia in aeternum non

commo-

commouebitur.

In memoria aeterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

Paratum cor eius sperare in domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos.

Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in seculum: cornu eius exaltabitur in gloria.

Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet, & tabescet: desyderiū peccatorum peribit. *Demde,* Magnificat. &c. fo. II.

Ad Completorium. Psal. 29.

Xpēans expectaui dominum: & intendit mihi.

Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miseriae, & de luto fecis.

Et statuit supra petram pedes meos: & direxit gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum: carmē deo nostro.

Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in domino.

Beatus vir, cuius est no-

B. N.

men domini spes eius: & non respexit in vanitates, & insanias falsas.

Multa fecisti tu domine Deus meus mirabilia tua; & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.

Annūtiaui & locut⁹ sum: multiplicati sunt, super numerum.

Sacrificiū & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.

Holocauftum & pro peccato non postulasti: tūc dixi, ecce venio.

In capite libri scriptū est de me, vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuā in medio cordis mei.

Annūtiaui iustitiā tuam in ecclesia magna: ecce labia mea nō prohibebo domine, tu scisti.

Iustitiam tuam nō abscondi in corde meo: veritatem tuā & salutare tuum dixi.

Non abscondi misericordiam tuam, & veritatem tuam, à consilio multo.

Tu autem domine ne longē facias miserationes tuas à me: misericordia tua, & veritas tua, semper susce-

perunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meae, & non potui ut viderem.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.

Complaceat tibi domine ut eruas me: domine ad adiuuandum me respice.

Confundantur & reuerentur simul, qui quaerunt animam meam: ut auferant eam.

Conuertantur retrorsum, & reuerentur: qui voluit mihi mala.

Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.

Exultent & lætetur super te omnes quærentes te: & dicant semper magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego autem medicus sum & pauper: dominus sollicitus est mei.

Adiutor meus, & protector meus es tu: Deus meus ne tardaueris.

Psalmus 119.

Ad dominum cum tribularer clamaui: & exaudivit me.

Domine, libera animam meam à labiis iniquis: & à lingua dolosa.

Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam dolosam.

Sagittæ potentis acutæ: cum carbonibus desolatoris.

Hei mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitatibus cedar: multum incola fuit anima mea.

Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Psalmus 132.

Ecce nunc benedicite dominum: omnes serui domini.

Qui statis in domo Domini in atriis domus Dei nostri.

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion, qui fecit caelum, & terram. **Deinde** Nunc dimittis so. 12. ¶ **Feria. 7.**

Ad Matutinū. Psal. 67.

Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiat: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie dei.

Et iusti epulentur, & exultent in cōspectu dei: & delectentur in lætitia.

Cantate deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei, qui ascendit super occasum: dominus nomen illi.

Exultate in cōspectu ei⁹, turbabuntur à facie ei⁹, patris orphanorum, & iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo, Deus, qui inhabitare facit vni⁹ moris in domo.

Qui educit vincetos in fortitudine, similiter eos, qui exasperant, qui habitant in sepulchris.

Deus cum egredereris in cōspectu populi tui, cum pertransires in deserto.

Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie dei sui, à facie dei Israel.

Pluuiam voluntariam se-

gregabis Deus hæreditati tuæ. & infirmata est: tu vero perfecisti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: parasiti in dulcedine tua pauperi deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa.

Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

Si dormiatis inter medios clericos, pænæ columbæ dearguetis, & posteriora dorsum eius in pallore auri.

Dum discernit cælestis reges super eam, niue dealbabitur in Selmon: mons dei, mons pinguis.

Mons coagulatus, mons pinguis: ut quid suspicami ni montes coagulatos?

Nons, in quo beneplacitū est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem.

Currus dei decem millib⁹ multiplex, millia lætantium. domin⁹ in eis, in Siqa, in sancto.

Ascendisti in altum, coepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

Etenim non credentes in-

Feria. v. ad Matutinum.

habitare dominum deum.

Benedictus dominus die
quotidie: prosperum iter
faciet nobis Deus saluta-
rium nostrorum.

Deus noster, deus saluos
faciendi: & domini domi-
ni exitus mortis.

Veruntamen Deus con-
fringet capita inimicorum
suorum: verticem capilli
perambulantium in deli-
ctis suis.

Dixit dominus, Ex Batan
conuertam, conuertam in
profundum maris.

Vt intingatur pes tuus in
sanguine: lingua canum
tuorum ex inimicis, ab
ipso.

Viderunt ingressus tuos
deus, ingressus dei mei: re-
gis mei, qui est in sancto.

Praeuenerunt principes co-
iuncti psallentibus: in me-
dio iuencularum tympani-
stiarum.

In ecclesiis benedicite deo
anno, de fontibus Israel.

Ibi Benjamin adolefcetu-
lus: in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eo-
rum: principes Zabulon: &
principes Nephthalim.

Manda Deus virtuti tuae

confirma hoc deus: quod
operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalē:
tibi offerēt reges munera.

In crepa feras arūdinis cō-
gregatio taurorum in vac-
cis populorum: vt exclu-
dant eos, qui probati sunt
argento.

Dissipa gentes, quae bella
volunt, venient legati ex
Aegypto: Aethiopia prae-
ueniet manus eius Deo.

Regna terrae cantate deo:
psallite Domino.

Psallite deo, qui ascendit
super caelum caeli ad orientē.

Ecce, dabit voci suae vo-
cem virtutis, date gloriam
deo super Israel: magnifi-
centia eius, & virtus eius in
nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis
suis, Deus Israel ipse dabit
virtutem, & fortitudinem
plebi suae: benedictus deus.

Psalmus 72.

Quam bonus Israel
Deus iis: qui recto
sunt corde.

Mei autē pene moti sunt
pedes: pene effusi sunt
gressus mei.

Quia zelauī sup iniquos,
pacem peccatorum vidēs.

Quia non est respectus
 morti eorum: & firmamen-
 tum in plaga eorum.
In labore hominum non
 sunt: & cum hominibus non
 flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia:
 operati sunt iniquitate, &
 impietate sua.
Prodit, quasi ex adipe,
 iniquitas eorum: transierunt
 in affectum cordis.
Cogitauerunt, & locuti
 sunt nequitiam: iniquitate
 in excelsu locuti sunt.
Posuerunt in celum os
 suum: & lingua eorum transi-
 uit in terra.
Ideo conuertetur populus
 meus hic: & dies pleni in-
 uenientur in eis.
Et dixerunt, quomodo
 scit Deus: & si est scientia
 in excelsu?
Ecce ipsi peccatores, & a-
 bundantes in seculo, obti-
 nuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo sine causa iu-
 stificaui cor meum: & la-
 ui inter innocentes manus
 meas.
Et fui flagellatus tota die:
 & castigatio mea in matu-
 tinis.
Si dicebam, narrabo sic:

ecce nationem filiorum tuo-
 rum reprobauit.

Existimabam, ut cogno-
 scerem: hoc labor est an-
 teme.

Donec intrem in sanctua-
 rium dei: & intelligam in
 nouissimis eorum.

Veruntamen propter do-
 los posuisti eis: deiecisti
 eos dum alleuarentur.

Quomodo facti sunt in de-
 solationem, subito defecer-
 unt: perierunt propter ini-
 quitatem suam.

Velut fornicium surgen-
 tium domine: in ciuitate
 tua imaginem ipsorum ad
 nihilum rediges.

Quia inflammatum est cor
 meum, & renes mei comu-
 tati sunt: & ego ad nihilum
 redactus sum, & nesciui.

Vt iumentum factus sum
 apud te: & ego semper tecum.

Tenuisti manum dexteram
 meam: & in voluntate tua
 deduxisti me: & cum glo-
 ria suscepisti me.

Quid enim mihi est in cœ-
 lo: & à te quid volui super
 terram?

Defecit caro mea, & cor
 meum: deus cordis mei, &
 pars mea deus in æternum.

Feris. v. ad Matutinum.

Quia ecce, qui elongant se à te peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abste.

Mihi autè adhærere Deo bonum est: ponere in domino Deo spem meam.

Vt annuntiem omnes prædicationes tuas: in portis filie Sion. **Psalmus 88.**

Misericordias Domini: in æternum cantabo.

In generatione, & generationem annuntiabo veritatem tuam, in ore meo.

Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur in cœlis: præparabitur veritas tua in eis.

Disposui testamētum electis meis, iuravi David seruo meo: usque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generatione & generationem: sedem tuam.

Confitebuntur cœli mirabilia tua domine: etem veritatem tuam in ecclesia sanctorum.

Quoniam quis in nubibus æquabitur domino? similis erit in deo in filiis dei.

Deus, qui glorificatur in

cōsilio sanctorum magnis, & terribilis super oēs qui in circuitu eius sunt.

Domine Deus virtutum, qui similis tibi & potens es domine: & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius, tu mitigas.

Tu humiliasti, sicut vulnerratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ, & plenitudinem eius tu fundasti: Aquilonem, & mare tu creasti.

Thabor, & Hermō in nomine tuo exultabunt: tuū brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iustitia, & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia, & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus, qui fecit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in benedictione tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis & dixisti.

Posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea.

Inveni David seruū meū: oleo sancto meo unxi eū:

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meū confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & audientes eum in fugam cōuertam.

Reritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipse inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus, & susceptor salutis mee.

Et ego primogenitum ponam illum; excelsum præ-

regibus terræ.

In æternū seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semē eius: & thronum eius, sicut dies cæli.

Si autē dereliquerint filij eius legem meam: & in iudiciis meis non ambulauerint.

Si iustitias meas profanauerint: & mandata mea non custodierint.

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autē meā non dispergā ab eo, neque nocebo in veritate mea.

Neque profanabo testamentum meū: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.

Semel iurauī in sermō meo, si David mentiar: semen eius in æternū permanebit.

Et thronus eius, sicut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternum: & testis in cælo fidelis.

Fu verò repulisti, & despexisti: distulisti Christū tuum.

Auertisti testamentū ser-

ui tui: prophanasti in terra
sanctuarium eius.

Destruxisti omnes sepes
eius: posuisti firmamentum
eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes
transeutes viam: factus est
opprobrium vicinis suis.

Exaltasti dexteram depri-
mentum eum: lætificasti o-
mnes inimicos eius.

Auertisti adiutorium gla-
dij eius: & non es auxilia-
tus ei in bello.

Destruxisti eum ab emun-
datione: & sedē eius in ter-
ra collisisti.

Minorasti dies temporis
eius: perfudisti eum confu-
sione.

Vsquequo domine auer-
tis in sinem exardescet, si-
cut ignis, ira tua?

Memorare, quæ mea sub-
stantia: nunquid enim va-
nē cōstituisti omnes filios
hominum?

Quis est homo, qui viuet
& non videbit mortem: e-
ruet animam suam de ma-
nu inferi?

Vbi sunt misericordiæ tuæ
antiquæ domine: sicut iu-
rasti David i veritate tua?

Memor esto domine op-

probrij seruorum tuorū,
quod cōtinui in sinu meo,
multarum gentium.

Quod exprobrauerūt ini-
mici tui domine, quod ex-
probrauerunt commuta-
tionem Christi tui.

Benedictus Dominus in
æternum: fiat fiat.

¶ **Ad Laudes. Psal. 99.**



Rubilate deo
omnis ter-
ra: seruite
domino in
lætitia.

Introite in cōspectu eius
in exultatione.

Scitote, quoniam dominus
ipse est deus: ipse fecit nos,
& non ipsi nos.

Populus eius, & oves pa-
scuæ eius, introite portas
eius in confessione, atria
eius in hymnis, confitemi-
ni illi.

Laudate nomen eius, quo-
niam suavis est dominus:
in æternum misericordia
eius, & vsque in generatio-
ne, & generationem veri-
tas eius. **Psalms 102.**

Benedic anima mea
domino: & oīa, quæ
intra me sunt, nomi-
ni sancto eius.

Benedic anima mea domi-
no: & noli obliuisci omnes
retributiones eius.

Qui propitiatur omnib⁹
iniquitatib⁹ tuis: qui sanat
omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu
vitam tuam: qui coronat
te in misericordia, & mise-
rationibus.

Qui replet in bonis desi-
derium tuum: renouabitur,
vt aquilæ, iuuentus tua.

Faciens misericordias do-
minus: & iudicium omni-
bus iniuriarum patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi:
filiis Israel volútales suas.

Miserator, & misericors
dominus: longanimis; &
multum misericors.

Non in perpetuum irasce-
tur. neque in æternum cõ-
minabitur.

Non secundum peccata no-
stra fecit nobis: neque secun-
dum iniquitates nostras re-
tribuit nobis.

Quoniam secundum alti-
tudinem celi à terra: corro-
borauit misericordiam suam
super timentes se.

Quoniam distat ortus ab
occidente: longè fecit à no-
bis iniquitates nostras.

Quomodo miseretur pa-
ter filiorum, miserus est do-
minus timentibus se: quo-
niam ipse cognouit signum
tuum nostrum.

Recordatus est quoniam
pulsus sumus, homo sicut
fœnum: dies eius, tãquam
flos agri, sic efflorescit.

Quoniam spiritus pertransi-
bit in illo, & nõ subsistet:
& non cognosceat amplius
locum suum.

Misericordia autem Do-
mini ab æterno, & vsque
in æternum, super timen-
tes eum.

Et iustitia illius in filios fi-
liorum: his qui seruant te-
stamentum eius.

Et memores sunt mado-
rum ipsius, ad faciendum ea.

Dominus in cælo parauit
sedem suam: & regnum ipsi⁹
omnibus dominabitur.

Benedicite domino om-
nes angeli eius: potentes vir-
tute, facientes verbum il-
lius, ad audiendam vocem
sermonum eius.

Benedicite dño oēs virtu-
tes eius: ministri eius, qui
facitis voluntatem eius.

Benedicite domino omnia
opera eius: in omni loco

dominationis eius, benedic anima mea domino.

Canticum Mosi. Exod. 15.

Cantemus Domino gloriosè enim magnificatus est: æquus & ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea dominus & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dñs quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in mari rubro.

Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum, quasi lapis.

Dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicum: & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.

Missi iram tuam, quæ de obravit eos, sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquæ.

Sicut unda fluens congregatae sunt abyssi in medio

mari.

Dixit inimicus, Persequar & comprehendam: diuidam spolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt, quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate: terribilis, atq; laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo, quem redemisti.

Et portasti eum in fortitudine tua: ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores philistinim.

Tunc conturbati sunt principes Edon: robustos Moab obtinuit tremor: obriuerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pavor: in magnitudine brachij tui,

Fiant immobiles, quasi lapides, donec pertranseat populus tuus domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tue: firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine.

Sanctuarii tui domine, quod firmauerunt manus tue: dominus regnabit in aeternum, & ultra.

Ingressus est enim eques Pharao cum curribus, & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas maris.

Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius. **Deinde, Benedictus, so. 5. ¶ Ad primam, An. Dominus. Psalm. 8.**



Domine dominus noster: quam admirabile est nomen tuum in v-

niuersa terra?

Quoniam eleuata est magnificentia tua super celos. **R**ex ore infantium, & lactatum perfecisti laudem

propter inimicos tuos: ut destruas inimicum & vltorem.

Quoniam videbo celos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, & stellas quae tu fundasti.

Quid est homo, quod memores eius? aut filius hominis, quonia visitas eum?

Minuisti eum paulo minus ab angelis. gloria, & honore coronasti eum, & constituisti eum, super opera manuum tuarum.

Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues, & boues vniuersas: insuper & pecora campi.

Volucres caeli, & pisces maris, qui per ambulat semitas maris.

Dne dñs noster: quam admirabile est nomen tuum, in vniuersa terra. **Psalm. 26.**

Domine illumina-
Dctio mea: & salus mea:
quem timebo?

Dominus protector vitae
meae: a quo trepidabo?

Dum appropiant super
me nocentes: ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici
mei, ipsi infirmati sunt, &
ceciderunt.

Feria. v. ad Primam.

Si cōsistant aduersum me castra, nō timebit cor meū.

Sic exurgat aduersum me p̄liū : in hoc ego sperabo.

Vnā petij à domino, hanc requiram : vt inhabitem in domo dñi omnib⁹ diebus vitæ meæ.

Vt videam voluntatē domini : & visitem templum eius.

Qm̄ abscondit me in tabernaculo suo : in die malorum protexit me, in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me : & nūc exaltauit caput meū, super inimicos meos.

Circuiui, & immolauī in tabernaculo eius, hostiam vociferationis : cantabo & psalmum dicam domino.

Exaudi dñe vocem meā, qua clamaui ad te : misere-re mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meū, exqui-simit te facies mea : faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me : ne declines in ira à ser-uo tuo.

Adiutor meus esto : ne de-relinquas me, neque despi-cias me, de⁹ salutaris me⁹.

Quoniā pater me⁹, & ma-

ter mea dereliquerūt me : dñs autem assumpsit me.

Legem pone mihi domi-ne in via tua : & dirige me in semita recta, propter inimicos meos.

Ne tradideris me in ani-mas teibulātium me : quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domi-ni. in terra viuentium.

Expecta dominum, viriliter age : & confortetur cor tuum, & sustine dominū.

Psalmus 27.

AD te domine cla-mabo Deus meus ne fileas à me : ne-quando taceas à me, & as-similabor descendentibus in lacum.

Exaudi domine vocē de-precationis meę, dum oro ad te : dum extollo manus meas ad templum sanctū tuum.

Ne simul tradas me cum peccatoribus : & cum ope-rantibus iniquitatem ne perdas me.

Qui loquuntur pacē cum proximo suo. mala autem in cordibus eorum.

Da illis secundum opera
eorū : & secundū nequitia
adiuentionum ipsorum:

Secundū opera manuum
eorū tribue illis : redde re-
tributionem eorum ipsis.

Quonia nō intellexerunt
opera domini, & in opera
manuum eius, destrues il-
los: & non ædificabis eos.

Benedictus dñs: quoniam
exaudiuit vocem deprecac-
tionis meæ.

Dominus adiutor meus,
& protector meus : & in
ipso sperauit cor meum, &
adiutus sum.

Et refluuit caro mea : &
ex voluntate mea confite-
bor ei.

Domin⁹ fortitudo plebis
sue: & protector saluatio-
num Christi sui est.

Saluū fac populum tuum
dñe, & benedic hereditati
tue: & rege eos, & extolle
illos vsque in æternum.

Añā. Dominus illumina-
tio mea, & salus mea. **De-**

inde. Credo. ¶ **Ad Ter-**

tiam. **Añā.** Confitebor.
Psalms 91.

Bonum est confiteri
domino : & psallere
nomini tuo altissimo:

Ad annuntiandum mane
misericordiam tuam, & ve-
ritatem tuā, per noctem.

In decachordo psalterio
cum cantico, in cithara.

Quia delectasti me domi-
ne in factura tua : & in o-
peribus manuum tuarum
exultabo.

Quam magnificata sunt
opera tua Domine? nimis
profundè factæ sunt cogi-
tationes tuæ.

Vir inspiens non cogno-
scet : & stultus non intel-
liget hæc.

Cū exortū fuerint pecca-
tores sicut fœnum: & appa-
ruerint omnes, qui operā-
tur iniquitatem.

Vt intereant in seculū se-
culi : tu autē altissimus in
æternum domine.

Quoniam ecce inimici tui
domine, quoniam ecce ini-
mici tui peribūt: & disper-
dentur omnes, qui operā-
tur iniquitatem.

Et exaltabitur, sicut vni-
cornis, cornu meum: & se-
nectus mea in misericor-
dia vberi.

Et despexit oculus meus
inimicos meos: & insurgē-
tibus in me: malignantib⁹,

audiet oris mea.

Iustus, vt palma florebit: sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plātati in domo domini: in atriis domus Dei nostri florebut.

Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: & bene patientes erunt: vt annū-tient.

Quoniam rectus domin⁹ Deus noster: & non est iniquitas in eo. **Psalmus 93.**

Dominus regnauit, decorē indutus est: indutus est domin⁹ fortitudinem, & præcinxit se.

Etenim firmavit orbē terrę: qui non cōmouebitur.

Varata sedes tua deus: extunc: à seculo tu es.

Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam.

Eleuauerunt flumina fluctus suos, à vocibus aquarum multarum.

Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinē dic-

rum.

Psalmus 107.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, &

psallam in gloria mea.

Exurge gloria mea, exurge psalterium, & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis domine: & psallam tibi in nationibus.

Quia magna est super caelos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super caelos de⁹, & super omnem terrā gloria tua: vt liberentur dilecti tui.

Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo.

Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuaslem tabernaculorum dimetiar.

Meus est Galaad, & meus est Manassēs: & Ephraim susceptio capitis mei.

Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.

In Idumæam extendā calcamentū meū: mihi alienigenæ amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me, vsque in Idu-

meam?

Nonne tu deus, qui repulisti nos? & nō exhibis deus in virtutibus nostris?

Dana nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.

In deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Antipho. Consitebor tibi in popalis domine.

Ad Sextam. Antipho. Immola. **Psalmus 49.**



Deus deorum domini locus est: & vocauit terram.

A solis ortu vsque ad occisum: ex Sion species decoris eius.

Deus manifeste veniet, deus noster, & non silebit.

Ignis in cōspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.

Aduocauit cælum defursum: & terram discernere populum suum.

Congregate illi sanctos eius qui ordinant testamentum eius super sacrificia.

Et annūtiabūt cæli iusti-

fiam eius: quoniam Deus iudex est.

Audi populus meus, & loquar: Israel & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.

Non in sacrificiis tuis arguam te: holocausta autē tua in cōspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregebis tuis hircos.

Quoniam mæx sunt omnes feræ sylvarum: iumenta in montibus, & boues.

Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agrumecum est.

Si esuriero non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.

Nunquid manducabo carnes taurorum? aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis: & redde altissimo vota tua.

Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.

Peccatori autem dixit deus, **Q**uare tu enarras iustitias meas, & assumis te-

stamentum meum per os
tuum?

Tu verò odisti disciplinā:
& proiecisti sermones me-
os retrorsum.

Si videbas furē, currebas
cū eo: & cū adulteris por-
tionem tuam ponebas.

Os tuum abundauit ma-
litiā: & lingua tua concin-
nabat dolos.

Sedens aduersus fratrem
tuum loquebaris, & aduer-
sus filium matris tuæ po-
nebas scandalum: hæc fe-
cisti, & tacui.

Existimasti iniquè quod
ero tui similis: arguam te,
& statuam contra faciem
tuam.

Intelligite hæc qui obliui-
scimini deum: nequādo ra-
piat, & non sit qui eripiat.

Sacrificium laudis hono-
rificabit me: & illic iter,
quò ostendam illi saluta-
re Dei.

Psalms 74.

Confitebimur tibi
de^o, confitebimur:
& inuocabimus nō-
men tuum.

Narrabim⁹ mirabilia tuā:
cūm accepero tēpus, ego
iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & o-

mnes qui habitant in ea:
ego confirmaui columnas
eius.

Dixi iniquis, nolite iniq;
agere: & delinquentibus,
nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum
cornu vestrum: nolite lo-
qui aduersus Deum, ini-
quitatem.

Quia neque ab oriente,
neque ab occidēte, neque
à desertis montibus: quo-
niam deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc
exaltat: quia calix in manu
domini vini meri plenus
misto.

Et inclinauit ex hoc in
hoc: veruntamen sēx eius
non est exinanita: bibent
omnes peccatores terræ.

Ego autem annuntiabo
in seculum: cantabo Deo
Iacob.

Et omnia cornua pecca-
torum confringam, & ex-
altabantur cornua iusti.

Psalms 122.

Ad te leuavi oculos
meos: qui habitas
in cælis.

Ecce sicut oculi seruorū:
in manibus dominorum
suorum.

Sicut

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ ita oculi nostri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri.

Miserere nostri domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Antiphona.
Immolâ Deo sacrificium laudis, & redde altissimo vota tua.

Ad Nonam. Antiphona.
Apud te.



Psalmus. 37.
Ixit iniquus, ut delinquat in semetipso: non est timor dei ante oculos eius.

Quonia dolose egit in conspectu eius: ut inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas, & dolus: noluit intelligere, ut bene ageret.

Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiuit.

B. N.

Domine, in cælo misericordia tua: & veritas tua usque ad nubes.

Iustitia tua, sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.

Homines, & iumenta saluabis domine: quæ ad modum multiplicasti misericordiam tuam deus.

Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ: & torrete voluptatis tuæ potabis eos.

Quonia apud te est fons vitæ: & in lumine tuo vidimus lumen.

Proterende domine misericordiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam iis, qui recto sunt corde.

Non veniat mihi pes superbæ: & manus peccatoris non moueat me.

Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem: expulsii sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus. 82.

Deus quis similis erit tibi? ne taceas, neque compescaris Deus.

Quonia ecce inimici tui.

G.

sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.

Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel ultra.

Quoniam cogitauerunt vananimiter: simul aduersus testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum, & Ismaelitarum.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alie nigene, cum habitantibus Tyrum.

Et enim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filiis Loth.

Fac illis sicut Madian, & Sifaram: sicut Iabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor facti sunt ut sterco terræ.

Pone principes eorum, sicut Oreb, & Zeb, & Zebec, & Salmana.

Omnines principes eorum, qui dixerunt, Hereditate possideamus sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos ut

rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis, qui comburit syluam, & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.

Impie facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum domine.

Erubescant, & conturbentur in seculum seculi: & confundantur, & pereant.

Et cognoscat, quia nomen tibi dominus: tu solus altissimus in omni terra.

Psalmus. 100.

Misericordiam, & iudicium cantabo tibi domine.

Passam, & intelligam in via immaculata: quando uenies ad me.

Perambulabam in innocentia cordis mei. in medio domus mee.

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes prauaricationes odium.

Non adhaesit mihi cor prauum: declinatem a me malignum: non cognoscebam.

Detrahetem secretò proximo suo: hunc persequabar.

Superbo oculo, & insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terre, vt sedeant mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non dixerit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terre: vt disperderem de ciuitate domini omnes operantes iniquitatem.

Ampho. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo vidimus lumen.

¶ Ad Vesperas. Psal. 135.

Memento Domine David, & ois mansuetudinis eius.

Sicut iurauit domino: votum vouit deo Iacob.

Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei.

Si dederò somnum oculis meis: & palpebris meis

domitationem.

Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino, tabernaculum deo Iacob.

Ecce, audiuimus eam in Ephratha: inuenimus eam in campis syluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius.

Surge domine in requiem tuam: tu, & arca sanctificationis tuæ.

Sacerdotes tui induantur iustitiam: & sancti tui exultent.

Propter David seruum tuum, non auertas faciem Christi tui.

Iurauit dominus David veritatem, & non frustrabitur eum: De fructu venteris tui ponam super sedem tuam.

Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc, quæ docebo eos.

Et filij eorum vsque in seculum, sedebunt super sedem tuam.

Quoniam elegit dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Peria. v. ad Vesperas.

Hæc requies mea in sæculum sæculi: hic habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt.

Illuc producam cornu Dauid, parauit lucernam Christo meo.

Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorescit sanctificatio mea.

Psalmus. 136.

Super flumina Babylonis, illic sedimus, & fleuimus: dum recordaremur tui Sion.

In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.

Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos, verba cationum.

Et qui abduxerunt nos: hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus canticum Domini: in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Hierusalem: obliuioni detur dextera mea.

Adhaereat lingua mea fau-

cibus meis: si non meminero tui.

Si non proposuero Hierusalem: in principio lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorum Edom: in die Hierusalem.

Qui dicunt, Exinanite, exinanite: usque ad fundamentum in ea,

Filia Babylonis miserere: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

Beatus, qui tenebit, & alidet paruulos suos ad petram.

Psalmus. 145.

Lauda anima mea dominum, laudabo dominum in uita mea: psallam deo meo quoadiu fuero.

Nolite confidere in principibus: neque in filiis hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in domino deo ipsius qui fecit cælum & terram: mare & omnia quæ in eis sunt.

Qui custodit veritatem in
seculum, facit iudiciū in-
iuriam patientibus: dat e-
scam esurientibus.

Dominus soluit compe-
ditos: dominus illuminat
cecos.

Dominus erigit elisos: do-
minus diligit iustos.

Dominus custodit adue-
nas: pupillum & viduā su-
scipiet, & vias peccatorum
disperdet.

Regnabit dominus in se-
cula deus tuus Sion: in ge-
neratione & generationē.

Deinde Magnificat. so. 11.

¶ Ad Completorium.

Psalms. 45.



Deus noster,
refugium, &
virtus adiu-
tor in tribu-
lationibus,
quę inuene-

runt nos nimis.

Propterea non timebim⁹
dum turbabitur terra, &
transferentur montes in
cor maris.

Sonuerūt, & turbatę sunt
aquę eorum: conturbati
sunt montes in fortitudi-
ne eius.

Fluminis impetus latifi-

cat ciuitatem dei: sanctifi-
cauit tabernaculum suum
altissimus.

Deus in medio eius non
commouebitur: adiuuabit
eam deus mare diluculo.

Conturbatę sunt gentes
& inclinata sunt regna: de-
dit vocem suam, mota est
terra,

Dominus virtutum nobis
seum: susceptor noster de⁹
Iacob.

Venite, & videte opera
domini, quę posuit pro-
digia super terram: aufe-
rens bella vsque ad finem
terrę.

Arcum conteret, & con-
fringet arma: & scuta com-
buret igni.

Vocate, & videte, quoniã
ego sum Deus: exaltabor
in gentibus, & exaltabor
in terra.

Dominus virtutum nobis
cum: susceptor noster de⁹
Iacob.

Psalms. 46.

Omnes gentes plau-
dite manibus: iubi-
late deo in voce ex-
ultationis.

Quoniam dominus excel-
sus, terribilis: rex magnus
super omnem terram.

Peria. v. ad Completorium.

Subiecit populos nobis:
& gentes sub pedibus no-
stris.

I legit nobis hereditatem
suam: speciem Iacob, que
dilexit.

Ascendit Deus in iubilo:
dominus in voce tubæ.

Psallete Deo nostro, psal-
lite: psallite regi nostro,
psallite.

Quoniam rex omnis ter-
ræ deus: psallite sapienter.

Regnabit deus super gen-
tes: deus sedet super sedem
sanctam suam.

Princes populorum cõ-
gregati sunt cum Deo A-
braham: quoniam dii for-
tes terræ vehementer ele-
uati sunt.

Psalmus 47.

Magnus Dominus,
& laudabilis nimis:
in ciuitate Dei no-
stri, in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vni-
terse terræ: mons Sion, la-
tera Aquilonis, ciuitas re-
gis magni.

Deus in domibus eius co-
gnoscetur: cum suscipiet
eam.

Quoniam ecce reges ter-
ræ congregati sunt: conue-

nerunt in vnum.

Ipsi videntes, sic admirati
sunt, conturbati sunt, com-
moti sunt. tremor apprehen-
dit eos.

Ibi dolores, vt parturien-
tis: in spiritu vehemēti cõ-
teres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidi-
mus in ciuitate Domini
virtutum: in ciuitate Dei
nostri Deus fundauit eam
in æternum.

Suscepimus Deus miseri-
cordiam tuam: in medio
templi tui.

Secundum nomen tuum
Deus, sic & laus tua in fi-
nes terræ iustitia plena est
dextera tua.

Lætetur mōs Sion, & ex-
ultent filix Iudæ: propter
iudicia tua domine.

Circundate Sion, & com-
plectimini eam: narrate in
turribus eius.

Fonite corda vestra in vir-
tute eius: & distribuite do-
mos eius, & enarretis in
progenie altera.

Quoniam hic est Deus:
Deus noster in æternum,
& in sæculū sæculi: ipse re-
get nos in sæcula. **Deinde.**

Nunc dimittis. **folio. 12.**

Feria.vj.ad Matutinum.

Psalmus. 31.



Deus Deus
meus res-
pice i me:
quare me
dereliqui-
sti & longè

à salute mea, verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas laus Israel.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberaisti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo opprobrii hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me loquuti sunt labiis, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiat eum saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui eraxisti me de ventre matris meae, in te projectus sum

ex utero.

De ventre matris meae deus meus es tu: ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est, qui adiuuet.

Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obfederunt me.

Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens, & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.

Factum est cor meum, tanquam cæra liquefscens, in medio ventris mei.

Aruit, tanquam testa, virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.

Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantium obsedit me.

Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.

Ipsi verò considerauerunt, & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.

Tu autem Domine, ne elōgaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meā conspice.

Erue à framea deus animā meam: & de manu eatis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: & à cornib⁹ vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen meū fratribus meis: in medio ecclesie laudabo te.

Qui timetis dominū, laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eū.

Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit, neque despexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem suam à me: & cum clamarem ad eum exaudiuit me.

A pud te laus mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabuntur: & laudabūt dominum, qui requirunt eū: viuent corda eorum in seculum sc̄culi.

Reminiscentur, & conuertentur ad dominum; vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius: vniuersæ familie gentium.

Quoniam domini est regnum: & ipse dominabitur gentium.

Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent oēs, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet, & semen meum seruiet ipsi.

Annūtiabitur domino generatio ventura: & annūtiabunt cœli iustitiam eius populo, qui nascetur, quē facit dominus.

Psalmus. 68.

Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animā meam.

Infixus sum in limo profundū: & non est substātia.

Veni in altitudinē maris: & tempestas demersit me.

Laborauī clamans: rauca factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dū spero in deum meum.

Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui odorant me gratis.

Confortati sunt, qui per-

secuti sunt me inimici mei iniuste: quæ nõ rapui, tunc exolebam.

Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.

Non erubescat in me, qui expectant te domine: domine virtutum.

Non confundantur super me: qui quærent te, Deus Israel.

Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.

Extraneus factus sum fra-tribus meis: & peregrinus, filiis matris meæ.

Quoniam zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum est in opprobrium mihi.

Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.

Aduersum me loquebantur: qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.

Ego verò, orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine misericordiarum tuarum exaudi me: in veritate salutis tuæ.

Eripe me de luto, ut non insigam: libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempestas aquarum, neque absorbeas me profundum: neque urgeat super me puteus os suum.

Exaudi me domine, quoniam benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.

Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.

Intende anime meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.

Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam.

In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me: improperium expectauit cor meum, & miseriam.

Et sustinui, qui simul contristaretur, & non fuit: & consolaretur, & non inueni.

Et dederunt in escam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto.

Fiat mensa eorum coram
 ipsis in laqueum: & in re-
 tributiones, & in scanda-
 lum.

Obscurentur oculi eorū
 ne videant: & dorsum eo-
 rum semper incurua.

Iffunde super eos iram
 tuam: & furor iræ tuæ cō-
 prehendam eos.

Fiat habitatio eorum de-
 ferta: & in tabernaculis eo-
 rum nō sit, qui inhabitet.

Quoniam, quem tu per-
 cussisti, persecuti sunt: &
 super dolorem vulnerum
 meorum addiderunt.

Appone iniquitatē super
 iniquitatem eorum: & non
 intrent in iustitiam tuam.

Delegantur de libro viuen-
 tium, & cum iustis nō scri-
 bantur.

Ego sum pauper, & do-
 lens, salus tua Deus susce-
 pit me.

Laudabo nomen dei cum
 cantico: & magnificabo eū
 in laude.

Et placebit Deo super vi-
 tulum nouellum: cornua
 producentem, & vngulas.

Videant pauperes & latē-
 tur: quærite Deum, & vi-
 uet anima vestra.

Quoniam exaudiuit pau-
 peres dominus: & vincōs
 suos non despexit.

Laudent illum cœli, & tēr-
 ra: mare, & omnia reptilia
 in eis.

Quoniam deus saluam fa-
 ciet Sion: & ædificabuntur
 ciuitates iudæ.

Et inhabitabunt ibi, & hæ-
 reditate acquirant eam.

Et semen seruorum eius
 possidebit eam: & qui di-
 ligunt nomen eius, habi-
 tabunt in ea.

Psalmus. 70.

INte Domine speraui,
 non confundar in æter-
 num: in iustitia tua libe-
 ra me, & eripe me.

Inclina ad me aurem tuā:
 & salua me.

Esto mihi in Deum pro-
 tectorem, & in locum mu-
 nitum: vt saluū me facias.

Quoniam firmamentum
 meum: & refugium meum
 es tu.

Deus meus eripe me de
 manu peccatoris, & de ma-
 nu contra legem agentis,
 & iniqui.

Quoniam tu es patientia
 mea domine: domine spes
 mea, à iuuentute mea.

In te confirmatus sum ex
vtero: de v̄tre matris meæ
tu es protector meus.

In te cātatio mea semper:
tanquam prodigium fact⁹
sum multis, & tu adiutor
fortis.

Repleatur os meum lau-
de: vt cantem gloriam tu-
am, tota die magnitudinē
tuam.

Ne proicias me in tempo-
re senectutis: cum defec-
erit virtus mea, ne derelin-
quas me.

Quia dixerūt inimici mei
mihi: & qui custodiebant
animam meam, consilium
fecerunt in vnum.

Dicentes, deus dereliquit
eum: persequimini, & com-
prehendite eum: quia non
est, qui eripiat.

Deus ne elongeris à me:
Deus meus in auxilium
meum respice.

Confundantur, & deficiāt
detrahentes animæ meæ:
operiantur confusione, &
pudore, qui quærunt ma-
la mihi.

Ego autem semper spera-
bo: & adiciam super om-
nem laudem tuam.

Os meum annuntiabit iu-

stitiam tuam: tota die salu-
tare tuum.

Quoniam non cognoui li-
teraturam, introibo in po-
tentias Domini: Domine
memorabor iustitiæ tuæ
solius.

Deus docuisti me à iuuen-
tute mea: & vsq; nunc pro-
nunciabo mirabilia tua.

Et vsque in senectam, &
senium: Deus ne derelin-
quas me.

Donec annūtiem brach iū-
tuum generationi omni:
quæ ventura est.

Potentiam tuam, & iusti-
tiam tuam Deus vsque in
altissima, quæ fecisti, ma-
gnalia. deus qs similis tibi?

Quātas ostendisti mihi tri-
bulationes, multas, & ma-
las: & conuersus viuificasti
me, & de abyssis terræ ite-
rum reduxisti me?

Multiplicasti magnificen-
tiam tuā: & conuersus con-
solatus es me.

Nam & ego confitebor ti-
bi, in vasis psalmi, veritatē
tuam deus: psallam tibi in
cithara sanctus Israel.

Exultabūt labia mea cum
cantauero tibi: & anima
mea, quam redemisti.

Sed & lingua mea, tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi, & reueriti fuerint, qui querunt mala mihi.

¶ Ad Laudes. Psal. 148.



Audate dominum de caelis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellae & lumen.

Laudate eum caeli caelorum & aquae, quae super caelos sunt: laudent nomen domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandavit & creata sunt.

Statuit ea in aeternum & in saeculum saeculi: preceptum posuit, & non preteribit.

Laudate dominum de terra: dracones & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quae faciunt verbum eius.

Montes & omnes colles;

ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiae, & uniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatae.

Reges terrae, & omnes populi: principes, & omnes iudices terrae.

Iuvenes & virgines, senes cum iunioribus laudent nomen domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super caelum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius filiis Israel, populo appropinquanti sibi.

Psalmus 149.

Cantate domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

Laetetur Israel in eo qui fecit eum: & filiae Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano & psalterio psallant ei.

Quia beneplacitum est domino in populo suo: & exaltauit mansuetos in salutem.

Exaltabunt sancti in gloria: laetabuntur in cubili-

bus suis.

Exultationes dei in guttore eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium cōscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius.

¶ Canticum Habacuc. 3.

Domine audivi auditionem tuam: & timui.

Domine, opus tuum: in medio annorum, viuifica illud.

In medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordie recordaberis.

Deus ab austro veniet: & sanctus de monte Pharan.

Operuit caelos gloria eius: & laudis eius plena est terra.

Splendor eius ut lux erit: cornua in manibus eius.

Ibi abscondita est fortitudo eius: Ante faciem eius ibit mors.

Et egredietur diabolus ante pedes eius: Stetit, & mē-

sus est terram.

Aspexit, & dissoluit gentes: & contriti sunt montes sæculi.

Incuruaui sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ: turbabuntur pelles terræ Madian.

Nunquid in fluminibus iratus es domine? vel in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?

Qui ascendes super equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio?

Suscitās suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus, quæ loquutus es.

Fluuios scindes terræ: Viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum transit.

Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas leuauit.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu cōculcabis terram: & in furore obstruēs facies gentes.

Feria. vj. ad Primam.

Agressus es in salutem populi tui: in salutē cū Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus, vt turbo, ad dispergendum me.

Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce cōtremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis, & subter me scateat.

Vt requiescā in die tribulationis: vt ascendā ad populum accinctum nostrū.

Ficus enim nō florebit: & non erit germen in vineis. Mentietur opus oliuæ: & arua non afferent cibum.

Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

Ego autē in Domino gaudebo: & exultabo in Deo

Iesu meo.

Deus dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum.

Et super excelsa mea deducet me victor: in psalms canentem.

Deinde, Benedictus.

¶ Ad Primam. Antipho. Cor mundum.



Quare fremuerunt gētes: & populi meditati sūt inania?

Astiterūt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum.

Qui habitat in cælis, iridebebit eos: & Dominus subsannabit eos.

Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo cōturbabit eos.

Ego autē constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius prædicans præceptum eius.

Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie

genui te.

Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite. erudimini, qui iudicatis terram.

Seruite dño in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehédite disciplinam ne quando irascatur Dñs: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes, qui confidunt in eo. *Psalms. II.*

Salum me fac Domine: quoniam defecit sanctus, quoniam diminuta sunt veritates à filiis hominum.

Vana loquuti sunt vnusquisq; ad proximum suu: labia dolosa in corde & corde loquuti sunt.

Disperdat Dominus vniuersa labia dolosa, & linguam magniloquam.

Qui dixerunt, linguam nostram magnificabimus: labia nostra à nobis sunt, q̄s noster dominus est?

Propter miseriam inopum, & gemitum pauperu, nũc exurgam: dicit Dominus.

Ponam in salutari: fiducia liter agam in eo.

Eloquia domini, eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terrea, purgatum septuplum.

Tu Domine seruabis nos & custodies nos: à generatione hac in æternum.

In circuitu impij ambulant: secundum altitudinem tuã multiplicasti filios hominum. *Psalms. 50.*

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuã.

Et secundum multitudinem miserationum tuaru, dele iniquitatem meam.

Amplius lava me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meã ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci: vt iustificeris in sermonibus tuis & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me ma-

ter mea.

Ecce enim veritatem dilexisti: incerta & occulta sapientie tue manifestasti mihi.

Asperges me domine hisso, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.

Au ditui meo dabis gaudium & lætitiã: & exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me Deus: & spiritum rectum innoua in visceribus meis.

Ne proicias me à facie tua: & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiã salutis tui: & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ: & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses, sa-

crificium dedissem: utique holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum, Deus non despicias.

Benigne fac Domine in bona voluntate tua Sion: ut ædificentur muri Hierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ oblationes & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos. **Antiph.** Cor mundum crea in me Deus.

Deinde. Credo.

¶ Ad tertiam. Antiph. Ne derelinquas.

Psalmus. 3.



Domine, quæ multiplicati sunt, qui tribulant me: multi insurgunt

aduersum me.

Multi dicunt anime meæ: Non est salus ipsi in Deo eius.

Tu autem domine susceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.

Voce mea ad dominum clamaui:

maui:

mani: & exaudiuit me de monte sancto suo.

Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi quia dominus suscepit me.

Non timebo milia populi circumdantis me, exurge Domine: saluum me fac Deus meus.

Quonia tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisisti.

Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

Psalmus, 37.

Domine ne in furore tuo arguas me neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infirmitates sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie irae tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quonia iniquitates meae suppressae sunt caput meum: & sicut onus graue grauitates sunt super me.

Putruerunt & corruptae sunt cicatrices meae: a facie insipientiae meae.

Miser factus sum & curua-

tus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quonia lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.

Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: & gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.

Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.

Et qui iuxta me erant, de longe steterunt & vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala, mihi locuti sunt vanitates: & dolos tota die meditantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens: & non habens in-

B. N.

h

ore suo redargutiones.

Quoniam in te Domine speraui: tu exaudies me domine Deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouetur pedes mei: sup me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatē meā annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei viuūt, & cōfirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me iniquē.

Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine Deus meus: ne discesseris à me.

Intēde in adiutoriu meū, domine: deus salutis meæ.

Psalmus. 55.

Miserere mei Deus, quoniam cōculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.

Conculcauerūt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellantes aduersum me.

Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.

In deo laudabo sermones meos, in deo speraui: nō timebo, qd̄ faciat mihi caro.

Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorū in malum.

Inhabitabunt, & abscondēt: ipsi calcaneum meum obseruabunt.

Sicut sustinuerunt animā meam, pro nihilo saluos facies illos: in ira populos cōfringes.

Deus, vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in cōspectu tuo.

Sicut & in promissione tua, tunc conuertentur inimici mei retrorsum.

In quacunque die inuocauero te: ecce cognoui, qm̄ deus meus es tu.

In deo laudabo verbū, in domino laudabo sermonē: in deo speraui non timebo quid faciat mihi homo.

In me sunt deus vota tua, quæ reddā laudationes tibi.

Quonia eripuisti animam

meam de morte, & pedes
meos de lapsu: vt placeam
coram Deo in lumine vi-
uentium.

30. Ne derelinquas me do-
mine Deus meus. ¶ **Ad**
Sextam. Antiphona. Cla-
mabo. **Psalmus. 56.**



Miserere mei
Deus, mise-
rere mei: quā
in te confidit
anima mea.

Et in umbra alarū tuarum
sperabo: donec transeat
iniquitas.

Clamabo ad Deum, altis-
simum: Deum, qui benefe-
cit mihi.

Misit de cælo, & liberauit
me: dedit in opprobrium
conculcantes me.

Misit deus misericordiam
suam, & veritatem suam &
eripuit animam meam de
media catulorū leonum:
dormiui conturbatus.

Filij hominū, dentes eorū
arma, & sagittæ: & lingua
eorum, gladius acutus.

Exaltare super cælos de^o:
& super omnem terrā glo-
ria tua.

Yaquem parauerunt pe-
dibus meis: & incaruaue-

runt animam meam.

Foderunt ante faciem me-
am foueam: & inciderunt
in eam.

Paratum cor meum deus
paratum cor meum canta-
bo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exur-
ge psalterium, & cithara:
exurgam diluculo.

Cōfitebor tibi in populis
domine: & psalmum dicam
tibi in gentibus:

Quoniam magnificata est
vsque ad cælos misericor-
dia tua, & vsque ad nubes
veritas tua.

Exaltare super cælos de^o:
& super omnem terrā glo-
ria tua. **Psalmus. 57.**

EXaudi Deus oratio-
nem meam, cū de-
precor: à timore ini-
mici eripe animam meam.

Protexisti me à conuente
malignantium. à multitu-
dine operantium iniquita-
tem:

Qui exacerunt, vt gla-
dium linguas suas, intēde-
runt arcum, rem amaram:
vt sagitent in occultis im-
maculatum.

Subitō sagittabunt eum,
& nō timebūt: irmauerūt

Sibi ſermonem nequam.

Narrauerunt, vt abſconderent laqueos: dixerunt, quis videbit eos?

Scrutati ſunt iniquitates: deſecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus.

Sagitæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorum: & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati ſunt omnes, qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et annūtiauerūt opa Dei: & facta eius intellexerunt.

Ixtabitur iuſtus in domino, & ſperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde. *Psalmus. 139.*

ERipe me domine ab homine malo à viro iniquo eripe me.

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die cōſtituebant prælia.

Acuerunt linguas ſuas, ſicut ſerpētes: venenū aſpidum ſub labiis eorum.

Cuſtodi me dñe de manu peccatoris: & ab hominib⁹ iniquis eripe me.

Qui cogitauerūt ſupplā-

tare grefſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi.

Et funes extenderunt in laqueum iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.

Lixi domino, Deus meus es tu: exaudi domine vocē deprecationis meæ.

Lomine domine virtus ſalutis meæ: obūbraſti ſuper caput meum in die belli.

Ne tradas me dñe à deſyderio meo peccatori: cogitauerūt cōtra me ne derelinquas me, ne forte exaltētur

caput circuitus eorum labor laborum ipſorum operiet eos.

Cadent ſuper eos carbonēs in ignem delictes eos, in miſeris non ſubſiſtent.

Vir linguoſus non dirigetur in terra: virum inuultū mala capſent in interitu.

Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.

Veruntamen iuſti cōſtebuntur nōmini tuo: & habitabunt recti: curæ vultu tuo. *Añs. Clauabo ad deū altiffimum.*

Añs. Clauabo ad deū altiffimum.

¶ Ad Nonam. Añs. Rex noſter. Psalmus. 60.

Exaudi Deus deprecationē meā: intende orationi meæ.

A finibus terrę ad te clamaui, dū anxietur cor meū: in petra exaltasti me.

Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.

Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula protegar: in velamēto alarū tuarum.

Quoniam tu Deus meus exaudisti orationem meā: dedisti hereditatem timen- tibus nomen tuum.

Dies super dies regis adicies: annos eius usque in diem generationis, & generationis.

Permanet in æternum in conspectu Dei misericordiā, & veritatem eius quis requireret?

Sic psalmum dicā nomini tuo in seculum seculi. ut reddam vota mea de die in diem.

Psalmus. 69.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandū me, festina.

Confundantur, & reuerentur: qui quærunt ani-

mam meam.

Auertantur retrorsum, & erubescant: qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescētes: qui dicunt mihi, euge euge.

Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligit salutare tuum.

Ego verò egenus, & pauper sum: Deus adiuua me.

Adiutor me⁹, & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Psalmus. 71.

VT quid Deus repulisti in sinē: iratus est furor tuus super oues pascuę tuę?

Memor esto congregatiōnis tuę, quam possedisti ab initio.

Redemisti virgam hereditatis tuę. mōs sion in quo habitasti in eo.

Leua manus tuas in superbias eorum in finem: quanta malignatus est inimicus in sancto.

Et gloriati sunt, qui oderunt te: in medio solennitatis tuę.

Posuerūt signa sua, signa,

& non cognouerunt sicut tuus est dies, & tua est
in exitu super summum. nox: tu fabricatus es auro-

Quasi in sylua lignorum ram, & solem.

securibus exciderunt ianuas **T**u fecisti omnes terminos
eius in idipsum: in securi: terræ: ætatem & ver, tu
& ascia deiecerunt eam. plasmasi ea.

Incenderunt igni sanctua- **M**emor esto huius, inimi-
rium tuum in terra: pol- cus improperauit domio:
luerunt tabernaculum no- & populus insipiens inci-
minis tui. tauit nomen tuum.

Dixerunt in corde suo co- **N**e tradas bestiis animas
gnatio eorum simul, quie- confitendum tibi. & animas
scere faciamus omnes dies pauperum tuorum, ne obli-
festos Dei à terra. uiscatis in finem.

Signa nostra nõ vidimus **R**espice in testamentum
iã non est propheta: & nos tuum: quia repleti sunt, qui
non cognoscat amplius. obscurati sunt terræ domi-
bus iniquitatum.

Vsquequò deus imprope- **N**e auertatur humilis fa-
rabit inimic^o: irritat aduer- ctus confusus: pauper, &
sarius nomé tuũ in finem? inops laudabunt nomen
tuum.

Vt quid auertis manũ tuã **E**xurge deus, iudica cau-
& dexterã tuam: de medio sam tuam: memor esto im-
sinu tuo, in finem. properiorum tuorum co-
rũ, quæ ab insipiente sunt
tota die.

Deus autem rex noster an- **N**e obliuiscaris voces ini-
te secula. operatus est salu- micorum tuorum: super-
tem in medio terræ. bia eorum, qui te oderunt,
ascendit semper. *ana.* Rex
noster ante secula, opera-
tus est salutem in medio
terræ.

Tu confirmasti in virtute **¶ Ad vesperas,**
tua mare: contribulasti ca- **Psalmus. 137.**
pita draconum in aquis.

Tu confregisti capita dra-
conis: dedisti eum escã po-
pulis Aethiopum.

Tu dirupisti fontes, & tor-
rentes: tu siccasti fluuios
Ethan.



Confitebor tibi domine in toto corde meo quonia au disti verba
 culum: opera manuu tua-
 ru ne despicias. **Psal. 128.**

oris mei.

In conspectu angelorum
 psallam tibi. adorabo ad te
 plum sanctum tuum: & co
 fitebor nomini tuo.

Super misericordia tua &
 veritate tua: quoniam ma
 gnificasti super omne no
 men, sanctum tuum.

In quacunque die inuoca
 uero te, exaudi me: multi
 plicabis in anima mea vir
 tutem.

Confiteantur tibi dñe, oēs
 reges terræ, quia audierūt
 omnia verba oris tui.

Et cantent in viis dñi: quā
 magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dñs, &
 humilia respicit: & alta à
 longè cognoscit.

Si ambulauero in medio
 tribulationis, viuificabis
 me. & super iram inimico
 rum meorū extendisti ma
 num tuam, & saluum me
 fecit dextera tua.

Dñs retribuet pro me: do
 mine misericordia tua i se-

Domine probasti me,
 & cognouisti me: tu
 cognouisti sessionē
 meam, & resurrectionem
 meam.

Intellexisti cogitationes
 meas de loge: semitā meā,
 & funiculum meum inue
 stigasti.

Et omnes vias meas præ
 uidisti: quia non est sermo
 in lingua mea.

Ecce tu dñe cognouisti o
 mnia, nouissima, & anti
 qua: tu formasti me, & po
 suisti sup me manum tuā.

Mirabilis facta est scientia
 tua ex me: confortata est,
 & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo? &
 quō à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu
 illic es: si descendero in in
 fernum, ades.

Si sumplero pēnas meas
 diluculo: & habitauero in
 extremis maris.

Et enim illuc man⁹ tua de
 ducet me: & tenebit me
 dextera tua.

Et dixi, forsità tenebræ cō
 culcabūt me: & nox illumi
 natio mea in delitiis meis.

Feria.vj.ad Vesperas.

Quia tenebræ non obsecu-
rabuntur à te, & nox sicut
dies illuminabitur sicut te-
nebræ eius, ita & lumē ei⁹.

Quia tu possedisti renes
meos: suscepisti me de utero
matris meæ.

Confitebor tibi, quia ter-
ribiliter magnificatus es,
mirabilia opera tua: & ani-
ma mea cognosceat nimis.

Non est occultatū os meū
à te, quod fecisti in ocul-
to: & substantia mea in in-
ferioribus terræ.

Imperfectū meū viderūt
oculi tui & in libro tuo om-
nes scribentur, dies formabuntur:
& nemo in eis.

Mihi autem nimis hono-
rificati sunt amici tui de⁹:
nimis confortatus est prin-
cipatus eorum.

Dinumerabo eos, & super
arenam multiplicabuntur:
exurrexi, & adhuc sum
tecum.

Non occideris Deus pecca-
tores: viti sanguinum de-
cline à me.

Quia dicitis in cogitatio-
ne accipiant in vnitare ci-
uitates suas.

Nonne, qui oderūt te do-
mine, oderā: & super iu-

micos tuos tabescebam?

Perfecto odio oderam il-
los: inimici facti sunt mihi.

Proba me Deus, & scito
cor meum: interroga me,
& cognosce semitas meas.

Et vide, si via iniquitatis
in me est: & deduc me in
via æterna. **Psalmus. 141.**

Voce mea ad domi-
num clamaui: voce
mea ad dominū de-
precatus sum.

Effundo in cōspectu eius
orationem meam: & tribu-
lationem meā ante ipsum
pronuncio.

In deficiendo ex me spiri-
tum meum & tu cognoui-
sti semitas meas.

In via hac, qua ambulabā,
abscederūt laqueum mihi.

Considerabam ad dexte-
ram, & videbā: & non erat,
qui cognosceret me.

Perijt fuga à me: & nō est
qui requirat animam meā.

Clamaui ad te domine, di-
xi, tu es spes mea: portio
mea in terra viuentium.

Intēde ad deprecationem
meā: quia humiliatus sum
nimis.

Libera me à persequentibus
me: quia confortati sunt

super me.

Educ de custodia animam meam, ad consistendum non mihi tuo: me expectat iusti, donec retribuas mihi.

Deinde. Magnificat. fo. 11.

¶ Ad Completorium. Psal. 11.



Squequo domine obliuisceris me in fine? vsquequo auertis fa-

tuam a me?

Quandiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me, domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, preualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero, ego autem in misericordia tua speraui.

Exultauit cor meum in salutari tuo: cantabo domino, qui bona tribuit mihi, & psallam nomini domini altissimi. **Psalmus. 85.**

Inclina domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: laxa iustitiam seruus tuus: quoniam ad te domine animam meam leuaui.

Quoniam tu domine suauis, & mitis: & multae misericordiae, omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meae.

In die tribulationis meae clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes, quascumque fecisti, venient, & adorabunt coram te domine: & glorificabunt nomen tuum:

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

Deduc me domine in via tua, & ingrediar in verita-

Peria. vj. ad Completorium.

te tua: lætetur cor meum,
yt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine
Deus meus, in toto corde
meo: & glorificabo nomen
tuum in æternum.

Quia misericordia tua ma
gna est super me: & erui
sti animam meam ex infer
no inferiori.

Deus, iniqui insurrexerūt
super me: & synagoga po
tentium quæserunt animā
meam: & non proposue
runt te in conspectu suo.

Et tu domine Deus mise
rator, & misericors: patiens
& multæ misericordiæ, &
verax.

Respice in me, & miserere
mei, da imperiū tuū pue
ro tuo: saluum fac filium
ancillæ tuæ.

Fac mecū signū in bonū,
yt videāt, qui oderunt me,
& cōfundantur: quoniā tu
dñe adiuuisti me, & conso
latus es me. **Psalmus 140.**

Domine, clamaui ad
te, exaudi me: inten
de, voci meæ, cū
clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea, si
cut incēsum, in conspectu
tuo: eleuatio manū me-

rum sacrificiū vespertinū.

Pone domine custodiam
ori meo: & ostium circun
stantiæ labiis meis.

Non declines cor meum
in verba malitiæ: ad excu
sandas excusationes, i pec
catis.

Cum hominibus operan
tibus iniquitatem: & non
communicabo cū electis
eorum.

Corripiet me iustus in mi
sericordia, & scirepabit me:
oleū autē peccatoris non
impinguet caput meum.

Quoniam adhuc, & ora
tio mea in beneplacitis eo
rum: absorpti sunt iuncti
petræ iudices eorum.

Audient verba mea, quo
niam potuerūt: sicut cras
situsudo terræ erupta est su
per terram.

Dissipata sunt ossa nostra
secus infernum: quia ad te
domine oculi mei ī te spe
raui, non auferas animam
meam.

Custodi me à laqueo, quē
statuerunt mihi: & à scāda
lis operantiū iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius
peccatores: singulariter
sum ego, donec transeam,

Deinde. Nunc dimittis.

so. 12. ¶ Sabbato ad Matutinum.

Psalmus. 54.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intēde mihi, & exaudi me.

Contristatus sum in exercitatione mea: & conturbatus sum, à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira molesti erant mihi.

Cor meū cōturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.

Timor, & tremor venerūt super me: & contexerunt me tenebræ.

Et dixi, quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?

Ecce elongani fugieas: & mansi in solitudine.

Expectabā eū: qui saluum me fecit, à pusillanimitate spiritus, & tempestate.

Præcipita domine, diuide linguas eorū: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem, in ciuitate.

Die, ac nocte, circūdabit

eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia.

Et non defecit de plateis eius: vsura, & dolus.

Quoniā si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.

Et si is, qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.

Tu verò homo vnanimis: dux meus, & notus meus.

Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei, ambulauimus cum consensu.

Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.

Quoniam nequitix in habitaculis eorum: in medio eorum.

Ego autem ad Deum clamaui: & dñs saluabit me.

Vespere, & mane, & meridie narrabo: & annuntiabo, & exaudiet vocem meam.

Redimet in pace animam meam ab iis, qui appropinquā mihi: quoniam inter multos erant mecum.

Exaudiet deus, & humiliat

Sabbato ad Matutinum.

bit illos, q̄ est ante secula.

Non enim est illis cōmutatio, & nō timuerūt Deū: extendit manum suam, in retribuendo.

Cōtaminauerūt testamētum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.

Molliti sunt sermones ei⁹ super oleum: & ipsi sunt iacula.

Iacta super dominum curam tuā, & ipse te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem iusto.

Tu verò de⁹, deduces eos in puteum interitus.

Viri sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos: ego autē sperabo in te domine. *Psalms. 105.*

Constemiini domino, quoniam bon⁹: quoniā in seculum misericordia eius.

Quis loquetur potentias domini: auditas faciet omnes laudes eius?

Beati, qui custodiunt iudicium: & faciūt iustitiam in omni tempore.

Memento nostri domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutarī tuo.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hereditate tua.

Peccauimus, cum patrib⁹ nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiarū tuarū.

Et irritauerunt ascendentes in mare: mare rubrum.

Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.

Et increpuit mare rubrū, & exiccatum est: & deduxit eos in abissis sicut in deserto.

Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.

Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.

Et crediderunt verbis ei⁹: & laudauerunt laudem eius.

Citò fecerunt, oblitī sunt operum eius: nō sustinuerunt consilium eius.

Et concupierunt concupiscentiam in deserto: &

tentauerunt Deum in in-
quoso.

Et dedit eis petitionem ip-
sorū: & misit saturitatem
in animas eorum.

Et irricauerunt Moysen
in castris: Aaron sanctum
domini.

Aperta est terra, & deglu-
tuit Dathan: & operuit
super congregationem A-
biron.

Et exarsit ignis in synago-
ga eorum: flamma cōbus-
sit peccatores.

Et fecerunt vitulū in Ho-
reb: & adorauerunt scul-
ptile.

Et mutauerunt gloriā suā:
in similitudinē vituli, co-
medentis fœnum.

Obliuī sunt Deū, qui sal-
uauit eos, qui fecit magna
in Aegypto, mirabilia
in terra Cham: terribilia in
mari rubro.

Et dixit, vt disperderet eos:
si non Moyses electus ei⁹,
iste esset in cōfractiōe, in
consp̄ctu eius.

Vt auerteret iram eius, ne
disperderet eos: & pro ni-
hilo habuerunt terram de-
siderabilem.

Non crediderunt verbo

eius, & murmurauerunt in
tabernaculis suis: non ex-
audierunt vocem domini.

Et eleuauit manum suam
super eos: vt prosterneret
eos in deserto.

Et vt deiceret semen eorū
in nationibus: & disperde-
ret eos in regionibus.

Et initiati sunt Beelphe-
gor: & comederūt sacrificia
mortuorum.

Et irritauerūt eū in adin-
ventionibus suis. & multi-
plicata est in eis ruina.

Et stetit Phinees, & pla-
cauit & cessauit quassatio.

Et reputatum est ei in ius-
titiam, in generatione, &
generationem, vsque in
sempiternum.

Et irritauerunt eum ad a-
quas contradictionis: &
vexatus est Moyses pro-
pter eos, quia exacerbaue-
runt spiritum eius.

Et distinxit in labiis suis,
non disperdiderunt gētes,
quas dixit dominus illis.

Et cōmissi sunt inter gen-
tes, & didicerūt opera eo-
rum & seruiuerunt sulphili-
bus eorū: & factū est illis
in scandalum.

Et imolauerūt filios suos:

& filias suas dæmonis.

Et effoderunt sanguinem innocẽtem sanguinem filiorũ suorũ, & filiarũ suarum: quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.

Et infecta est terra in sanguinibus, & contaminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinventionibus suis.

Et iratus est furore dñs in populum suum: & abominatus est hæreditatẽ suam.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum: & humiliati sunt sub manibus eorum, sæpe liberauit eos.

Ipsi aut exacerbauerũt eũ in cõsilio suo: & humiliati sunt, in iniquitatibus suis.

Et vidit cùm tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiz suæ.

Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium, qui ceperant eos.

Saluos nos fac dñe Deus

noſter: & congrega nos de nationibus.

Vt cõfiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Benedictus dominus deus Israei, à seculo, & vsque in seculum: & dicet omnis populus, fiat fiat.

Plalmus. 106.

Confitemini Domino, quoniã bonus: quoniam in seculũ misericordia eius.

Dicãt, qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici, & de regionibus cõgregauit eos.

A solis ortu, & occasu, ab Aquilone, & mari.

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenierunt.

Esurientes, & sitiẽtes: anima eorum in ipsis defecit.

Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Cõfiteantur domino misericordiz eius: & mirabi-

lia eius, filiis hominum.

Quia satiauit animam inanem: & animam esuriētem satiauit bonis.

Edentes in tenebris, & in umbra mortis: victos in mendicitate, & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium altissimi irritauerunt.

Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit, qui adiuuaret.

Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum dirupit.

Confiteantur domino misericordiae eius: & mirabilia eius, filiis hominum.

Quia contriuit portas aereas: & vectes ferreos confregit.

Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.

Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsque ad portas mortis.

Et clamauerunt ad Dominum; cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.

Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.

Confiteantur domino misericordiae eius: & mirabilia eius filiis hominum.

Et sacrificent sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.

Qui descendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.

Ipsi viderunt opera domini & mirabilia eius in profundo.

Dixit, & stetit spiritus procellae: & exaltati sunt fluctus eius.

Ascendunt vsque ad caelos, & descendunt vsque ad abyſſos: anima eorum in malis tabescebat.

Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrii: & omnis sapientia eorum deuorata est.

Et clamauerunt ad dominum, cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eduxit eos.

Et statuit procellam eius in auram: & siluerunt flu-

Sabbato ad Laudes.

Quis eius.

Et lætati sunt, quia fluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.

Confiteantur domino misericordie eius: & mirabilia eius, filiis hominum.

Et exaltem eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.

Posuit flumina in desertum: & exitus aquarum in sitim.

Terram fructiferam in saluginem: à malicia inhabitantium in ea.

Posuit desertum in stagna aquarum: & terram sine aqua in exitus aquarum.

Et collocavit illic esurientes: & constituerunt civitatem habitationis.

Et seminaverunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructu natiuitatis.

Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorant.

Et pauci facti sunt, & vexati sunt: à tribulatione malorum, & dolore.

Reffusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.

Et adiuit pauperem de inopia: & posuit, sicut oues, familias.

Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.

Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias domini?

¶ Ad Laudes. Psal. 116.



Audate dominum omnes gentes: laudate eum oēs populi.

Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas domini manet in æternum. Psalmus. 116.

Laudate dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio, & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis beneso-

benefonantibus, laudate eum in cymbalis iubilatio nis: omnis spiritus laudet dominum.

¶ Canticū Mosi. deut. 32.

Avdite cæli, quæ lo quor: audiat terra verba oris mei.

Conerefeat in pluuiã do- strina mea: fluat vt ros e- loquium meum.

Quasi imber super her- bam, & quasi stillæ super gramina: Quia nomen do- mini inuocabo.

Date magnificẽtiam deo nostro, Dei perfecta sunt opera: & omnes viæ eius iudicia.

Deus fidelis, & absque vl- la iniquitate, iustus, & re- ctus peccauerunt ei: & nõ filij eius in sordibus.

Generatio praua, atque peruersa: Hæcine reddis domino popule stultæ, & insipientes?

Nunquid non ipse est pa- ter tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?

Memeto dierum antiquo- rum: cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: ma- o-

B.

N.

res tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat altis- simus gentes: quando sepa- rabat filios Adam.

Constituit terminos po- pulorum, iuxta numerum filiorum Israel.

Pars autem domini popu- lus eius: iacob funiculus hæreditatis eius.

Inuenit eum in terra de- serta: in loco horroris, & vastæ solitudinis.

Circunduxit eum, & do- cuit & custodiuit quasi pu- pillam oculi sui:

Sicut aquila provocas ad- volandum pullos suos: & super eos volitans.

Expandit alas suas, & as- sumpsit eum: atque porta- uit in humeris suis.

Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.

Constituit eum super ex- cellam terram: vt comede- ret fructus agrorum.

Et suggeret mel de petra: oleũq; de saxo durissimo.

Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe- agnorum, & arietum filio- rum Basan.

Et hircos cũ medulla tri-

Sabbato ad Laudes.

tici & sanguinē vix biberet meracissimum.

Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impingustus, dilatatus.

Dereliquit deum factorem suum, & recessit à deo saluari suo.

Prouocauerunt eum in diis alienis, & in abominationibus ad iracundiā concitauerunt.

Immolauerūt dæmoniis, & non deo diis, quos ignorabant.

Noui, recentes quæ uenerunt: quos non coluerunt patres eorum.

Deum, qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es domini creatoris tui.

Vidit dominus, & ad iracundiā concitatus est quia prouocauerunt eum filij sui, & filie.

Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorum.

Generatio enim peruersa est: & infideles filij.

Ipsi me prouocauerūt in cō, qui non erat Deus: & irritauerunt in vanitatibus suis.

Et ego prouocabo eos in

eo: qui non est populus: & i gēte stulta irritabo illos.

Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima.

Deuorabitque terram cū germine suo: & montium fundamenta comburet.

Congregabo super eos mala: & sagittas meas complebo in eis.

Consumētur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo.

Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium super terram, atque serpentium.

Foris vastabit eos gladius, & intus pauor: iuuenē simul ac virginem, lactētiem cum homine sene.

Et dixi, vbinam sunt? cesfare faciam ex hominibus memoriam eorum.

Sed propter iram inimicorum distulsi: ne forte superbirent hostes eorū.

Et dicerēt, Manus nostra excelsa: & non dominus, fecit hæc omnia.

Gens absque consilio est, & sine prudentia: utinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderēt.

Quomodo persequebatur vnus mille: & duo fugarent decem millia.

Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos: & dominus conclusit illo?

Non enim est de^s noster, vt dij eorum. & inimici nostri sunt iudices.

De vinea Sodomorum, vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhæ.

Vua eorum: vua fellis: & botrus amarissimus.

Fel draconum vinum eorum & venenum aspidum insanabile.

Nonne hæc condita sunt apud me & signata in thesauris meis?

Mea est ultio, & ego retribuam eis in tempore: vt labatur pes eorum.

Iuxta est dies perditionis: & adesse festinant tempora.

Iudicabit dominus populum suum. & in seruis suis miserebitur.

Videbit quoddam infirmata sit manus: & clausi quoque defecerunt residuique consumpti sunt.

Nedictet, Vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam?

De quorum victimis comedebant adipem: & bibebant vinum libaminum.

Surgant, & opitulentur vobis & in necessitate vos protegant.

Videte quoddam ego sim solus: & non sit alius Deus præter me.

Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo: & non est, qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad cælum manum meam: & dicam, viuo ego in æternum.

Si acvero vt fulgur gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea.

Reddiam ultionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, retribuam.

Inebria bo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisorum: & de captiuitate nudati inimicorum capitis.

Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruatorum suorum vleiscetur.

Et vindictam tribuet in hostes eorum: & propitius erit terræ populi sui.

Deinde. Benedict⁹. fo. 7.

Ad Primam. Antiph.

Deus. Psalmus. 62.



Deus, Deus
meus: ad te
de luce vi-
gilo.

Sicut in te
anima mea:

quam multipliciter tibi ca-
ro mea?

In terra deserta, in via, &
in aquosa sic in sancto ap-
parui tibi: ut viderem vir-
tutem tuam, & gloriam
tuam.

Quoniam melior est mise-
ricordia tua super vitas: la-
bia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita
mea: & in nomine tuo leua-
bo manus meas.

Sicut adipe & pinguedine
repleatur anima mea & la-
bus exultationis laudabit
os meum.

Sic memor fui tui super
stratum meum, in matuti-
nis meditabor in te: quia
fuiisti adiutor meus.

Et in velamento alarum
tuarum exultabo, adhaesit
anima mea post te: me sus-
cepit dextera tua.

Impii vero in vanum quae-

serunt animam meam, in-
troibunt in inferiora ter-
ra: tradentur in manus gla-
dij, partes vulpium erunt.
Rex vero letabitur in deo
laudabitur omnes qui iu-
rant in eo: quia obstructi
est os loquentium iniqua.

Psalmus. 66.

Deus misereatur no-
stri & benedicat no-
bis: illuminet vultu
suum super nos, & miserea-
tur nostri.

Ut cognoscamus in terra
viam tuam: in omnibus ge-
tibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi
deus: confiteantur tibi po-
puli omnes.

Latentur & exultent gen-
tes, quoniam iudicas po-
pulos in aequitate: & gen-
tes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi
deus, confiteantur tibi po-
puli omnes: terra dedit fru-
ctum suum.

Benedicat nos deus deus
noster, benedicat nos deus
& metuant eum omnes fi-
nes terra. Psalmus. 137.

Confitemini Domi-
no, quoniam bon⁹:
quoniam in aeternu

miseriordia eius.

Confitemini deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui firmavit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui fecit luminaria magna: quoniam in æternum misericordia eius.

Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.

Lunam, & stellas, in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui diuisit mare rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius.

Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.

Et excussit Pharaonem, & virtutem eius in mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.

Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius.

Schon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.

Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in æternum misericordia eius.

Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.

Quia in humilitate nostra memor fui nostri: quoniam in æternum misericordia eius.

Sabbatum Tertium.

Et redemit nos ab inimicis nostris. quonia in eternum misericordia eius.

Qui dat escam omni carni: quoniam in eternum misericordia eius.

Confitemini deo caeli: quoniam in eternum misericordia eius.

Confitemini domino dominorum. quonia in eternum misericordia eius.

Antiph. Deus deus meus ad te de luce vigilo.

Deinde. Credo. fo. 17.

¶ Ad Tertiam. Antipho.

Inclina. Psalmus. 51.



Quid gloriaris in malitia, qui potes es in iniquitate?

Tota die in iustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.

Dilexisti malitiam super benignitatem: inquit. tem magis quam loqui aequitatem.

Dilexisti oia verba precipitationis: lingua dolosa.

Propterea Deus destruet te in finem: euollet te, & emigrabit te de tabernacu-

lo tuo: & radicem tuam de terra uiuentium.

Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt: & dicent: Ecce homo, qui non posuit deum adiutorem suum.

Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & prauauit in vanitate sua.

Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei, speraui in misericordia Dei in eternum: & in seculum seculi.

Confitebor tibi in seculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum: quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.

Psalmus 57.

Si vere utique iustitiam loquimini. recte iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini in terra. iniustitias manus vestrae concinnant.

Alienati sunt peccatores a vulua errauerunt ab utero, locuti sunt falsam.

Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdae, & obturatae.

tis aures suas.

Quæ nō exaudiet vocem
dicantantium : & venefici
incantantis sapienter.

Deus conteret dentes eo-
rum in ore ipsorum : mo-
las leonum confringet do-
minus.

Ad nihilū deuenient tan-
quam aqua decurrens : in-
tendit arcum suum , do-
nec infirmentur.

Sicut cera, quæ fluit, au-
feretur : supercecidit ignis
& non viderunt solem.

Præ usquam intelligerent
spicæ vestræ rhamnū : si-
cut viuentes , sic in ira ab-
sorbet eos.

Latabitur iustus, cū vi-
derit vindictam : manus
suas lauabit in sanguine
peccatoris.

Et dicet homo, Si utique
est fructus iusto ? utique
est deus iudicās eos in ter-
ra.

Psalmus. 87.

Domine Deus salu-
tis meæ, in die cla-
maui , & nocte co-
ram te.

Intret in cōspectu tuo o-
ratio mea : inclina aurē tuā
ad precem meam.

Quia repleta est malis a-

nima mea : & vita mea in-
ferno appropinquauit.

Aestimatus sum cum de-
scendentibus in lacum. factus
sum sicut homo sine
adiutorio , totus mortuos
liber.

Sicut vulnerati dormien-
tes in sepulchris, quorū nō
es memor amplius : & ipsi
de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu in-
feriori : in tenebrosis , & in
ymbra mortis.

Super me cōfirmatus est
furore tuus : & oēs fluctus
tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos
à me : posuerunt me abo-
minationem sibi.

Traditus sum, & nō egre-
diebar : oculi mei langue-
runt præ inopia.

Clamavi ad te domine : to-
ta die expandi ad te ma-
nus meas.

Nunquid mortuis facies
mirabilia aut medici sus-
citantur , & confitebun-
tur tibi ?

Nunquid narrabit aliquis
in sepulchro misericordiā
tuam : & veritatem tuam in
perditione.

Nunquid cognoscantur

in tenebris mirabilia tua:
& iustitia tua in terra obli-
uionis?

Et ego ad te domine cla-
maui & mane oratio mea
præueniet te.

Vt quid Domine repellis
orationem meam: auertis
faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in la-
boribus à iuuentute mea:
exaltatus autem humilia-
tus sum, & conturbatus.

In me transierunt ira tua:
& errores tui conturbaue-
runt me.

Circundederunt me, sicut
aqua: tota die circundede-
runt me simul.

Elongasti à me amicum,
& proximū: & notos meos
à miseria.

Antiph. Inclina aurem
tuam ad precem meam.

¶ Ad sextam. Antiphona.
Adiuua. **Psalmus. 75.**



Notus in Iu-
dæa deus: in
Israel magnū
nomen eius.

Et factus est
in pace loc⁹

eius: & habitatio eius in
Sion.

¶ biconfregit potētiā, ar-

cum, scutum, gladium, &
bellum.

Illuminans tu mirabiliter
à montibus æternis: tur-
bati sunt omnes insipien-
tes corde.

Dormierunt somnū suū:
& nihil inuenerunt om-
nes viri diuitiarum in ma-
nibus suis.

Ab increpatione tua deus
Iacob: dormitauerunt, qui
ascenderunt equos.

Tu terribilis es, & quis re-
sistet tibi? ex tunc ira tua.

De cælo auditum fecisti
iudicium: terra tremuit, &
quieuit.

Cū exurgeret ī iudiciū
deus: vt saluos faceret om-
nes mansuetos terræ.

Quoniam cogitatio homi-
nis confitebitur tibi: & re-
liquis cogitationis diē fe-
stum agent tibi.

Vouete, & reddite dom̄o
deo vestro: oēs, qui in cir-
cuiu ei⁹ offertis munera.

Terribili, & ei, qui aufert
spiritum principum terri-
bili apud reges terræ.

Psalmus. 78.

Deus, venerunt gen-
tes in hereditatem
tuam, polluerunt

templum sanctum tuum: posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam.

Posuerunt morticina seruatorum tuorum escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorum bestiis terræ.

Effuderunt sanguinẽ eorum tãquam aquam in circuitu Hierusalem: & non erat, qui sepeliret.

Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio, & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.

Vsquequo domine irasceris finem: accendetur velut ignis zelus tuus?

Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt.

Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.

Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordie tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.

Adiua nos Deus salutaris noster: & propter gloriam nominis tui domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris pro-

pter nomen tuum.

Ne forte dicant in gentibus, ubi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Vltio sanguinis seruatorum tuorum, qui effusus est: introeat in cõspectu tuo gemitus compeditorum.

Secundum magnitudinem brachij tui posside filios mortificatorum.

Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum, improperiũ ipsorum, quod exprobrauerunt tibi domine.

Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum.

In generatione, & generatione: annuntiabimus laudem tuam. **Psalms 123.**

Nisi quia dominus errat in nobis dicat nũc Israel nisi quia dominus erat in nobis.

Cũ exurgeret homines in nos: forte viuos deglutissent nos.

Cũ irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.

Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan per-

Sabbato ad Nonam.

transisset anima nostra aquam intolerabilem.

Benedictus dominus: qui non dedit nos in captione dentibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est: de laqueo venantium.

Laqueus contritus est: & nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini: qui fecit cælum, & terram.

Añs. Adiuua nos Deus salutaris noster.

¶ Ad Nonam. Antipho. Non auertas. **Psalm^{us} 301.**



Omine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.

Non auertas faciem tuam à me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.

In quacunque die inuocauero te: velociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremum aruerunt.

Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia ob-

litus sum comedere panem meum.

A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.

Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut niëticorax in domicilio.

Vigilaui, & factus sum sicut passer: solitarius in tecto.

Tota die exprobrabât mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabant.

Quia cinerem tanquã panem manducabam: & potum meum cum fletu miscabam.

Afacie iræ indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me.

Dies mei sicut umbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.

Tu autem domine in ænum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens domine miserereberis Sion: quia tempus miserèdis eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & ter-

re eius miserebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit dominus Sion. & videbitur in gloria sua

Respexit in orationē humilium: & non spreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sancto suo. dominus de celo in terram aspexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt solueret filios interemptorum.

Vt annuntiēt in Sion nomen domini: & laudē eius in Hierusalem.

In conueniendo populos in vnū: & reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum in generatione & generationē anni tui.

Initio tu domine terram fundasti: & opera manuum

tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autē permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorū habitabunt: & semen eorum in seculum dirigitur.

Psalmus 137.

Beatissimi omnes, qui timeant dominum, qui ambulāt in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.

Vxor tua, sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.

Filij tui, sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce sic benedicetur homo: qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex Sion: & videas bona

Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

Et videas filios filiorum tuorum: pacem super Israel.

Ecce quā bonum, & quā iucundum ha-

Sabbato ad Vesperas.

bitare fratres in vnum.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit dominus benedictionem: & vitam vsq; in seculum.

Añã. Non auertas faciem tuã à me in quacunq; die tribulor inclina ad me.

Ad Vesperas. Psal. 143.

Benedictus dominus Deus meus, qui docet man⁹ meas ad prelium: & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum: susceptor me⁹, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speraui: qui subdis populum meum sub me.

Domine, quid est homo, quia innotuisti ei: aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies eius, sicut vmbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos & descende: tange mon-

tes, & fumigabunt.

Fulgura corruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis: & de manu filiorum alienorum.

Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Deus canticum nouum cantabo tibi in psalterio de chorda psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum: de gladio maligno eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.

Quorum filij, sicut nouel læ plantationes: in iuuentute sua.

Filix eorum compositæ: circumornatæ, vt similitudo templi.

Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.

Ques eorum fetosæ, abundantes in egressibus suis: bo-

tes eorum crasse.

Non est ruina maceræ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.

Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt: beatus populus cuius dominus Deus eius. *Psalmus 146.*

Laudate dominum, quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda: decoraque laudatio.

Aedificas Hierusalem dominus: dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.

Magnus dominus noster, & magna virtus eius: & sapientia eius non est numerus.

Suspiciens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.

Precinente domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit celum nubibus: & parat terræ pluuiam.

Qui producit in motibus

scænum: & herbam seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.

Beneplacitum est domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius. *Psalmus 147.*

Lauda Hierusalem dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit sedes portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat nivem, sicut lanam: nebulam, sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suum, sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: stabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Sabbato ad Completorium.

Qui annūtiat verbum suū
Iacob: iustitias, & iudicia
sua Israel.

Non fecit taliter omni na-
tioni: & iudicia sua nō ma-
nifestauit eos. **Deinde.**

Magnificat anima. **fo. 11.**

¶ Ad Completorium.

Psalmus 84.



Benedixisti
domine ter-
ram tuā: au-
uertisti ca-
ptiuitatem
Iacob.

Remisisti iniquitatem ple-
bis tuæ: operuisti omnia
peccata eorum.

Mitigasti omnē iram tuā:
auertisti ab ira indignatio-
nis tuæ.

Conuertere nos Deus salu-
tatis noster: & auerte iram
tuam à nobis.

Nunquid in æternum ira-
sceris nobis? aut extends
iram tuam à generatione
in generationem.

Deus tu conuersus uiuifi-
cabis nos: & plebs tua læta-
bitur in te.

¶ stēde nobis domine mi-
sericordiam tuam: & salu-
tare tuum da nobis.

Andiam, quid loquatur

in me dominus deus: quo-
niam loquetur pacem in
plebem suam.

Et super sanctos suos, &
in eos, qui conuertuntur
ad cor.

Veruntamen prope timē-
tes eum salutare ipsius: vt
inhabitet gloria in terra
nostra.

Misericordia, & veritas
obuiauerunt sibi: iustitia,
& pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est:
& iustitia de caelo prospex-
it.

Ber in dominus dabit be-
nignitatem: & terra nostra
dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambula-
bit: & ponet in via gressus
suos. **Psalmus 128.**

Sæpe expugnauerunt
me à iuuentute mea:
dicat nunc Israel.

Sæpe expugnauerunt me
à iuuentute mea: etenim
non potuerunt mihi.

Supra dorsum meum fa-
bricauerunt peccatores. p-
longauerunt iniquitatem
suam.

Dominus iustus concidet
cervices peccatorum: con-
fundantur, & conuertan-

tur retrorsum omnes, qui
oderunt Sion.

Fiant sicut fornax testo-
rum: quod prius quā eue-
latur exaruit:

De quo non impleuit ma-
num suam qui metet: & si-
num suum, qui manipu-
los colliget.

Et non dixerunt qui præ-
teribant, benedictio do-
mini super vos: benedici-
mus vobis in nomine do-
mini.

Psalmus 129.

De profundis clama-
ui ad te domine: do-
mine exaudi vocem
meam.

Fiant aures tuæ intenden-
tes: in vocem deprecatio-
nis meæ.

Si iniquitates obseruaue-
ris domine: domine quis
sustinebit?

Quia apud te propitiatio
est: & propter legem tuam
sustinui te domine.

Sustinuit anima mea in
verbo eius sperauit anima
mea in domino.

A custodia matutina usq;
ad noctem: speret Israel in
domino.

Quia apud dominum mi-
sericordia: & copiosa apud
eum redemptio.

Et ipse redimet Israel, ex
omnibus iniquitatib⁹ ei⁹.
Deinde. Nunc dimit. f. 21.

¶ *Finis psalterij.*

FESTVM SAN CTISSIMAE TRINITA

*tis, est semper in Dominica post Pen-
tecosten, proxima. Et si in dicto festo
inciderit festum duplex alicuius
sancti, transfereendum est in
sequentem diem. Si autē
fuerit simplex, om-
mittitur.*

C Festum sancte trinitatis duplex
maius. *Ad vesperas.*



Pater no-
ster, qui es
in caelis san-
ctificetur
nomen tuum.
Adueniat
regnum tuum. Fiat volun-
tas tua sicut in caelo & in
terra. Panem nostrum quo-
tidianum da nobis hodie.
Et dimitte nobis debita no-
stra, sicut & nos dimittimus
debitoribus nostris. Et ne
nos inducas in tentationem.

B.

N.

Sed libera nos a malo. *an.*

Ave maria, gratia
plena Dominus te-
cum, benedicta tu
in mulieribus, & benedictus
fructus ventris tui Iesus.
Sancta maria mater dei ora
pro nobis peccatoribus. *Am.*

Deus in adiutorium
meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri & filio, & spū
ritui sc̄to. *sicut erat. &c.*

k

Dominica Trinitatis. j. post Pentecosten.

Alleluia. & sic dicitur. **Al-**
leluia. ad omnes horas vs-
que ad aduentum. Deinde
dicitur hymnus tempori,
vel festo conueniens. **Hy^o.**

Deus sancta trini-

Atas Par splendor vna
deitas. **Quæ** extas
rerum omnium. Sine fine
principium.

Et celorum militia. Lau-
dat, adorat, prædicat. Tri-
plexque mundi machina.
Benedicit per sæcula.

Adsumus & nos ceruui,
Te adorantes famuli. Vo-
ta precesq; supplicium, Hym-
nis iunge celestium.

Gloria patri domino, Glo-
ria vnigenito, Vna cū san-
cto spiritu. In sempiterna
sæcula. Amen.

¶ Post hymnū dicitur an-
tiphona, tempori vel festo
accommodata: quæ in festis
duplicibus ad matuti. lau-
des & vesperas, dicenda est
in principio integra i aliis
autē diebus incipienda tan-
tum. Añã O adoranda tri-
nitas, o veneranda vnitas,
o perfecta deitas: tibi laus,
tibi gloria, tibi gratiarum
actio i sempiterna sæcula.

Deinde dicitur tres psal-

mi, vt in psalterio quibus
adiungitur quotidie can-
tienm. Magnificat. sol. 11.
quo finito semper añã dici-
tur integra Deinde. Dñe
exaudi orationem meam.

Et clamor. &c. Oratio.

Omnipotēs sempiter-
ne deus qui dedisti
famulis tuis in con-
fessione veræ fidei a ternæ
trinitatis gloriã agnosce-
re, & in potentia maiestatis
adorare vnitatem: quæsu-
mus vt eiusdem fidei firmi-
tate ab oñibus semper mu-
niamur aduersis. Per do.

¶ Ad cõpletorium. Pater
noster. Ave maria. &c.

Conuerte nos **Deus**
salutaris noster.
Et auerte iram tuã
a nobis.

Deus in adiutorium meū
intende. **¶c. Hymnus.**

Terū creator posci-
mus. Vt solia clemē-
tia, Sis præsul ad custodiã.
pocul recedant somnia,
Et noctium i hantasmata:
Hoste q; nostrū cõprime.
Ne polluantur corpora.
pæssa pater omnipotēs,
Per Iesum Christū domi-

num. Qui tecum in perpetuum, Regnat cum sancto spiritu. Amen.

¶ Post hymnum incipitur Añā. Salua nos. Deinde dicuntur tres p̄i ut in psal̄terio quibus quotidie adiungitur canticū. Nunc dimittis seruū tuū Domine, quo finito dicitur integra

Añā. Salua nos dñe vigilantes custodi nos dormientes, ut vigilemus cū Christo, & requiescam⁹ i pace.

¶ Hæc aña dicitur per totum annum ad completorium. Deinde dicitur. Dñe exaudi. Et clamor. Oñs.

Visita quæ sumus dñe habitationem istam: & oēs insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui sancti habitent in ea: qui nos in pace custodiant: & benedictio tua sit super nos semper. Per do. Benedicamus dño. Deo gratias *¶ Us.* Fidelium animæ per misericordiam dei Requiescant in pace. Am̄. Et sic finito completorio dicitur.

Antiphona. Salve regina misericordis: Vita, dulcedo, & spes nostra salue. Ad

te clamamus filij Euz: Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lachrymarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuertere Et Iesum benedictum fructum v̄tris tui nobis post hoc exiliū ostende. O clemens, O pi, O dulcis virgo maria. *¶ Ora pro nobis sancta dei genitrix. R. Ut digni efficiamur promissionib⁹ Christi Oñs.*

Omnipotēs sempiternus Deus, qui gloriosq; virginis marie corpus, & animam ut dignum filij tui habitaculū effici mereretur, Spiritu sancto cooperante præparasti. da ut cuius cōmemoratione lætatur, eius pia intercessione ab instatibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eundē Christum dominum nostrum. Amen *¶ Us.* Diuinū auxilium maneat semper nobiscum. Amen. *Prædicto modo dicitur Salve regina. cum oratione. Omnipotens sempiternus Deus.*

Ac. in fine completorij per totum annum.

Dominica Trinitatis. j. post Pentecosten.

DOMINICA TRINITATIS prima post Pentecosten ad Matutin. **Pater nŕ.**

Aue maria, ut supra in vesperis. Et est notandum quod non solum in vesperis sed etiam in singulis aliis horis dicuntur per totum annum. **Confessio.**

Confiteor deo omnipotenti, & beate marie semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni baptiste sanctis apostolis Petro & Paulo, omnibus sanctis & tibi pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo & opere, Mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa, Ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem baptistam, sanctos apostolos Petrum & Paulum, omnes sanctos, & te pater orare pro me dominum deum nostrum. **Absolutio.**

Misereatur tui omnipotens deus, & dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam eternam. **R.**

(Amen.)

Indulgentiam absolutionem, & remissionem pec-

catorum nostrorum tribuat nobis omnipotens & misericors dominus. Amen.

¶ Notandum, quod confessio cum absolutione dicitur ad Matutinum tantum singulis diebus totius anni predicto vel alio modo, pro cuiuscunque deuotione. Est etiam aduertendum quod si ab uno solo dicatur officium committitur in confessione. tibi pater & te pater & in absolutione locuti tuis dicitur nostri & nostris. Si vero dicatur officium a duobus aut pluribus iteranda est inuicem confessio, ut fit in missa. Deinde finita confessione dicitur. **D**ne labia mea aperies. Et os meum annuntiabit laudem tuam. **¶** Et hoc dicens interim munus se signo crucis, & simuliter in aliis horis cum dicit. Deus in adiutorium. vel. Conuerte nos deus. Deinde dicitur. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. sicut erat. Alleluia. **¶** Consequenter dicitur inuicatorium tepori vel festo conueniens. Inuiat.

Sanctam trinitatem vnum
Deum: Venite adoremus.

*¶ Notadū autem q̄ si offi-
cium dicatur ab vno solo,
inuitat. dicitur semel tantū
ante psalmum. Venite exul-
temus & non repetitur*

*vltiq; in fine eiusdē psalmi.
Si verō officium dicatur à
duobus aut pluribus, inui-
tatorium dicitur ab vno &
repetitur statim ab alio vel
aliis simul ante prædictū
psalmum, in fine autē psal-
mi oēs simul dicunt Inuita-
torium semel tantū. Psalm⁹.*

Venite exultemus do-
mino, iubilem⁹ deo
salutari nostro, præ-
occupemus faciem eius in
confessione: & in psalmis
iubilemus ei.

Quoniam Deus magnus
dominus, & rex magn⁹ su-
per omnes deos: quoniam
non repellat dominus ple-
bem suam quia in manu e-
ius sunt omnes fines terrę,
& altitudines montium ip-
se conspicit.

Quoniam ipsius est mare
& ipse fecit illud, & aridam
fundauerunt manus eius:
venite adoremus & proci-
damus ante Deum plore-

mus coram domino qui se-
cit nos: quia ipse est domi-
nus Deus noster, nos au-
tem populus eius & oves
pascuę eius.

Hodie si vocē eius audie-
ritis: nolite obdurare cor-
da vestra: sicut in exacerba-
tione secundum diem ten-
tationis in deserto: vbi ten-
tauerunt me patres vestri,
probauerunt & viderunt
opera mea.

Quadraginta annis proxi-
mus sui generationi huic
& dixi, semper hi errant
corde: ipsi verō nō cogno-
uerunt vias meas, quibus
iuravi in ira mea: si introi-
bunt in requiem meam.

Gloria patri. Sicut erat.

*¶ Deinde repetitur inuita-
torium. Sanctam trinita-
tem. &c. Prædictus psal-
mus modo prædicto dicitur
per totum annum cum
inuitatorio temperi vel fe-
sto accommodato. Dein-
de dicitur hymnus tempo-
ri vel festo conueniens.*

Hymnus. *Adesto sancta
trinitas. vi. in vespere.*

*¶ Post hymnum incipitur
antiphona temperi vel fe-
sto accommodata & si fuerit*

Dñica Trinitatis. j. post Pentecost.

**festum duplex dicitur in-
tegra vt dictum est supra.**

**Antipho. Te inuocamus,
te laudamus, te adoramus,
& beata trinitas.**

**¶ Deinde dicitur tres psalmi, vt sunt
distributi in psalterio qui-
bus finitis dicitur antipho-
na semper integra siue de
festo siue de dominica vel
de feria. ¶ Finita antipho-
na dicitur. Pater noster.**

Et ne nos. Sed libera nos.

**¶ Deinde dicuntur tres le-
ctiones, & cuiuslibet earum
primitur. 7^o. Iube do-
mine benedicere. ¶ Et ad**

**primam lectione que sem-
per est veteris testamenti
semper etiam dicitur bene-
dictio. Deus pater omni-
potens, sit nobis propitius
& clemens. Amen.**

¶ Ex Esai. cap. 6. Lect. j.

In anno quo mortuus
est rex Ozias: vidi do-
minum sedentem super
solum excelsum & eleua-
tum, & ea quæ sub ipso e-
rant replebant templum.
Seraphin stabant super il-
lud sex a se vni & sex a se al-
teri. Duabus velabant fa-
ciem eius. Et duabus vela-
bant pedes eius: & duabus

volabant. Et clamabat al-
ter ad alterum & dicebat.
Sanctus sanctus sanctus
dominus Deus exercituum:
plena est omnis terra glo-
ria eius. Et commoti sunt
superliminaria eorum
à voce clamantis: Et domus
repleta est fumo. Et dixi.
Vae mihi: quia, tacui quia
vir pollutus labiis ego sum,
& in medio populi polluta
laba habentis ego ha-
bito, & regem Dominum
exercituum vidi oculis meis.
Et volauit ad me vnus de
Seraphin & in manu eius
calculus, quem forcipe tu-
lerat de altari. Et tetigit os
meum: & dixit. Ecce tetigit
hoc labia tua: & auferetur
iniquitas tua & peccatum
tuum mundabitur. Et audiui
vocem dñi dicentis. **Quæ**
mittam? & quis ibit nobis?
Et dixi. Ecce ego: mitte
me. Et dixit vade: & dices
populo huic. Audite au-
dientes. & nolite intellige-
re. & videte visionem, & no-
lite cognoscere. Exceca
cor populi huius, & aures
eius aggraua, & oculos ei-
us claudet. ne forte videat oculis
suis, & auribus suis au-

diat, & corde suo intelligat, & conuertatur & sanem eum. Tu autē domine miserere nostri. Deo gratias.

Et sic terminantur oēs lectiones per totū annū.

Ad secundā lectio. 7^o.

Iube domine benedicere.

Benedictio. Unigenitus Dei filius, nos benedicere & adiuuare dignetur. Am.

Et hæc similiter benedictio dicitur per totum annum ad secundam lectionem, quæ est semper noui testamenti.

Ex Actis apostolorum. cap. 5. Lectio secunda.

Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphera uxore sua vendidit agrum, & fraudauit de pretio agrī, conscia uxore sua. & afferens partem quandam ad pedes apostolorum posuit. Dixit autem Petrus ad Ananiā. Ananias, cur tentauit satanas cor tuum mētiri te spiritui sancto, & fraudare de pretio agrī? Nonne manēs tibi manebat, & uenditum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mē-

titus hominibus, sed Deo. Audiēs autē Ananias hæc uerba cecidit & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum & efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trisū spatium. & uxor ipsius nesciēs quod factum fuerat, introiit. Dixit autem ei Petrus. Dic mihi si tantum agrum uendidisti? At illa dixit. Etiam tantum. Petrus autem ait ad eam. Quid utique conuenit uobis tentare spiritum domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt uirum tuum, ad ostium & efferent te. Confeſtim cecidit ante pedes eorū: & expirauit. Intrañtes autem iuuenes, inuenerunt illum mortuū: & extulerunt & sepelierunt ad uirum suum. Et factus est timor magnus in uniuersa ecclesia, & in omnes qui audierunt.

¶ Per manus autem apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erat unanimiter omnes in porticu Salomonis. Ceterorum autem nemo au-

debat se coniungere illis: sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in domino multitudo virorum ac mulierum, ita vt in plateas eicerēt infirmos & ponerent in lectulis & grabatis, vt veniente Petro saltem umbra illius obumbraret quenquam illorum & liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem & multitudo vicinarum ciuitatum Ierusalem afferentes egros & vexatos à spiritibus immundis, qui curabantur omnes. Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant, quæ est hæresis Sadducæorū: repleti sunt zelo: & iniecerunt manus in apostolos: & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autē domini per noctem aperiens ianuas carceris: & educens eos dixit. Ite & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. **Q**ui cum audissent. intrauerunt diluculo in templum & docebant. Tu autem domine misere nostri, Deo gratias.

¶ **Ad tertiam lectionē. V.**
Iube domine benedicere.
Benedictio. Spiritus sancti gratia, illuminet sensus & corda nostra. Amen.

¶ **Tertia lectio secundum Ioannem. cap. 15.**

In illo tempore. Dixit Iesus discipulis suis. Cū venerit paracletus quem ego mittam vobis à patre: spiritum veritatis qui à patre procedit: ille testimonium phibebit de me. Et rel.

¶ **Homil. sc̃i Leonis pa.**

Cum ad intelligendū dignitatē sancti spiritus aciem mentis intēdimus, nihil diuersum ab excellentia patris & filij cogitemus: quia in nullo ab vnitāte sua diuinitatis essentia discrepat. Sempiternum enim est patri filij sui esse genitorem. Sempiternum est filio intemporaliter à patre esse progenitū. Sempiternum est quoque spiritui sancto spiritum esse patris & filij. Vt nunquā pater sine filio: nunquā pater & filius sine spiritu sancto fuerint. Et omnib⁹ exclusis existentie gradibus: nulla ibi persona sit

anterior nulla posterior. Huius enim beatæ trinitatis & incommutabilis diuinitatis: vna est substantia, indiuisa in opere, concors in voluntate, par in omnipotentia, æqualis in gloria. De qua cū sancta scriptura sic loquitur, vt aut in factis aut in verbis aliquid assignet quod singulis non videatur conuenire personis: non perturbatur fides catholica. Sed docetur vt per proprietatem vocis aut operis, insinuetur nobis veritas trinitatis, & non diuidat intellectus: quod distinguit auditus. Tu autem dñe miserere nostri. Deo gratias.

¶ Notandum, quod quandoocunque agitur officium de dominica, seu de feria, aut de aliquo festo domini seu eius octaua. Item in festis inuentionis & exaltationis sancte crucis, & in dedicationibus basilicarum: ad tertiam lectionem dicenda est benedictio. Spiritus sancti gratia, vt supra.

¶ Quando verò agitur officium de aliquo sancto, aut sanctis aut coram octa-

uis: dicitur benedictio. Cuius vel quorū vel quarum colimus festum: ipse vel ipsi vel ipsa vel ipse intercedat vel intercedant pro nobis ad dominum. Amē.

¶ Si autē tertia lectio fuerit de beata virgine, tam in sabbatis quàm in eius festiuitatibus & octauis. dicenda est benedictio. Per virginem matrem, concedat nobis dominus salutem & pacem. Amen.

¶ Sciendum insuper quòd quandoocunque fit officium de dominica per totum annum, aut de aliquo ex festis domini mobilibus seu eorum octauis semper in predictis diebus tertia lectio inuenietur assignata in hoc dominicali statim post secundam lectionem.

¶ Quando verò fit officium de aliquo festo aut octaua ex eòtentis in calendario: tertia lectio (si fuerit propria) inuenietur in ea parte breuiarij quæ continet historias sanctorum. Et si non fuerit propria assignata dicetur de comuni. Id est quādo agitur officium de feria tertia; lectio dicetur

De diea Trinitatis, post Pentecostem.

de epistolis ut assignata fuerit in calendario. Similiter in Sabbatis in quibus agitur officium de beata virgine: tertia lectio inuenitur in officio eisdem assignato pro sabbatis in sine breuiarij. Quando autem debeat fieri officium de dominica seu de feria aut de festo. supra in regulis generalibus poteris videre.

¶ In tribus lectionibus fiat officium de dominica siue de feria siue de aliquo festo aut octaua semper dicitur.

Te deum laudamus. **10. j.**

¶ Ad Laudes.

Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri. Sicut erat. Alleluia. Et non dicitur hymnus: quia laudes non hora diuersa, sed pars matutini reputantur. **¶ Post**

Alleluia. statim dicitur antiphona temporari vel festo accommodata antiphona.

Tres sunt qui testimonium dant in caelo. pater, verbum, & spiritus sanctus. & hi tres vnus sunt. **Deinde dicuntur tres psalmi ut in psalterio quibus adiungitur quo-**

dicie cantus. Benedictus. soli. 70. quo finito dicitur integra ut dictum est supra.

Deinde. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat.

Oratio. Omnipotens sempiternus deus. **¶** **Et. ut supra.**

¶ Notandum, quod finita oratione dei, sunt commemorationes sequentes de beata virgine & omnibus sanctis modo infra scripto.

Antiph. Sub tuum praesidium confugimus sancta dei genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed a periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa & benedicta. **¶** **9. v.** Ora pro nobis sancta dei genitrix. **¶** **R.** Ut digni efficiamur promissionibus Christi. **Oratio.**

Concede nos famulos tuos (quesumus domine Deus) perpetua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosae beatae Mariae semper virginis intercessione a presenti liberari tristitia, & aeterna perfrui letitia Per Christum Dominum nostrum. Amen.

De apostolis & omnibus sanctis.

Sancti dei omnes intercedere dignemini p̄ nostra omniumque salute. *℟.* Et gloriamini oēs recti corde.

EXaudi nos deus salutaris noster & apostolorum tuorum Petri, & Pauli, & aliorum Apostolorum nos tuere presidii: quorum donasti fideles esse doctrinis. *Oratio.*

Omnes sancti tui quibus sumus domine nos ubique adiuuent ut dum eorum merita recolimus, patrocinia sentiamus: & pacem tuam nostris concede temporibus, & ab ecclesia tua cunctam repellere nequitiam, actus, & voluntates nostras, & omnium famulorum tuorum, in salutis tue prosperitate dispoſue benefactoribus nostris sempiterna bona retribuere: & omnibus fidelibus defunctis requiem æternam concede. Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat deus. *Per. ℞.*

Deinde dicitur. Benedicamus domino. Deo gratias. *℟.* Fidelium animarum per misericordiam dei requiescant in pace. Amen.

Et est advertendum quod omnes horæ finiuntur per Benedicamus. &c. Fidelium animarum. &c. per totum annum.

Prædictæ commemorationes prædicto modo dicuntur semper in laudibus & vesperis post orationem dici præterquam in festis duplicibus & quandoque sit officium aut commemoratio de aliqua octava.

Est etiam advertendum quod in sabbatis in quibus fit officium de beata virgine committitur eius commemoratio & fit tantum de sanctis.

Advertendum præterea quod quando in aliqua dominica fit officium de aliquo festo duplici, vel de aliqua octava post orationem dici dicenda est etiam oratio illius dominicæ pro eius commemoratione in laudibus & vesperis. Deinde dicitur.

Benedicamus. &c. Fidelium. *ut supra.* **Ad primam.** Pater noster. Ave maria. Deus in adiutorium meum

Dñica Trinit. i. post Pentecost.

intende. &c. Hymnus.

In lucis orto sydere.

Deum precemur sup-
plices.

Vt in diurnis actibus.

Nos seruet à nocentibus.

Linguam refrenans tem-
peret:

Ne litis horror insonet.

Visum fouendo contegat,

Ne vanitates hauriat.

Sint pura cordis intima:

Abstiat & veçordia,

Carnis terat superbiam.

Potus cibusque parcitas.

Vt cum dies abscesserit.

Noctemq; fors reduxerit:

Mundi per abstinentiam.

Ipsi canamus gloriam.

Deo patri sit gloria:

Eiusque soli filio,

Cum spiritu paraceto.

Et nunc & in perpetuum.

Amen. *Deinde dicuntur*

antiphona & psalmi, vt in

psalterio: cū symbolo A-

thanasij in dominicis die-

bus in alijs autem cū sym-

bolo apostolorū. Deinde.

Domine exaudi orationē

meam. Et clamor. *Oratio.*

Domine deus omni-

potens qui ad prin-

cipiū huius diei nos

peruenire fecisti, tuā nos

hodie salua virtute: vt in

hac die ad nullum decline-

mus peccatum: sed semper

ad tuam iustitiam faciendā

nostra procedant eloquia,

dirigantur cogitationes &

opera. Per Dominum no-

strum Iesum Christum fi-

lium tuum, **Q**ui vi. *&c.*

Benedicamus dño. **D**eo

gratias. *Vsus.* **F**ideliū ani-

ma. *&c. vt supra. Et sic*

finita prima dicitur, vsus.

Preciosa in conspectu do-

mini. *Rm.* **M**ors sancto-

rum eius. *Oratio.*

Sancta maria & omnes

sancti intercedāt pro

nobis ad dominum: vt

nos mereamur ab eo adiu-

uari & saluari. **Q**ui viuūt &

regnat in secula seculorū.

Amen. *Vsus.* **D**ies & actus

nostros in sua pace dispo-

nat dñs omnipotens. **A**men.

Et hoc modo dicitur. P

reciosa, per totum annum.

¶ *A*duertendum tamen qd

si in aliquo sabbato, aut do-

minica, aut infra octa, cor-

poris Christi incidit ali-

quod festū simplex: finita

prima antequam dicatur.

Preciosa, pro commemo-

ratione festi illius simpli-

els dicitur. *¶* *¶* *¶* Ora pro
nobis sancte. N. R. Orate
pro nobis sancti. N. & N.
Rm. Vt digni efficiamur
promissionibus Christi.

Oremus. *Et dicitur oratio
propria si eam habuerit: a
loqui de comuni qua non
ta dicitur. Preciosa. vt 7.*

¶ *Ad tertiã* Pater noster.
Aue maria. Deus in adiu-
torium. &c. *Hymnus.*

Vne sancte nobis
spiritus,

Nunū patri cū filio:
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.

Qs, lingua, mens, sensus,
vigor, Confessionem per-
sonent: Flāmescat igne cha-
ritas, Accēdat ardor pro-
ximos.

*P*raesta pater piissimè: Pa-
tri: que compar vnice: Cum
spiritu paraelete, Regnās
per omne saeculum. Amē.

*Deinde antiphona & psal-
m: vt in psalterio quibz si fi-
niti dicitur. Domine ex-
audi orationem meam. Et
clamor meus ad. &c. orō.*

Omnipotens sempiternae
deus. *vt supra in vesperis.*

¶ *Notandum, quod ad ter-
tiam sextam, & nonā scilicet*

per dicitur oratio quae di-
ctas fuerit ad laudes. *Dein-
de. Benedicam⁹ domino.
Deo gratias. ¶. Fidelium
animar. &c. vt supra.*

¶ *Ad sextã.* Pater noster.
Aue maria. Deus in adiu-
torium meū intende. Do-
mine ad. &c. *Hymnus.*

Rector potens verax
deus: Qui temperas
rerum vices.

Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.

*E*x lingue flāmas licium:
Aufer calorem noxium.

Confer salutem corporū.
Veramque pacem cordiū.

*P*raesta pater piissimè, &c.
*Deinde antiphona & psal-
m: vt in psalterio. &c. vt su-
pra. Ad tertiam.*

¶ *Ad nonã.* Pater noster.
Aue maria. Deus in adiu-
torium meū. &c. *Hymn⁹.*

Rerum deus tenax vi-
gor. Immotus in te
permanens: Lucis
diurnae tempora. Successi-
bus determinans.

*L*argire clarum vespere.
Quo vita nusquam decidat,
Sed praemiū mortis sacrae.

Perennis instet gloria.
*P*raesta pater piissimè, &c.

Dñica Trinit. j. post Pascecost.

Deinde antiphona & psalterio. &c. vt i. ad tertiam.

¶ Ad vespervas. Pater noster. Ave maria. Deus in adiutorium meum intēde. &c. Deinde dicitur hymn⁹ tempori vel festo conueniens. Hymnus. Adesto

sancta trinitas, vt supra in primis vespervis. ¶ Post hymnū dicitur añā tēpori vel festo accommodata vt dictū est in primis vespervis. Deinde psalmi & in psalt.

Añā. Te deum patrem in genitum, te filium vnigenitum, te spiritum paracletum, sanctā & indiuiduā trinitatē, toto corde & ore confitemur laudamus atq; benedicimus: tibi gloria in saecula. Oratio Omnipotens sempiterne Deus, vt supra in primis vespervis.

¶ Insuper notandum est qd in vespervis semper dicitur oratio quae dicta fuerit ad laudes nisi vespere dicēdū sint de aliquo festo duplici sequētis dici tunc enim hymnus antiph. & oratio, dicēdū sunt de ipso festo sequenti. Et etiam semper quādo agitur officium de feria cui non est assignata

propria oratio, dicitur oratio dominicæ precedētis.

¶ Ad cōpletorium. Pater noster. Ave maria. &c.

Conuerte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuam à nobis. Deus in adiutorium. Dñe ad adiuuā. Gloria patri. Sicut. Hy⁹.

T e lucis ante terminum. post hymnum. añā. Salua

nos. Deinde. Nunc dimittis. Domine exaudi. Et clamor meus ad. &c. Oratio.

Visita quæsumus dñe. &c.

V⁹ Fidelium animæ. &c.

Salve regina. &c. Oratio.

Omnipotens sempiterne deus. &c. vt supra. Diuinum auxiliū maneat semper nobiscum. Amen. oia

vt supra in. j. cōpletoriis.

¶ Sciendum quod hymni supra assignati ad primā, tertīā, sextam, nonā, & cōpletorium necnō orōnes.

Domine deus omnipotēs, ad primam & Visita quæsumus.

Ad cōpletorium nunq̄ mutātur i toto año.

¶ Notandū etiā qd per totum anulū tam in dñicis q̄ in feriis duplicib⁹ semper

horē dicūtur ordine i hac

prima dñica trinita. expli-

omto. Exempla gratia. vt ad
matutinū infra scripta dicā
tur per ordinē. Pater nř.
Ave maria. Confiteor. cū
absolutione. Dñe labia.
Deus in adiutor. Alleluia.

Inuitat. cū psalmo. Venite
exultemus Dño. **Rursus**
inuitat. hy⁹. an. tres psalmi

Rursus aña integra. Pater
noster. **Tres lectiones cū**
suis bñdictionibus & Tu
autem. Te deū laudamus.

Deinde statim ad laudes.
Deus in adiutoriū meum.

Aña. Tres p̄i cum cantico.
Benedictus. Rursus **antip.**
integra Domine exaudi.

ofo cū cōmemor. de beata
Virgine. &c. nisi sint omit-
tende: vt supra Benedica-
mus. Fidelium animar. &c.

¶ Itē ad primā, tertā, sex-
tā, nonā, & vespas. Pater
noster. Ave mar. Deus in
adiutoriū. &c. seruatō or-

dine in eis hōris cōtēto.

¶ Itē ad cōpletoriū Pater
noster. Ave maria. Cōuer-
te nos. Deus in adiut. &c.

vt in eadē hora cōtinetur.

¶ Feria. ij. post dñicā trini-
tatis. Si hodie nullū inci-
derit festū, fiat officiū de
feria modo infra scripto.

¶ Ad matutinū inuitator.
Dominū qui fecit nos, ve-
nite adoretus. **Hymnus.**

Nocte surgentes vi-
gilemus oēs, sem-
per in psalmis me-
ditemur atq; Viribus totis
domino canamus Dulci-
ter hymnos.

Vt pio regi pariter canen-
tes, Cū suis sanctis merea-
mur aulam Ingredi celi si-
mul & beatā ducere vitam.

Præstet hoc nobis deitas
beata Patris, ac nati, pari-
terq; sancti Spiritus: cui⁹
roboat I omni Gloria mū-
do. Amen. **Aña.** Seruite
domino in timore, & exul-
tate ei cum tremore.

¶ Ex Genesū. Lectio. j.

Hæc sunt autem no-
mina filiorū Israel,
qui ingressi sunt in
Aegyptū, ipse cum liberis
suis primogenitus Rubē.
Filij Rubē Enoch, & Phal-
lu, & Efron, & Charmi. Fi-
lij Simeon: Iamuel, & Ia-
min, & Ahod, & Iachin, &
Sohar, & Saul filius Cha-
nanitidis. Filij Leui Ger-
son, & Caath, & Merari. Fi-
lij Iuda, Hec, & Onan, &
Sela, & Phares, & Zara.

mortui sunt autem Her, & Onan in terra Chanaan. Natiq̄ue sunt filij Phares: Efron, & Hamul: Filij Issachar: Thola, & Phua, & Iob, & Simeron. filij Zabulon: Sared, & Elon & Iahelel, hi filij Lig quos genuit in Mesopotamia Syriæ cū Dina filia sua: omnes animæ filiorum eius, & filiarū, triginta tres. Filij Gad: Sephon, & Aggi, & Esēbō & Suni, & Heri, & Arodi, & Areli. Filij Aser: Iemna, & Iesna, & Iesui, & Beria, Sara, quoque soror eorum. Filij Beria: Heber, & Melchiel, hi Filij Zelphe, quam dedit Labā Liz filij suæ, & hos genuit Iacob se decim animas. Filij Rachel uxoris Iacob: Ioseph, & Benjamin. Natiq̄ sunt Ioseph filij in terra Aegypt̄i, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manassēs, & Ephraf filij Benjamin: Bela, & Bechor, & Asbel, & Gera, & Naaman, & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob, omnes animæ quatuordecim.

Filij Dan, Vsim. Filij Ne-phthalim: Issiel, & Guni, & Ieser, & Sallem. Hi filij Balz, quam dedit Laban Racheli filia suæ: & hos genuit Iacob omnes animæ, septem. Cunctaq̄ animæ quæ ingressæ sunt cum Iacob in Aegyptum, & egressæ sunt de temore illi⁹ abique vxoribus filiorū eius, sexaginta. Ex filiis autē Ioseph qui nati sunt in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob, quæ ingressæ sunt in Aegyptum, fuere septuaginta.

¶ Exactis Apostolorum.
Lectio secunda.

A Dueniēs autē princeps sacerdotum, & qui cum eo erant, conuocauerunt cōcilium, & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem: vt adducerentur. Cū autem venissent ministri, & aperto carcere nō inuenissent illos: reuersi nuntiauerunt dicētes. Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligētia, & custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminē intus inuenimus.

Vt au-

Ut autē audierunt hos ser- & nos sumus testes horum
 mones magistratus tēpli, verborum, & spiritus san-
 & principes sacerdotum, ctus quem dedit Deus o-
 ambigebant de illis quid- mnibus obedientibus sibi.
 nam heret. Adueniens au- Hęc cūm audissent, disse-
 tem quidam nuntiavit eis. cabantur: & cogitabant in-
 Quia ecce viri quos po- terficere illos. Surgens au-
 suistis in carcerem, sunt in tem quidā in cōcilio Pha-
 templo stantes, & docētes risæus nomine Gamaliel,
 populum. Tunc abiit ma- legis doctor, honorabilis
 gistratus cum ministris, & vniuersæ plebi, iussit foras
 adduxit illos sine vi, time- modicū apostolos secede-
 bant enim populum ne la- re, dixitq; ad illos, Viri Is-
 pidarentur. Et cūm addu- raelitæ, attendite vobis su-
 xissent illos, statuerunt in per hominibus istis, quid
 concilio. Et interrogavit acturi sitis. Ante hos enim
 eos princeps sacerdotum, dies exitit Theudas, dicēs
 dicens. Præcipiendo præ se esse aliquem, cui consen-
 cepimus vobis, ne docere- sit numerus virorum circi-
 tis in nomine isto: & ecce ter quadrigentorū, qui oc-
 replestis Ierusalem doctri- cisus est: & oēs qui crede-
 na vestra, & vultis induce- bant ei, dissipati sunt, & re-
 re super nos sanguinē ho- dacti ad nihilū. Post hunc
 minis istius. Respondēs au- exitit Iudas Galilæus in
 tem Petrus, & apostoli, di- diebus p̄fessionis, & auer-
 xerunt, Obedite oportet tit populum post se, & ipse
 deo magis, quā homini- perit: & omnes quotquot
 bus. Deus patrum nostro- consenserunt ei, dispersi
 rū suscitauit Iesum quem sunt. Et nūc dico vobis, di-
 vos interemissis suspendē- scedite ab hominibus istis,
 tes in ligno. Hunc princi- & sinite illos. quoniā si est
 pem, & saluatorem Deus ex hominibus consilium
 exaltauit dextera sua, ad hoc aut opus, dissoluetur:
 dādā penitentia Israel, si verō ex deo est, non po-
 & remissionem peccatorū: teritis dissoluere, ne fortē

E.

N.

I

& deo repugnare videami-
ni. consenserunt autem illi.
Et conuocantes apostolos,
causis denuntiauerunt ne om-
nino loqueretur in nomi-
ne Iesu, & dimiserunt eos.
Et illi quidem ibant gaude-
tes à conspectu concilij,
quia digni habiti sunt pro
nomine Iesu contumeliam
pati. Omni autem die non ces-
sabant in templo, & circa do-
mos docentes, & euangeli-
zantes Iesum Christum.

*¶ Si hodie non sit officium
de aliquo sancto, omitten-
da est tertia lectio, occurrens
in calendario ex epistolis,
& loco eius dicenda est se-
quens, quæ est de dñica præ-
cedenti, & non potuit ibi po-
ni propter officium Trinitatis.
Secundum Lucam. cap. 6.*

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit
Iesus discipulis suis. Es-
sote misericordes, sicut
& pater vester misericors
est. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Intendite fratres ipsam
misericordiam, & iudi-
cium Iesu. Misericordie tem-
pus modo est: iudicij au-
tem tempus post erit. Vnde

est nunc misericordie tem-
pus? Vocat modo auersos,
donat peccata conuersis:
patiens est super peccato-
res: donec conuertantur.
Quandocunque conuer-
si fuerint, præterita obli-
uiscitur futura promittit.
Hortatur pigros: consolatur
afflictos: docet studio-
sos: adiuuat dimicantes: ne-
minem deserit laborantem,
& clamantem ad se. Do-
nat unde sibi sacrificetur,
ipse tribuit unde placeatur.

*¶ Ad laudes Antiphona.
Iubilate Deo omnis terra,
cantate, & exultate, & psal-
lite.*

Orauo.

Deus in te sperantium
fortitudo, adesto
propitius inuocatio-
nibus nostris: & quia sine
te nihil potest mortalis in-
firmitas: præsta auxilium
gratiæ tuæ: vt in exequen-
dis mandatis tuis, & volun-
tate tibi & actione placea-
mus. Per dominum nostrum
Iesum Christum, &c.

*¶ Hæc oratio, quæ est de
dñica precedenti, dicitur ho-
die & duobus sequentibus
diebus, si fiat officium dese-
ria. ¶ Ad vesperas, Hly.*

O Lux beata Trinitas,
Et principalis unitas,
Iam sol recedit igne,
Infunde lumen cordibus.
Te manè laudū carmine,
Te deprecemur vesperè:
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet sæcula.
Deo p̄ri sit gloria, Eiusq̄;
Soli filio: cum spiritu para-
cleto, & nunc & in pee-
tuum. Amen. *Antiphona.*

Vesperuna oratio ascēdat
ad te dñe, & descendat su-
per nos misericordia tua.

*Notandum, quod Inuita-
sonis, Hymni, & antiphonæ
huius ferie, dicuntur ab hac
die vsq; ad aduentū, quan-
docunq; sit officium de
dominica vel de feria.*

*Feria. iij. ex Gen. cap. 40
Lectio prima.*

Misit autē Iacob Iu-
dam ante se ad Io-
seph in Aegyptū,
ut nuntiaret ei, & ille oc-
curreret in Gessen. Quod
cū peruenisset, iuncto Io-
seph curru suo, ascendit
obuiā patri suo ad eūdem
locū: vidensq; eum, irruit
super collum eius, & inter
plexus fleuit. Dixitq; pa-
ter ad Ioseph, iam latus mo-

riar, quia vidi faciē tuā, &
superstitē te relinquo. At
ille locutus est ad fratres
suos, & ad omnē domū pa-
tris sui, Ascendā, & nūtia-
bo Pharaoni: dicamq; ei.
Fratres mei, & domus pa-
tris mei, qui erant in terra,
Chanaan, venerunt ad me:
& sunt viri pastores ouium,
curamq; habent alendorū
gregū. pecora sua, & armē-
ta, & omnia quæ habere po-
tuerunt, adduxerunt secū.
Cumque vocauerit vos, &
dixerit, Quod est opus ve-
strum? respondebitis, Viri
pastores sumus serui tui,
ab infantia nostra, vsq; in
præsens, & nos, & patres
nostri. Hæc autem dicetis,
ut habitare possitis in ter-
ra Gessen: quia detestan-
tur Aegyptij omnes pasto-
res ouium. Ingressus ergo
Ioseph nuntiavit Pharaoni,
dicens. Pater meus, &
fratres, oues eorū, & armē-
ta, & cūcta quæ possident,
venerūt de terra Chanaan:
& ecce consistunt in terra
Gessen. Extremos quoq;
fratrum suorum quinque
viros, statuit coram rege:
quos ille interrogauit, quid

habetis operis? Responderunt, Pastores ouium sumus serui tui, & nos & patres nostri, ad peregrinandum in terrā tuā venimus quoniā nō est herba gregibus seruorum tuorum, ingrauescente fame in terra Chanaan: petimusque: vt esse nos iubeas seruos tuos in terra Gessen. Dixit itaque rex ad Ioseph, Pater tuus, & fratres tui, uenerunt ad te. Terra Aegypti in conspectu tuo est, in optimo loco fac habitare eos, & trade eis terrā Gessen, quod si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

*¶ Ex Actis aposto. cap. 6.
Lectio secunda.*

IN diebus autē illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod respicerētur in ministerio quotidiano, viduq; eorū. Conuocantes autem duodecim multitudinē discipulorū, dixerūt. Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis.

Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septē, plenos Spiritu sancto, & sapientia quos constituamus super hoc opus. Nos verō, orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine, Et elegerunt Stephanū virū plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippū, & Prochorū, & Nicanorē, & Timonem, & Parmenam, & Nicolaum aduenā Antiochenū. Hos statuerunt ante conspectū apostolorū, & orantes imposuerunt eis manus. Et verbū Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiā turba sacerdotum obediabat fidei. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Surrexerūt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenesium, & Alexandrinorum, & eorū qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cū Stephano: & non poterant resistere sapientiæ & spiritui

qui loquebatur. Tūc sub-
miserunt viros, qui dicerēt
se audiuisse eam dicentem
verba blasphemiz in Mo-
sen, & Deum. Commoue-
rūt itaque plebē, & senio-
res, & scribas: & cōcurren-
tes rapuerunt eū, & addu-
xerunt in concilium & sta-
tuerūt falsos testes qui di-
cerent, Homo iste nō ces-
sat loqui verba aduersus lo-
cū sanctū, & legem. audi-
uimus enim eū dicentem:
quoniam Iesus Nazareus
hic destruet locum istum,
& mutabit traditiones quas
tradidit nobis Moses. Et
intuentes eum omnes qui
sedebant in concilio, viderunt
faciem eius tanquam
faciem angeli,

¶ *Feria quarta, ex Genesi.*

Lectio prima.

Post hæc introduxit
Ioseph patrem suum
ad regem, & statuit eū
coram eo: qui benedicens
illi, & interrogatus ab eo,
Quot sunt dies annorum
vitæ tuæ? respondit. Dies
peregrinationis vitæ meæ
centum triginta annorum
sunt, parui, & mali: & non
peruenerunt vsque ad dies

patrum meorum, quibus
peregrinati sunt. Et bene-
dicto rege egressus est fo-
ras. Ioseph verò, patri, &
fratribus suis, dedit posses-
sionē in Aegypto, in opti-
mo terræ loco Rameses,
vt præceperat Pharao. Et
alebat eos, omnemque do-
mum patris sui, præbēs ci-
baria singulis. In toto enī
orbe panis deerat, & op-
presserat fames terram, ma-
ximè Aegypti, & Chanaā.
E quibus omnem pecuniā
congregauit pro venditio-
ne frumenti, & intulit eam
in ararium regis. Cumque
defecisset emptoribus pre-
cium venit cuncta Aegy-
ptus ad Ioseph, dicens. Da
nobis panes: quare mori-
mur corā te, deficiente pe-
cunia? Quibus ille respon-
dit, Adducite pecora ve-
stra, & dabo vobis pro eis
cibos, si pretium nō habe-
tis. Quæ cum adduxissent
dedit eis alimēta p equis,
& ouibus, & bobus, & asi-
nis: sustentauitque eos illo
anno, pro commutatione
pecorum. Venerunt quo-
que anno secundo, & dix-
erunt ei. Non celamus dño

nostro, quod deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clam te est quod absque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo morimur te videntes? Sit nos, & terra nostra erimus: eme nos in seruitute regia, & prebe semina, ne peunte cultore redigatur terra in solitudinē.

¶ *Ex Actis aposto. cap. 7.*

Lectio secunda.

Dixit autē princeps sacerdotum, Si hæc ita se habent? Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus glorię apparuit patri nostro Abraham: cum esset in Mesopotamia, prius quā moraretur in Charā, & dixit ad illū, Exi de terra tua, & de cognatiōe tua, & veni in terrā, quā monstrauero tibi. Tunc exiit de terra Chaldæorū, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et non dedit illi hæreditatem in ea, nec passum pedis: sed repromisit dare illi eā in possessionem, & semini eius post ip-

sum, cū non haberet filiū. Locutus est autē ei Deus, Quia erit semen eius accola in terra aliena, & seruituti eos subiicient, & male tractabunt eos annis quadringentis, & gentē cui seruiert, iudicabo ego, dicit dominus: & post hæc exhibūt, & seruiēt mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circūcisionis, & sic genuit Isaac, & circūcidit eū die octauo: & Isaac, & Iacob, & Iacob duodecim patriarchas. Et patriarchę æmulantes, Ioseph vendiderunt in Aegyptum, & erat deus cū eo: & eripuit eum ex omnib⁹ tribulationib⁹ eius, & dedit ei gratiā & sapientiā in conspectu Pharaonis regis Aegyptiorū, & constituit eum præpositum super Aegyptum, & super omnē domū suam. Venit autem fames in vniuersam Aegyptum & Chanaan, & tribulatio magna: & non inueniebāt cibos patres nostri. Cū audisset autē Iacob esse frumētum in Aegypto, misit patres nostros primum: & in secundo cognitus est Ioseph

à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus ei⁹. Mittens autè Ioseph, accersiuit Iacob patrem suū, & omnē cognationē suā, in animabus septuagintaquinq;. Et descendit Iacob in Aegyptū: & defunctus est ipse, & patres nostri. Et translati sunt in Sichen: & positi sunt in sepulchro quod emit Abrahā pretio argēti à filio Emor filij Sichen. Cū autē appropinquaret tēpus promissionis quā cōfessus erat Deus Abrahæ, creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto, quoadusque surrexit alius rex in Aegypto, qui nō sciebat Ioseph. Hic circunueniens genus nostrū, affixit patres nostros, vt exponerent infantes suos, ne viuificarentur.

¶ Notādum, q̄ si aliquod festum duplex inciderit in die eucharistiz, transferēdum est in sequentem diē: vt in regalis generalibus, & eodē modo fiet quando festum duplex inciderit in die octauæ, excipitur festum sancti Iohannis baptizati, quōd si in die octauæ

inciderit celebrabitur eadē die, cum commemoratiōne eucharistiz per orationem tantū in virisq; vesperis & in laudib⁹. Infra octauā verō corporis Christi, quodēliquo festū dup. incidat, celebrabitur eadē die, cum cōmemoratiōne eucharistiz. Si autem festum simplex inciderit in die eucharistiz omittitur omnino, & si inciderit infra octauam, fit cōmemoratiō de eo in fine primæ antequam dicatur. Pretiosa.

¶ Festum corporis Christi duplex malus.

¶ Ad vesperas. Hymnus.

P Ange lingua gloriosi
Corporis mysterium:
Sanguinisq; pretiosi,
Quem in mūdi precium,
Fructus ventris generosi:
Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus
Ex intacta virgine:

Et in mundo cōuersatus,
Sparso verbi semine:
Sui moras incolatus
Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ,
Recumbens cum fratrib⁹,
Observata lege plenē,
Cibis in legalibus:

In festo corporis Christi.

Cibum turbæ duodenæ
Se dat suis manibus.

Verbum caro panē verū,
Verbo carnem efficit:

Fitq; sanguis Christi merū:
Et si sensus deficit:

Ad firmandū cor sincerū
Sola fides sufficit,

Tantum ergo sacramentū
Veneremur cernui:

Et antiquum documētum
Nouo cedat ritui:

Præstet fides supplementū
Sensuum defectui.

Genitori, genitoque,
Laudis & iubilatio:

Salus, honor, virtus quoq;
Sit, & benedictio:

Procedenti ab utroque.
Cōpar sit laudatio. Amen.

Ana. Sacerdos in æternū
Christus dñs secundū ordi-
dinē Melchisedech panem
& vinum obtulit. **Oratio.**

Deus, qui nobis sub
sacramento mirabi-
li passionis tuæ me-
moriā reliquisti: tribue
quæsumus ita nos corpo-
ris, & sanguinis tui sacra-
mysteria venerari: vt redē-
ptionis tuæ fructum in no-
bis iugiter sentiamus. Qui
vius & regnas Deus. Per.

Ad manū, Inuitat San-

ctissimum Christi corpus,
venite adoremus. **Hymn.**

Sacris solēnis iuncta
sint gaudia: Et ex præ-
cordiis sonent præco-
nia: Recedant vetera, noua
sint omnia: Corda, voces,
& opera.

Noctis recolitur cœna no-
uissima, Quæ Christus cre-
ditur agnū, & azyma: De-
disse fratribus iuxta legiti-
ma, Priscis idulta patribus.

Post agnum typicum ex-
pletis epulis, Corpus do-
minicum datū discipulis:
Sic totum omnibus, quod
totum singulis, Eius fate-
mur manibus.

Dedit fragilibus corporis
ferculum: Dedit & tristi-
bus, sanguinis poculum,
Dicens, Accipite, quod
trado, vasculum: Omnes
ex eo bibite.

Sic sacrificium istud Insti-
tuit, Cuius officiū cōmitti
voluit: Solis presbyteris:
quibus sic congruit, Vt su-
mant, & dent cæteris.

Panis angelicus, sit panis
hominū, Dat panis calic⁹
figuris terminū: O rex mi-
rabilis: māducat dominū,
Pauper, seru⁹, & humilis.

Te trina deitas, vnaq; poscimus, Sic nos tu visita: sicut te colimus: Per tuas semitas duc nos, qui tendimus: Ad lucem, quam inhabitas. Amen. *sn.* Calicé salutaris accipiam, & sacrificabo hostiam laudis.

¶ Ex libro Sapient. cap. 16.

Lectis prima.

Angelorum esca nutritiisti populū tuum, & paratum panem de celo præstitisti illis, sine labore, omne delectamentū in se habentem, & omnis saporis suauitatē. Substantia enim tua dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat cōuertebatur. Nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: vt scirent, quoniā fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grādinē & pluuia coruscans. Hoc autem iterū, vt nutrērēt iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens, exardebit in tormentum aduersus iniustos:

& leuior fit ad benefaciendum pro eis qui in te confidunt. Propter hoc, & tūc omnia trāsfigurata omniū nutritici gratiæ tuæ deseruiabant ad volūtatē eorū qui à te desyderati sunt: vt scirent filij tui, quos dilexisti domine, quoniam nō natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat.

¶ Ex Actis apost. Lect. ij.

Eodem tēpore natus est Moses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Exposito autem illo sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eū sibi in filiū. Et eruditus est Moses omni sapientia Aegyptiorum, & erat potens in verbis, & in operibus suis. Cū autem impleretur ei quadraginta annorū tempus, ascendit in cor eius, vt visitaret fratres suos, filios Israel. Et cū vidisset quendam iniuriā patientem, vindicauit illum: & fecit ultionem ei qui iniuriā sustinebat, percussō Aegypto. Existimabat au-

In festo corporis Christi

te intelligere fratres, quoniam deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt. Sequenti vero die apparuit illis litigantibus, & reconciliabat eos in pace, dicens. Viri fratres estis, ut quid rogetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens. Quis te constituit principem, & iudicem super nos? nunquid interficere me tu vis, quem admodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moses in verbo isto: & factus est advena in terra Madiam, ubi genuit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus, in igne flammæ rubi. Moses autem videns, admiratus est visum. Et accedente illo ut consideraret, facta est ad eum vox Domini, dicens. Ego sum Deus patrum tuorum, deus Abraham: deus Isaac, & deus Iacob. Tremefactus autem Moses, non audebat considerare. Dixit autem illi dominus. Solue calceamentum pedum tuorum: locus

enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorum audivi, & descendi liberare eos. Et nunc venito, & mittam te in Aegyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicens. Quis te constituit principem & iudicem? hunc deus principem, & redemptorem misit, cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos faciens prodigia & signa in terra Aegypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filiis Israel, Prophetam suscitant vobis Deus de fratribus vestris tanquam me ipsum audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina: & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & aversi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicens ad Aaron, Fac nobis deos qui præcedant nos. Moysi enim huic, qui edu-

xit nos de terra Aegypti
nescimus quid factum sit
ei. Et vitulum fecerunt in
diebus illis, & obtulerunt
in diebus illis, & obtulerunt
hostiam simulachro, & læ-
tabantur in operibus ma-
nuum suarum.

Secundum Ioannē. cap. 6.

Lectio tertia.

In illo tpe: dixit Iesus di-
scipulis suis, & turbis Ju-
dæorū. Caro mea verè
est cibus, & sanguis meus
verè est potus. Et reliqua.

Homilia sancti Aug. epi.

Cum enim cibo, & po-
tu id appetat homi-
nes ut non esuriant
neque sitiant: hoc verè nõ
præstat nisi iste cib⁹, & po-
tus: qui eos à quibus sumi-
tur immortales, & incorru-
ptibiles facit, id est, socie-
tas ipsa sanctorū, ubi pax
erit, & unitas plena atque
perfecta. Propterea quip-
pe sicut etiã ante nos hoc
intellexerunt homines dei
dñs noster Iesus Christus,
corpus, & sanguinē suū in
eis rebus cōmendavit: quæ
ad vnum aliquid redigun-
tur. Ex multis namque gra-
nis vnus panis efficitur: &
ex multis racemis, vinum

cōfluit. Deniq; iam expo-
nit quomodo id fiat quod
loquitur: & quid sit mādu-
care corpus eius, & sangui-
nem bibere. Et qui mādu-
cat meam carnem, & bibit
meū sanguinem: in me ma-
net & ego in eo. Hoc est e-
nim māducare illā escam:
& illum bibere potum: in
Christo manere, & illū ma-
nētem in se habere. Ac per
hoc qui nõ manet in Chri-
sto: & in quo non manet
Christus, proculdubio nõ
māducat spiritualiter eius
carnem: licet carnaliter, &
visibiliter premat dētibus
sacramēta corporis, & san-
guinis Christi. Sed magis
tantæ rei sacramentum ad
iudicium sibi manducat, &
bibit, qui immundus præ-
sumit ad Christi sacramen-
ta accedere, quæ alius non
dignè sumit, nisi qui mun-
dus est: de quibus dicitur.
Beati mundo corde. quon-
iam ipsi Deum videbūt.
¶ **Ad laudes aña** Ego sum
panis viuus: qui de celo
descendi. si quis manduca-
uerit ex hoc pane, viuet in
æternum: Alleluia. **Oro.**
Deus qui nobis. **ut supra;**

¶ **Ad vesp̄as. Hymnus.** Pange lingua glo. vt supra
Ana. O sacrum cõuiuium
in quo Christus sumitur:
recolitur memoria passio-
nis eius: mēs impletur gra-
tia & futuræ gloriæ nobis
pignus datur. Alleluia.

¶ **Notandum quod Inui-
tatorium, hymni, antipho-
næ & oratio huius diei di-
cuntur per totā octauā, nisi
occurrat aliquod festū du-
plex, vt supra dictum fuit.**

¶ **Feria sexta, ex Genesi.**

Lectio prima.

EMit igitur Ioseph o-
mnem terram Aegy-
pti, vendentibus sin-
gulis possessiones suas, præ
magnitudine famis. Sub-
iecitque eam Pharaoni, &
cunctos populos eius à no-
uissimis terminis Aegypti,
vsque ad extremos fines e-
ius: præter terrā sacerdo-
tū, quæ à rege tradita fue-
rat eis, quibus, & statuta ci-
baria ex horreis publicis
præbebatur, & idcirco nō
sunt compulsi vēdere pos-
sessiones suas. Dixit ergo
Ioseph ad populos. En, vt
cernitis, & vos & terrā ve-
strā Pharao possidet: acci-

pite semina, & serite agros
vt fruges habere possitis.
Quintam partem regi da-
bitis: quatuor reliquas p-
mitto vobis in sementem,
& in cibū familiis, & libe-
ris vestris. **Q**ui responde-
runt, Salus nostra in ma-
nu tua est: respiciat nos tā-
tum dominus noster, & læ-
ti seruiemus regi. Ex eo tē-
pore vsque in præsentem
diem in vniuersa terra Ae-
gypti, regibus quinta pars
soluitur, & factū est quasi
in legem: absq; terra sacer-
dotali, quæ libera ab hac
cōditione fuit. Habitauit
ergo Israel in Aegypto, id
est, in terra Gessen, & pos-
sedit eam: auctūque est, &
multiplicatus nimis. Et vi-
xit in eo decem & septem
annis: factiq; sunt omnes
dies vitæ illius, centū qua-
draginta septem annorū.
Cūq; appropinquare cer-
neret diem mortis eius, vo-
cauit filiū suum Ioseph, &
dixit ad eū, Si inueni gra-
tiam in conspectu tuo, po-
ne manū tuam sub femore
meo: & facies mihi miseri-
cordiam, & veritatem, vt
non sepelias me in Aegy-

pto, sed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac: condásque in sepulchro maiorum meorum. Cui respódit Ioseph, Ego faciam quod iussisti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. **Q**uo iurante, adorauit Israel dominum, conuersus ad lectuli caput.

¶ **Ex Actis apost. Lect. ij.**

Conuertit autē De⁹, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptū est in libro prophetarū. Nūquid victimas, & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernaculū Moloch, & sydus dei vestri Rēphā, & sydus dei vestri Rēphā, figuras quas fecistis, adorate eas. Et transferam vos trans Babylonē. Tabernaculum testimoniū fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysen, vt faceret illud secundū formam quā viderat. **Q**uod & induxerunt, suscipientes patres nostri cū Iesu in possessionem gentium, quas expulit deus à facie patrū nostrorū, vsque in diebus

Dauid, qui inuenit gratiā ante Deum, & petiit vt inueniret: tabernaculū Deo Jacob. Salomon autem ædificauit illi domum. Sed excelsus, non in manufactis habitat, sicut per prophetā dicit. Cælū mihi sedes est: terra autē, scabellū pedū meorū. **Q**uā domū ædificabitis mihi, dicit dominus? aut quis locus quietionis meæ est? Nōne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice, & incircūcisi cordibus, & aurib⁹, vos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres vestri, & vos. **Q**uem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderūt eos, qui prænuntiabant de aduētū iustī, cuius vos nūc proditores, & homicidæ fuistis: qui accepistis legē in dispositione angelorū, & non custodistis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cū autem esset plenus spiritu sancto, intendens in cælū, vidit gloriā Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei. Et ait. Ecce video cæ-

Ios apertos, & filiū hominis stātem à dextris virtutis dei. Exclamātes autem voce magna, continuerūt aures suas, & impetū fecerunt vnanimitec in eū. Et eiiciētes eū extra ciuitatē, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolcscētis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabāt Stephanū, inuocantem, & dīcentē domine Iesu, suscipe spiritum meū. Postis autē genibus clamauit voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cū hoc dixisset, obdormiuit. Saulus autē erat consentiens neci eius.

Terna lectio.

Immensa diuinæ largitatis beneficia exhibita populo Christiano, inestimabilem ei conferunt dignitatē. Neque enim est aut fuit aliquando tam grādis natio quæ habeat deos appropinquātes sibi sicut adest nobis Deus noster. Vnigenitus siquidem Dei filius, suæ diuinitatis volens nos esse participes, nostram naturam assumpsit: ut homines deos faceret, fa-

ctus est homo. Et hoc insuper quod de nostro assumpsit, totum nobis contulit ad salutem. Corpus nāque suum pro nostra reconciliatione, in ara crucis hostiam obtulit Deo patri: sanguinem suum fudit, in precium simul, & lauacrū, ut redēpti à miserabili seruitute à peccatis omnibus mundaremur. Et ut tāti beneficij iugis in nobis maneret memoria: corp⁹ suū in cibum, & sanguinē suū in potū: sub specie panis, & vini sumendam fidelibus dereliquit. O preciosum, & admirandum conuiuium saluiferum, & omni suauitate repletū. Quid enim hoc conuiuium preciosius esse potest? in quo nō carnes vitulorū, & hircorū, ut olim in lege, sed nobis Christus sumēdus proponitur verus deus. Quid hoc sacramēto mirabilius? In ipso nanque panis, & vinum, in corpus, & sanguinem Christi substantialiter conuertitur. Ideoq; Christus Deus & homo perfectus: sub modici panis specie continetur.

¶ *Sabba. ex Gen. cap. 46.*

Lectio prima.

His ita transactis nū-
tium est Ioseph, q̄
egrotaret pater suus:
qui assumptis duobus fi-
liis, Manasse, & Ephraim,
ire perrexit. Dictamque
est seni, Ecce filius tuus Ioseph
venit ad te. *Qui* con-
fortatus sedit in lectulo.
Et ingresso ad se Ioseph,
ait. Deus omnipotens ap-
paruit mihi in Luza, quæ
est in terra Chanaã: benedi-
xitque mihi, & ait. Ego
te augebo, & multiplicabo,
& faciam te in turbas
populorum: dabõque tibi
terram hanc, & semini tuo
post te in possessione sem-
piternã. Duo ergo filij tui
q̄ nati sunt tibi in terra Aeg-
ypti antequam huc veni-
rem ad te, mei erunt: Eph-
raim, & Manassès sicut
Ruben, & Simeon reputa-
buntur mihi. Reliquos au-
tem quos genueris post
eos, tui erunt, & nomine
fratrum suorum vocabun-
tur in possessionibus suis.
Mhi enim quando venie-
bã de Mesopotamia, mæ-
tua est Rachel in terra Cha-

naan in ipso itinere, erat-
que vernum tempus: & in-
grediebar Ephratam, & se-
peliui eã iuxta viã Ephra-
tæ, quæ alio nomine ap-
pellatur Bethlehem. Vi-
dēs autem filios eius dixit
ad eũ. *Qui* sunt isti? Respõ-
dit, Filij mei sunt, quos do-
navit mihi Deus in hoc lo-
co. Adduc, inquit, eos ad
me, vt benedicã illis. Ocu-
li enim Israel caligauerant
præ nimia senectute, &
clare videre non poterat.
Applicitosq; ad se, deoscu-
latus, & circumplexus eos,
dixit ad Ioseph filiũ suũ,
Non sum fraudatus aspe-
ctu tuo, insuper ostendit
mihi Deus semen tuum.

¶ *Ex Actis aposto. cap. 8.*

Lectio secunda.

Facta est autem in illa
die persecutio magna
in ecclesia, quæ erat
Ierosolymis, & omnes di-
spersi sunt per regiones Iu-
dex, & Samariæ, præter a-
postolos. Curauerunt au-
tem Stephanum viri timo-
rati, & fecerunt planctum
magnum super eum. Sau-
lus autē deuasabat eccle-
siam, per domos intrans: &

trahens viros, ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum dei. Philippus autem descendens in ciuitatē Samarizę, predicabat illis Christū. Intē debāt autem turbę his quę à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quę faciebat. Multorum enim habentiū, spiritus mundi clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici, & claudi, curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam, nomine Simon qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gētem Samarizę, dicens se esse aliquem magnū, cui auscultabant omnes, à minimo vsq; ad maximum, dicentes. Hic, est vir⁹ dei, quę vocatur magna. Attendebant autē eū, propterea quod multo tempore magis suis demētasset eos. Cum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno Dei: in nomine Iesu Christi baptizabantur viri, ac mulieres.

Tunc Simon, & ipse credidit: & cū baptizatus esset, adhęrebat Philippo. Videns etiam signa, & virtutes maximas fieri, stupēs admirabatur. Cū autem audissent apostoli, qui erāt Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbū dei: miserūt ad eos Petrum & Ioannē. Quj cū venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctū. Nondū enim in quenquā illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine domini Iesu. Tūc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritū sanctum. Cum vidisset autem Simon, quia per impositionem manus apostolorum, daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniā, dicens. Date & mihi hanc potestatem, vt cuiusque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniā donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors, in sermone isto. cor enim tuum nō est

est rectum coram deo. Penitentiam itaq; age, ab hac nequitia tua: & roga Deū, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felice em, amaritudine, & obliuatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit. Precamini vos pro me ad dominum, ut nihil veniat super me horum quæ dixistis.

Tertia lectio.

Manducatur itaque à fidelib⁹: sed minime laceratur. quoniam diuiso sacramento, sub qualibet diuisionis particula integer perseverat. Accidenti etiam sine subiecto in eodem existit: ut fides locum habeat: dum inuisibile visibiliter sumitur, aliena specie occultatum: & sensus à deceptione immunes reddatur, qui de accidentibus iudicant sibi notis. Nullū etiā sacramentum est isto salubrius, quo purgantur peccata: virtutes augētur, & mēs omnium spiritualium charissimum abundantia impinguatur. Offeritur in ecclesia pro uis, & mortuis: ut omnib⁹

prosit: quod est pro salute omnium institutū. Suauitate deniq; huius sacramenti nullus dignè exprimere sufficit: per quod spirituales dulcedo in suo fonte gustatur: & recolitur memoria illius: quam in sua passione Christus monstrauit excellentissimæ charitatis. Vnde ut huiusmodi arcti⁹ charitatis immensitas cordibus infingeretur fidelium: in vltima cœna quando pascha cū discipulis celebrato transiturus erat de hoc mundo ad patrē: hoc sacramentum iudicauit tāquam passionis suæ memoriale perenne: figuratū veterū impletiuū miraculorū ab ipso factorū maximum: & de sua contritatis absentia solatium singulare.

¶ Dñica infra octa, corporis Christi secūda post Pentecosten, ex Genesi. Lec. ij.

Cumque tulisset eos Joseph de gremio, patris, adorauit pronus in terram. Et posuit Ephraim ad dexterā suā, id est, ad sinistrā Israel: Manassen verò, in sinistra sua, ad dexterā scilicet patris,

applicuitq; ambos ad eū. Qui extendēs manū dexteram, posuit super caput Ephraim junioris fratris: sinistram autē super caput Manasse qui maior natu erat cōmutans manus, Benedixitq; Jacob filius Ioseph, & ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei, Abraham & Isaac, deus qui pascit me ab adolescentia mea, vsque in presentem diem, angelus qui eruit me de cūctis malis, benedicat pueris istis, & inuocetur super eos nomen meū, nomina quoq; patrum meorū Abrahā, & Isaac, & crescāt in multitudinem super terrā. Videns autem Ioseph, qd posuisset pater suus dexterā manū super caput Ephraim, grauiter accepit: & apprehensam manū patris leuare conat⁹ est de capite Ephraim, & transferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrē, Nō ita cōuenit pater: quia hic est primogenit⁹, pone dexteram tuā super caput eius. Qui renuēs ait, Scio fili mi, scio: & iste quidem erit in populos, & multipli-

cabitur: sed frater eius iunior, maior erit illo, & semen illius crescet in gētes. Benedixitq; eis in tempore illo, dicens. In te benedicetur Israel, atque dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephraim, & sicut Manasse. Cōstituitq; Ephraim ante Manassen: & ait ad Ioseph filium suum, En ego morior, & erit Deus vobiscū reducetque vos ad terram patrum vestrorū. Do tibi partem vnā extra fratres tuos, quā tuli de manu Amorrhæi, in gladio, & arcu meo. ¶ *Ex Actū Apostolorum. Lectio secunda.*

ET illi quidē testificati & loquati verbū dñi, redibant Ierosolymā, & multis regionibus Samaritanorum euāgelizabāt, Angelus autē dñi loquit⁹ est ad Philippū, dicēs, Surge, & vade cōtra meridiē, ad viā quæ descendit ab Ierusalem in Gazan: hæc est deserta. Et surgēs abiit. Et ecce, vir Aethiops, eunuchus, potens Candacis reginæ Aethiopum, qui erat super oēs Gazas eius, venerat adorare in Ierusalem, &

reuertebatur, sedens super currū suum, legensq; Isaiā prophetam. Dixit autē spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currū istum. Accurrens autē Philippus, audiuit eum legentem Isaiā prophetam, & dixit. Putāne, intelligis quę legis? qui ait. Et quomodo possum, si nō aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippū, ut ascenderet, & sederet secum. Locus autem scripturę, quam legebat erat hic. Tanquā ovis ad occisionē ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic nō aperuit os suum. In humilitate iudiciū eius sublatum est, Generationē eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autē eunuchus Philippo, dixit. Obsecro te, de quo propheta dicit hoc de se, an de alio aliquo? aperiens autem Philippus os suum, & incipiens a scriptura ista, euangelizauit illi Iesum. Et dū irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait eunuchus. Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Di-

xit autē Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait. Credo filium Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currū: & descenderunt vterq; in aquam. Philippus, & eunuchus & baptizauit eū. Cū autē ascendissent de aqua, spiritus domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eum eunuchus. Ibat autē per viam suā gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoro: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

¶ *Secundū Lucā, cap. 24.
Lectio tertia.*

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolā hęc. Homo quidam fecit cœnam magnā, & vocauit multos. Et reli.

¶ *Homilia scti Greg. pap.*

Hoc distare fratres charissimi inter delicias corporis, & cordis solet: quodd corporales delitię cū non habentur, graue desiderium in se accedunt: cū verò habitę eduntur: comedētem protinus in fastidium per-

satietatem vertunt. At cōtra spirituales delitiæ cū non habentur in fastidio sunt: cū verò habentur, in desyderio: tanto q̄; à comede amplius esuriuntur: quanto & ab esuriēte amplius comeduntur. In illis appetitus placet: experientia displicet. In istis appetitus placet: & experientia magis placet.

¶ *Feria secūda ex Genesi.*

cap. 49. *Lectio prima.*

Vocavit autē iacob filios suos, & ait eis, Cōgregamini, vt annuntiem quæ vëtura sunt vobis in dieb⁹ nouissimis. Congregamini, & audite filij iacob, audite Israel patrem vestrum. Ruben. primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principiū doloris mei: prior es i donis: maior in imperio. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratū eius. Simeon, & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorū non veniat aīa mea, & in certu illorum nō sit gloria mea: quia in furore suo occide-

runt virū, & in voluntate sua suffoderunt murū. Maledictus foror eorū, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura, diuidam eos, in iacob, & dispergam eos in israel. Iuda, te laudabūt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorum tuorū, adorabūt te filij patris tui. Catulus leonis iuda: ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubisti, vt leo: & quasi leona, quis fascitabit eum? Non auferetur sceptrū de iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineā pullum suum, & ad vitē d fili mi asinam suam. Lavabit in vino stolam suā, & in sanguine vix palliū suū. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dētes eius lacte candidiores. Zabulon in litore maris habitabit: & in statione nauium pertingens vsque ad Sidonem. Isachar asinus fortis, accubans inter terminos. Vidit requiē quōd esset bona, & terrā q̄ optima: & supposuit humerum suum ad portandū, fa-

Suscipit tribus seruis.

Ex actis Apostolorum.

cap. 9. Lectio secunda.

SAulus autem adhuc spirans minatum, & cædis, s̄ discipulos domini, accessit ad principē sacerdotum, & petiit ab eo epistolas in Damascū, ad synagogas: vt si quos inuenisset huius viæ viros, ac mulieres, vinc̄tos perduceret in Ierusalem. Et cū iter faceret, contigit, vt ap̄propinquaret Damasco & subito circūfulsit eum lux de celo. Et cadēs in terrā, audiuit vocem dicentē sibi, Saule Saule quid me persequeris? **Q**ui dixit, **Q**uis es domine? Et ille: Ego sum Iesus, quē tu persequeris, durū est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens, ac stupens, dixit, domine, quid me vis facere? Et dñs ad eū. Surge, & ingredere ciuitatē, & dicitur tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi, qui comitabantur cū illo stabant stupefacti, audientes quidem vocē, neminem autē videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq;

oculis nihil videbat. Ad manus autē illū trahentes, introduxerunt Damascū. Et erat ibi tribus diebus nō videns, & nō manducauit, neq; bibit. Erat autē quidā discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illū in visu dñs, Anania. At ille ait, Ecce ego domine. Et dominus ad eum. Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum noīe, Tharsensem, ecce enim orat. Et vidit virū Ananiam noīe, introeuntē, & imponētem sibi manus, vt visum recipiat. Respondit autē Ananias, domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem. & hic habet potestatem à principibus sacerdotum, alligandi oēs qui inuocant nomen tuū. Dixit autē ad eum dñs, Vade, quoniā vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum corā gētibus, & regibus, & filiis Israel. ego enim ostendā illi quanta oporteat eū pro noīe meo pati. Et abiit Ananias, & introiuit in domū, & impo-

nens ei manus, dixit, Saule frater, dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas ut videas, & implearis spiritu sancto. Et cōfestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamis, & visum recepit, & surgens baptizatus est. Et cū accepisset cibū, cōfortatus est. Fuit autē cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas p̄dicabat Iesum, quoniam hic est filius dei. Stupebant autem omnes qui eū audiebant, & dicebant, Nonne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabāt nōmē istud: & huc ad hoc venit, ut victos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autē multo magis cōualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabāt Damasci, affirmās quā hic est Christus. **Tertia lecti.**

Conuēnit itaq; deuotioni fidelium solēniter recollere institutionē tam salutiferi, tāque mirabilis sacramenti: ut ineffabilē modū diuinæ præsentis in sacramēto vi-

sibili veneremur, & laudetur dei potentia, quæ in sacramento eodē tot mirabilia operatur. Necnon & de tanta salubri, tamque suauis beneficio exoluatur Deo debitæ gratiarū actiones. Verūm & si in die cōmæ, quando sacramentū prædictum noscitur institutum inter missarū solēnia de institutione ipsius specialit̄ mētio habeatur, totum tamē residuū eiusdē diei officii ad Christi passionem pertinet: circa cuius uenerationē ecclesia illo tēpore occupatur. Vnde, ut integro celebritatis officio institutionē tanti sacramēti solēniter recoleret plebs fidelis: Romanus Pontifex Urbanus quartus huius sacramēti deuotiōe affectus: piē statuit præfatæ institutionis memoriam: prima quinta feria post octauas Pētecostes, à cūctis fidelibus celebrari: ut qui per totum anni circulum hoc sacramento vtimur ad salutem: eius institutionē illo specialiter tempore recollamus, quo spiritus sanctus corda discipulorum edo-

cuit, ad plenè cognoscenda huius mysteria sacramenti. Nam & in eodè tēpore cepit hoc sacramentum à fidelibus frequentari.

¶ Lectia tertia, ex Genesi.

Lectio prima.

Dñs iudicabit populum suum, sicut & alia tribus in Israel, Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordēs vngulas equi, vt cadat ascē sor eius retro. Salutare tuū expectabo dñe. Gad accinctus præliabitur ante eū, & ipse accingetur retrorsum. Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Nephthalim ceruus emissus, & dās eloquia pulchritudinis. fili⁹ accrescēs Ioseph filius accrescens, & decorus aspectus, filiz discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuiderūtque illi habētes iacula. Sed in forti arcu eius, & dissoluta sunt vīcula brachiorum, & manuum illius per manus potētis iacob inde pastor egressus est lapis Israel deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens

benedicet tibi benedictionibus celi desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vultus. Benedictiones patris tui confortate sunt benedictionibus patrū eius donec veniret desiderium colliū eternorū fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarēi inter fratres suos. Benjamin lupus rapax, mane comedet prædā, & vespere diuidet spolia. Omnes hi in tribubus Israel duodecim: hæc loquutus est eis pater suus, benedixitq; singulis benedictionibus propriis, & præcepit eis, dicens. Ego cōgregor ad populū meū: sepelire me cum patribus meis in spelunca duplici, quæ est in agro Ephron Hethæi cōtra Mambre in terra Chanāan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in possessionem sepulchri. Ibi sepelierunt eū, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lix condita iacet. Finitisq; mandatis quibus filios instruebat,

collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populū suū.

¶ **Ex Actis apost. Lect. iij.**

Cum autem impleretur dies multi, cōsiliū fecerūt in vnū Iudæi, vt eum interficerēt. Notæ autē factæ sunt Saulo insidæ eorū. Custodiebant autē & portas, die ac nocte, vt eū interficerent. Accipientes autē eū discipuli eius, nocte per murū dimiserunt eū, submittentēs in sp̄orta. Cum autē venisset in Ierusalē, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes q̄ esset discipulus. Barnabas autē apprehēsū illū, duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset dominum, & quōd locutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cū illis intrans, & exiens in Ierusalē, fiducialiter agens in nomine domini. Loquebatur quoque gentibus, & disputabat cū Græcis: illi autem quærebant occidere eum. **Q**uōd cū co-

gnouisset fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsūm. Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam, & Samariam habebat pacem, & edificabatur, ambulans in timore domini, & consolatione sancti spiritus replebatur. Factū est autem, vt Petrus dum trāsiret vnū uersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea sanet te dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuo surrexit. Et uiderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ, qui cōuersi sunt ad dñm. In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis, & elemosynis quas faciebat. Factū est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. **Q**uā cū lauissent, posuerunt eam in cōnaculo, Cū au-

tem prope esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quod Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire usque ad nos. Exurgens autem Petrus, venit cum illis, Et cum aduenisset, duxerunt illum in coenaculum, & circumsteterunt illum omnes viduae flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Eiecit autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit, & conuersus ad corpus dixit. Tabitha, surge. At illa aperuit oculos. & viso Petro, resedit. Dans autem illi manum erexit eam. Et cum vocasset sanctos, & viduas, assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen, & crediderunt multi in Dominum. Factum est autem, ut dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam Coriarium.

Tertia lectio.

LEgitur enim in actibus Apostolorum, quod perseverantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractio-

nis panis, & orationibus statim post sancti spiritus missionem. Ut autem predicta quinta feria, & per octauas sequentes: eiusdem salutaris institutionis honorificentius agatur memoria: & solenitas de hoc celebrior habeatur, loco distributionum materialium, quae in ecclesiis cathedralibus largiuntur: existentibus canonicis horis nocturnis, pariterque diurnis: praefatus Romanus Pontifex, eis qui huiusmodi horis in hac solenitate persolentiter in ecclesiis interessent: stipendia spiritualia apostolica largitione concessit quatenus per haec fideles ad tanti festi celebritatem auidius, & copiosius conuenirent. Unde omnibus vere poenitentibus, & confessis, qui matutinali officio huius festi praesentialiter in ecclesia, ubi celebratur adessent: centum dies. Qui vero missae, totidem. Illis autem qui interessent primis vespers ipsius festi, similiter centum. Qui vero in secundis vespers, totidem. Ejs quoque qui

primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, ac cōpletoria adessent officiis: pro qualibet horarum quadraginta. Illis autem qui per ipsius festi octauas in matutinalibus, vespertinis, missæ ac prædictarum horarū officiis præsentem existerent: singulis diebus octauarum ipsarum cētum dierum indulgentiam tribuit misericorditer perpetuis temporibus duraturam. ¶ *Feria. iij.*

ex Genesi cap. 50. Lect. j.

Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris, flens, & deosculans eum. Præcepitque seruis suis medicis, ut aromatibus cōdicerent patrem. Quibus iussū explentibus transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerū cōditorum. fleuitque eū Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto plāctus tempore, loquutus est Ioseph ad familiam Pharaonis. Si inueni gratiā in cōspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: cō quod pater meus adiurauerit me, dicens, En morior in sepulchro meo

quā sōdī mīhi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendā igitur, & sepeliā patrem meū, ac reuertar. Dixitq; ei Pharaō. Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adiuratus es. Quo ascendente, ierūt cum eo omnes senes domus Pharaonis, eunctiq; maiores natu terræ Aegypti: domus Ioseph cum fratribus suis, a bsq; paruulis, & gregibus, absq; armentis, quæ dereliquerūt in terra Gessen. Habuit quoq; in comitatu currus, & equites: & facta est turba non modica. Venerūtque ad arēā Arad: quæ sita est trans Iordanem: vbi celebrātes exequias plāctū magno, atque vehemēti impleuerunt septem dies. Quod cū vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt, Plāctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius. Plāctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob, sicut præceperat eis: & portātes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quā emerat Abraham, cū agro

in possessionem sepulchri
ab Ephron Hethæo cōtra
faciem Mambæ.

¶ Ex actis Apostolorum.
cap. 10. Lectio secunda.

Vir autem quidam e-
rat in Cæsarea, no-
mine Corneli⁹, Cé-
turio cohortis, quæ dici-
tur Italica, religiosus, & ti-
mens Deum, cum omni
domo sua, faciens eleemo-
synas multas plebi, & de-
precans Deum semper. Is
vidit in visu manifestè, an-
gelū dei introeūtem ad se
quasi hora diei nona, & di-
centē Corneli. At ille in-
uens eū timore corrept⁹,
Dixit. Quis es dñe? Dixit
autē illi, Orationes tuæ, &
eleemosynæ tuæ ascende-
runt in memoriam in cō-
spectu Dei. Et nunc mitte
viros in Ioppen, & accer-
se Simonem quēdam, qui
cognominatur Petrus. hic
hospitatur apud Simonē
quēdam coriarium, cuius
est domus iuxta mare. hic
dicet tibi quid te oporteat
facere. Et cum discessisset
angelus qui loquebatur il-
li, vocauit duos domesti-
cos suos, & militem me-

tuentem dōminūm ex his
qui illi parebant. Quibus
cūm narrasset omnia, mi-
sit illos in Ioppen. Postera
autem die iter illis facien-
tibus, & appropinquantibus
ciuitati, ascendit Pe-
trus in superiora, vt ora-
ret, circa horā sextam. Et
cūm esuriret, voluit gu-
stare. Parantibus autem il-
lis, cecidit super eum men-
tis excessus: & vidit cælum
apertum, & descēdens vas
quoddam velut lintēū ma-
gnū, quatuor initiis sub-
mitti de cælo in terram, in
quo erant omnia quadru-
pedia, & serpentiā terræ,
& volatilia cœli. Et facta
est vox ad eum, Surge Pe-
tre: occide, & māduca. Ait
autem Petrus, Absit Do-
mine: quia nunquam man-
ducaui omne commune,
& immundum. Et vox ite-
rum secūdo ad eū, Quod
Deus purificauit, tu com-
mune ne dixeris. Hoc fa-
ctum est per ter. Et statim
receptum est vas in cælū.
Et dum intra se hæsitarēt
Petrus quidnā esset visio
quā vidisset, ecce, viri qui

missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad ianuam. Et cum vocassent, interrogabāt si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium. Petro autē cogitante de visione, dixit spiritus ei, Ecce, viri tres querunt te. Surge itaq; & descende, & vade cū eis, nihil dubitans: quia ego misi illos. Descēdens autē Petr^o ad viros, dixit. Ecce, ego sum quem queritis. quæ causa est propter quam venistis? Qui dixerunt. Cornelius cēturio, vir iustus, & timens Deū, & testimonium habens ab vniuersa gente Iudæorum, responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum suam, & audire verba abs te. introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis. & quidā ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiuit Cēsareā. Cornelius verò expectabat illos, cōuocatis cognatis suis, & necessariis amicis.

Tertia lectio.

Huius sacramenti figura præcessit, quando māna deus pluit patribus in deserto, qui quotidiano cæli pascebantur alimento. Vnde dictū est. Panem angelorū manducauit homo. Sed tamen illum panem qui manducauerunt omnes: in deserto mortui sunt. Ista autem esca quam accipitis, iste panis viuus, qui de cælo descendit: vitæ æternæ substantiam subministrat. Et quicumq; hunc panē manducauerit nō morietur in æternum, quia corpus Christi est. Cōsidera nunc vtrū panis Angelorū præstantior, sit an caro Christi: quæ utiq; est corpus vitæ. Māna illud de cælo, hoc super cælum. Illud cæli: hoc domini cælorum. Illud corruptioni obnoxium si in diē alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione. Quicumq; religiosè gustauerit, corruptionē sentire non poterit. Illis aqua de petra fluxit: tibi sanguis è Christo. Illos ad horā stitauerit aqua: & sanguis Christi diluit in æternum. Iu-

deus bibit, & sitit: tu cū biberis sitire non poteris. Et illud in umbra: hoc in veritate. Si illud quod miraris, umbra est: quātū istud est cuius umbram miraris? Audi quia umbra est, quæ apud patres facta est. Bibe bant (inquit) de spiritali cōsequēte eos petra: petra autē erat Christus. sed nō in pluribus eorum cōplacitū est deo, nam prostrati sunt in deserto: hæc autem facta sunt in figura nostri. Cogouisti potiora. Potior est lux, quàm umbra: veritas, quàm figura corp⁹ auctoris, quàm matina de celo. Fortē dicis. Aliud videris, quomodo tu mihi asseris, quod corpus Christi accipiam? Et hoc nobis superest, vt probemus.

Feria. v. octau. corporis Christi duplex minus ex Genesi. cap. 16. Lectio. j.

Reuersusque est Ioseph in Aegyptum cū fratribus suis, & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timētes fratres eius, & mutuo colloquētes, Ne fortē me non sit iniuriæ quā passus est,

& reddat nobis omne malum quod fecimus ei. matruerunt ei, dicentes. Pater tuus præcepit nobis, at tequam moreretur, vt hæc tibi verbis illi⁹ diceremus. Obsecro, vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ, quam exercuerunt in te. nos quinq; oramus, vt seruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hæc. **Quibus** auditis fleuit Ioseph, veneruntq; ad eum fratres sui: & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui sumus. **Quibus** ille respondit, Nolite timere: nū Dei possumus resistere voluntati? Vos cogitatis de me malū, sed deus vertit illud in bonū: vt exaltaret me, sicut in presentiarū cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere, ego pascā vos: & paruulos vestros, consolatus que est eos, & blandē ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto, cū omni domo patris sui. vixitq; centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsq; ad tertiam generationem. Filij

quoque Machir. Filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus tractatis, locutus est fratribus suis. Post mortem meam Deus visitauit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit. Abraham, Isaac, & Jacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitauit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco, isto mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

¶ Ex actis Apost. Lect. ij.

ET factum est, cum introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius: & procidens ad pedes eius adorauit eum. Petrus vero eleuauit eum: dicens, Surge, & ego ipse homo sum. Et loquens cum illo, intrauit & inuenit multos qui conuenerant, dixitque ad illos. Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo, coniungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit deus, neminem communiem, aut immundum dicere hominem: propter quod

sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait, Die ab hinc quarto, vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait, Corneli, exaudita est oratio tua, & elemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu dei. Mitte ergo in Ioppen, & accerses Simonem qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis Coriarij iuxta mare. Confestim ego misi ad te, & tu bene fecisti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcumque tibi præcepta sunt à domino. Aperiens autem Petrus os suum, dixit. In veritate comperio, quia non est personarum acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Verbum misit Deus filiis Israel annuntians pacem per Iesum Christum, hic est omnium Dominus, Vos scitis quod factum est verbum per vni-

uerfam Iudæam: incipiens enim à Galilæa post baptismum quod prædicauit Iohannes: Iesum à Nazareth, quomodo inxit eum deus spiritu sancto, & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniã deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorũ, & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cū illo postquam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum, & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super oes, qui audiebant verbum. Et obstupu-

erunt ex circūcisione fideles, qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebant enim illos loquentes linguis, & magnificantes deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui spiritum sanctum acceperunt, sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Dni Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus.

Tertio lectio.

Quantis igitur vitimur exemplis, vt probemus, hoc non esse quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit: maioremque vim esse benedictionis, quàm naturæ: qua etiam benedictione ipsa natura mutatur? Vnde virgam tenebat Moses, proiecit, eam, & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis: & in virgæ naturam reuertitur. Vides igitur, prophetica gratia, his mutatam esse naturam serpentis, & virgæ? Currebāt Aegypti flumi-

na puero meatu aquarū: subito de fontiu venis sanguis cœpit erumpere: nec erat porus in fluuijs. Rursus ad prophetæ preces, cruor fluminū cessauit, & aquarum natura remeauit. Circunclusus vndiq; erat populus Hebræorū: hinc Aegyptiis vallatus: inde mari conclusus. Virgā leuauit Moses, separauit se aqua, & in muri speciem se congelauit: atque inter vndas via pedestris apparuit. Iordanis conuersus retrorsum, cōtra naturam in sui fontis reuertitur exordiu. Nōne claret naturam, vel maritimorū fluctuum, vel cursus fluuiialis aquæ esse mutatam? Sitiēbat popul⁹ patrum, tetigit Moses petram: & aqua de petra fluxit. Nunquid non præter naturā operata est gratia, vt aquam euomeret petra, quam nō habebat natura? Marath fluuius amarissimus erat, vt sitiens populus bibere non posset. Moses misit lignum in aquā: & amaritudinem suam aquarum natura deposuit: quam infusa subito gratia

temperauit. Sub Heliseo propheta, vai ex filijs prophetarū excussum est ferrum de securi: & statim immersum est in aquā: rogauit Heliseum, qui amiserat ferrum: misit Heliseus lignum in aquam, & natum ferrū. Vtiq; etiam hoc præter naturā factum cognouimus. Grauior enim est ferri species, q̄ aquarū liquor. Animaduertimus igitur maiorem esse gratiā quā naturam. Et adhuc tamen prophetice benedictionis miramur gratiam: quod si tantūm valuit humana benedictio: vt naturam conuerteret: quid dicimus de ipsa consecratione diuina, vbi ipsa verba domini saluatoris operantur? Nam sacramentum istud quod accipis, Christi sermone conficitur.

¶ *Feria sexta, post octauā corporis Christi liber Exodus. cap. i. Lectio. j.*

HÆc sunt nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptum cū iacob. singuli cū domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui,

ij, Iudas, Isachar, Zabulō
& Bēiamin, Dā, & Neph-
talim, Gad, & Aser. Erant
igitur omnes animæ eorū
qui ingressi sunt, ex femo-
re Iacob, septuaginta: Ioseph
autē in Aegypto erat.
Quo mortuo, & vniuersis
fratribus eius, omniq; co-
gnatiōe sua, filij Israel cre-
uerunt, & quasi germinan-
tes multiplicati sunt: ac ro-
borati nimis impleuerunt
terram. Surrexit in terra
rex nouus sup Aegyptū,
qui ignorabat Ioseph: &
ait ad populum suum. Ec-
ce, populus filiorum Israel
multus, & fortior nobis
est. Venite, sapiēter oppri-
mamus eum, ne fortē mul-
tiplicetur: & si ingruerit
cōtra nos bellum: addatur
inimicis nostris, expugna-
tisq; nobis egrediatur ē
terra. Præposuit itaque eis
magistros operum, vt affli-
gerent eos oneribus: edifi-
caueruntq; vrbes taber-
naculorum Pharaoni, Phi-
ton, & Ramesēs. quantō-
que opprimebant eos, tan-
tō magis multiplicabatur,
& crescebant: oderantq;e
filios Israel Aegyptij, & af-

sigebant illudentes eis, &
inuidentes: atque ad ama-
ritudinem perducebāt vi-
tam eorum operibus duris
luti, & lateris, omniq; fa-
mulatu, quo in terræ ope-
ribus premebantur. Dixit
autem rex Aegypti obstet-
ricibus Hebręorū: quarū
vna vocabatur Sephora, al-
tera Phua, præcipiens eis.
Quādo obstetricabitis He-
bręas, & partus tēpus ad-
uenerit si masculus fuerit,
interficite illum: si fœmi-
na, reseruate. Timuerunt
autem obstetrices deum, &
non fecerunt iuxta præce-
ptū regis Aegypti: sed con-
seruabant mares. Quibus
acceritis ad se rex, ait,
Quidnam est hoc quod fa-
cere voluistis, vt pueros
seruaretis? Quæ respōde-
runt, Non sunt Hebręæ,
sicut Aegyptiæ mulieres.
ipsæ enim obstetricādi ha-
bēt sciētiā, & priusquam
veniamus ad eas, pariunt.
Bene ergo fecit Deus ob-
stetricibus, & creuit popu-
lus, confortatusq; est ni-
mis. Et quia timuerūt ob-
stetrices Deum, ædificauit
illis domos. Præcepit ergo

Pharao omni populo ſuo, dicens, quicquid maſculi ni ſexus natū fuerit, in flumē proiicite: quicquid fœminini reſeruate.

¶ Ex Actis Apoſt. Cap. 3.
Lectio ſecunda.

Avdierunt autē apoſtoli, & fratres qui erāt in Iudæa quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Cū autem aſcendiſſet Petrus Ieroſolymā diſceptabāt aduerſus illū, qui erāt ex circūciſione, dicētes. Quare introiſti ad viros præputium habentes, & māducaſti cū illis? Incipiēs autem Petrus exponebat illis ordinē, dicens, Ego eram in ciuitate Ioppe, orans & vidi in exceſſu mentis meæ viſionē, deſcendens vas quoddam velut linteū magnū, quatuor initiis ſummitti de cœlo, & venit uſque ad me. In quod intuens, conſiderabam: & vidi quadrupedia terræ, & beſtias, & reptilia, & volutilla cœli. Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide, & māduca, Dixi autem, Nequaquā domine: quia cō-

mune, aut immundum nūquam introiuit in os meū. Reſpondit autem vox ſecūdo, de cœlo, Quæ deus mundauit, tu ne commune dixeris. Hoc autem factum eſt per ter: & recepta ſunt omnia ruruſum in cœlum. Et ecce viri tres confeſſim aſtiterunt in domo in qua erant miſſi à Cæſarea ad me, Dixit autem ſpiritus mihi, vt irem cum illis, nihil hæſitans. Venerūt autem mecum & ſex fratres iſti, & ingreſſi ſumus in domum viri. Narrauit autem nobis, quomodo vidiffet angelum in domo ſua, ſtātem, & dicentem ſibi. Mite in Ioppem, & accerſe Simonem, qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba, in quibus ſaluus eris tu, & vniuerſa domus tua. Cū autem cepiſſem loqui, cecidit ſpiritus ſanctus ſuper eos, ſicut & in nos in initio. Recordatus ſum autem verbi domini ſicut dicebat, Ioānes quidē baptizauit aqua, vos autem baptizabimini ſpiritu ſancto. Si ergo eadē gratiam dedit illis Deus: ſicut

& nobis qui credidimus in dominum Iesum Christum: ego qui eram, qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicentes. Ergo & gentibus poenitentiam dedit Deus, ad vitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochia, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes ante dominum Iesum: Et erat manus domini cum eis: multusque numerus credentium conuersus est ad dominum.

¶ Si in hac feria sexta nulum occurrit festum, dicitur oratio sequenti.

Sancti nominis tui domine timorem pariter & amorem fac nos habere perpetuum: quia nunquam tua gubernatio destituit, quos in soliditate tuæ dilectionis instituit. Per dominum.

¶ Sabbato ex Exodo. ca. 2.

Lectio prima.

Egressus est post hæc vir de domo Leui. Et accepit uxorem stirpis suæ, quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus. Cumque iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & considerante euentum rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut laueretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam de famularibus suis: & allata aperies, cernensque in ea paruulum vagientem, misertam eius, ait, de infantibus Hebræorum est hic. Cui soror pueri. Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi

mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerū, adultumque tradidit filie Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij, uocauitque nomē eius Moyses: dicens, quia de aqua tuli eū.

¶ *Ex Actis Apost. Lec. ij.*

Peruenit autem sermo ad aures ecclesie, que erat Ierosolymis, super istis: & miserūt Barnabam, usque ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & uidisset gratiam dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in domino, quia erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto, & fide. Et apposta est multa turba domino. Profectus est autē Tharsus, ut quæreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum cōuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerūt turbam multam, ita ut cognominarentur primū Antiochie discipuli Christiani. In his autem diebus, superuenerunt ab Ierosolymis propheta Antiochia: & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat

per spiritum famē magnā futuram in vniuerso orbe terrarum, que facta est sub Claudio. Discipuli autē, prout quisque habebat proposuerunt in ministerium mittere habitantibus in Iudea fratribus, quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli. Eodem autem tempore, misit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio. Videns autē, quia placeret Iudeis, apposuit apprehendere & Petrū. Erāt autē dies azymorū. *Quē* cum apprehendisset, misit in carcerē, tradensque quatuor quaternionibus militum ad custodiendum, uolens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidē seruabatur in carcere. Oratio autē fiebat sine intermissione, ab ecclesia, ad deum, pro eo. Cum autē producturus eū esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiēs inter duos milites, uinctus catenis duabus: & custodes ante ostiū custodiebant carcerem. Et

ecce, angelus domini asti-
 tit, & lumen refulsit in ha-
 bitaculo, percussioque late-
 re Petri, excitauit eum, di-
 cēs. Surge velociter. Et cē-
 siderunt catenæ de mani-
 bus eius. Dixit autem an-
 gelus ad eum, Præcinge-
 re, & calcea te caligas tuas.
 Et fecit sic. Et dicit illi, Cir-
 cūda tibi vestimentū tuū,
 & sequere me. Et exiēs se-
 quebatur eū, & nesciebat,
 quia verū est quod fiebat
 per angelum: existimabat
 autē se visum videre. Trā-
 euntes autem primā, & se-
 cundam custodiam, vene-
 rūt ad portā Ferream, quæ
 vducit ad ciuitatem, quæ vl-
 tro aperta est eis. Et exeun-
 tes processerūt vicum vnū:
 & continuō discessit ange-
 lus ab eo. Et Petrus ad se
 reuersus, dixit. Nunc scio
 verē quia misit domin⁹ an-
 gelum suum, & eripuit me
 de manu Herodis, & de om-
 ni expectatione plebis
 Iudæorum.

NOTANDVM,
 quod inter Pentecosten &
 aduentum nec possunt es-
 se plures, quā. xvij. do-

minicæ, nec pauciores, q̄
 xxiiij. Quia tamē ferē sem-
 per accidit, vt legantur sal-
 tem. xxiiij. post Penteco-
 sten ideō. xxiiij. quæ (vt di-
 ctū est) necessario incidit
 in prædicto tempore, ad-
 iūgitur quinta Vagantiū,
 & appellatur. xxiiij. post
 Pentecostē, nam ferē semp
 legitur inter. xxiiij. post
 Pētecosten. & primam ad-
 uentus. Quando ergo fue-
 rint tantum. xxiiij. domi-
 nicæ, quod tamen rarissimē
 eueniet vt pote quādo
 b. litera dōicalis. & xix. p
 aureo numero est b. vel c.
 litera dominicalis. current
 simul, nunquā aliās, tunc.
 xxiiij. legenda est ante se-
 ptuagesimam, vt suis locis
 videbitur. Quando autem
 inciderint. xxiiij. domini-
 cæ, omnes legendæ sunt p
 ordinē sine vlla intermis-
 sione vsque ad aduentum.
 Quādo verō fuerint. xxv.
 tunc in dominica incidenti
 in die sancti Ioannis bap-
 tistæ, aut infra eius octa.
 interpone dominicā quar-
 tam Vagantium, & conse-
 quēter suam hebdomadā,
 qua finita reuertere ad eā

Index Dominicarum Vagantium.

dōicā post Pēte. i qua de-
fieris. Et eodē modo quan-
do fuerit. xxvj. dñicā, tūc
in dñica incidēti in die san-
cti Ioā. aut infra eius octa.
interponenda est tertia va-
gant. & in dominica incidē-
ti in die sancti Laurēt. aut
infra eius octa. interpone
quartam vagant. Similiter
quando fuerint. xxvij. tūc
in dominicis prædictis san-
cti Ioan. & sancti Laurent.
interponendæ sunt secun-
da & tertia vagantium & in
dñica incidenti in die Af-
sumptiōis virginis, aut in-
fra eius octa. interponitur
quarta vagant. Item quādo
fuerint. xxviii. tūc in præ-
dictis tribus Dñicis inter-
ponuntur prima, secunda,
& tertia vagant. in dñica au-
tem incidēti in die natiuit.
virginis aut infra ei⁹ octa.
interponēda est quarta va-
gant. Quādo verò festum
omnium sanctorū incide-
rit in dñica, tūc aduertē-
dum, quod quarta vagan-
tium interponenda est in
dicto festo omniū sancto-
rum, & non in alio ex præ-
dictis. Et supradicta ordi-
nantur hoc modo, vt quo

ad euangeliū tertie lectio-
nis & orationē in omnibus
dominicis concordet Bre-
uiarium eū Missali. In pro-
ximis tamen triginta annis
vt libereris sollicitudine in-
quirendi, quæ superius di-
cta sunt, non erit tibi opus
inspicere hanc regulam, sed
in sequenti indice videbis,
quid singulis annis facere
debeas qui etiā index quā-
do tibi sit inspiciendus in
prædictis festis admone-
beris.

INDEX DOMI-
nicarum Vagantium quæ
interponendæ sunt post
Pentecosten in triginta se-
quentibus annis.

1545. Hoc anno die. xxviii.
Iunij interpone dominicā
tertiam vagāt. & finita eius
hebdom. reuertere ad do-
minicam quintā post Pen-
teco. Itē in die prima No-
uemb. interpone quartam
vagant. & consequēter suā
hebdom. deinde reuertere
ad dñicam vigesimā secun-
dam post Pentecosten.

1546. Hoc anno nulla fit
interpositio: sed finitis.
xxiiij. dñicis post Pentec.
cum suis hebdo. statim se-

quitur aduētus, quia dñi-
ca. xxiiij. post Pentec. quæ
est quinta vagantium lecta
fuit ante septuagesimam.

1547. Hoc anno die. xxvj.
Iunij interpone dominicā
quartā vagāt. & finita eius
hebd. reuertere ad dñicā
quartam post Pentecostē.

1548. Hoc anno in die san-
cti Ioannis baptistæ inter-
pone dominicam secundam
vagan. quia repetitur quā-
uis fuerit lecta añ septua-
gesimā, & finita eius hebd.
reuertere ad dominicam
quintam post Pentecostē.
Item die. xij. Augusti in-
terpone tertiam vagant. &
finita eius hebd. profese-
quere statim die. xix. eius-
dem mēsis quartam vagā-
tium, & cōsequenter suam
hebdomadā qua finita re-
uertere ad dominicam vn-
decimā post Pentecosten.

1549. Hoc anno omnes vi-
ginti quatuor dñicæ post
Penteco. legendæ sunt per
ordinem vsq; ad aduētum
sine vlla intermissione.

1550. Hoc anno in die apo-
stolorū Petri & Pauli in-
terpone tertiam vagant. &
finita eius hebd. reuertere

ad dominicā quintam post
Pentec. Item in die sancti
Laurētij, interpone quar-
tam vagant. & consequen-
ter suam hebd. deinde re-
uertere ad dominicam de-
cimam post Pentecosten.

1551. Hoc anno die. xxviii.
Iunij interpone dominicā
secundam vagant. & finita
eius hebd. reuertere ad
dñicam sextā post Pentec.
Item die. xvj. Augusti in-
terpone tertiam vagant. &
finita eius hebd. reuertere
ad dominicā duodecimam
post Pentec. Item die pri-
ma Nouembris interpone
quartam vagant. & finita
eius hebd. reuertere
ad dominicam vigesimam
secundam post Pentecostē.

1552. Hoc anno omnes vi-
ginti quatuor dñicæ post
Pentecosten leguntur per
ordinē sine intermissione
vsque ad aduentum.

1553. Hoc anno die. xxv.
Iunij interpone secundam
vagantium, quia repetitur
quauis lecta fuerit ante
septuagesimam, & finita
eius hebd. reuertere
ad dñicam quintā post
Pentecosten. Item die. xij.

Index Dominicarum Vagantium.

Augusti interpone tertiã tam post Pentec. Item die vagan. & finita eius hebdo prima Nouẽb. interpone mada, prosequere statim quartã vagan. & finita eius die. xx. Augusti quartam hebdom. reuertere ad vagantium, & consequenter suam hebdom. deinde reuertere ad dñicã vñdecimã post Pentecosten.

1554. Hoc anno in die sancti Ioannis baptiste interpone primã vagã. & finita eius hebdomada reuertere ad dominicam sextã post Pentecosten. Item die. xij. Augusti interpone secundam vagant. & finita eius hebdomada. prosequere statim die. xix. eiusdem mēsis tertiã vagantium, & finita eius hebdom. reuertere ad dñicã. xij. post Pentec. Item die. ix. Septẽb. interpone quartã vagan. & consequenter suam hebdom. deinde reuertere ad dominicam. xiiij. post Pentec.

1555. Hoc anno die. xxx. Iunij interpone dominicã quartã vagan. & finita eius hebdo. reuertere ad dominicam quartam post Pent.

1556. Hoc año die. xxvij. Iunij interpone tertiã vagant. & finita eius hebdo. reuertere ad dñicã quin-

tam post Pentec. Item die prima Nouẽb. interpone quartã vagan. & finita eius hebdom. reuertere ad dominicã. xxij. post Pentec.

1557. Hoc anno omnes viginti quatuor dñicæ post Pentecosten leguntur per ordinem vsq; ad aduentũ sine vlla interpositione.

1558. Hoc anno die vigesima sexta Iunij interpone quartã vagan. & finita eius hebdo. reuertere ad dominicam quartã post Pentec.

1559. Hoc anno die. xxv. Iunij interpone dominicã primam vagan. quia repetitur, quanuis sit lecta ante septuagesimam, & finita eius hebdomada reuertere ad dñicã sextã post Penteco. Item die. xiiij. Augusti interpone secundã vagant. & finita eius hebdo. prosequere statim die. xx. Augusti dñicã tertiã vagan. & finita eius hebdo. reuertere ad dñicã. xij. post Pent. Item die. x. Septẽb. interpone quartã vagant. & finita eius hebdomada reuertere ad dñicã decimã quartam post Pentecostẽ.

1560. Hoc anno die. xxx.

- Iunij interpone dominicā **1564.** Hoc anno die. xxv. quartam vagant. & finita eius hebd. reuertere ad dominicā quartā post Pentec. hebd. reuertere ad dñicam quintā post penteco. Item **1561.** Hoc anno in die apostolorū Petri & Pauli interpone tertiam vagant. & finita eius hebd. reuertere ad dominicā quintā post Pentec. Item in die sancti Lauren. interpone quartā vagant. & finita eius hebd. reuertere ad dñicam decimam post Pentecosten.
- 1562.** Hoc año die. xxviii. Iunij interpone secundam vagā. & finita eius hebdo. reuertere ad dñicam sextā post Penteco. Itē die. xvj. Augusti interpone tertiā vagantium, & finita eius hebdoma. reuertere ad dominicā duodecimam post Pentecosten. Item die prima Nouembris interpone quartam vagantiū, & finita eius hebdomad. reuertere ad dominicam vigesimam secundam post Pentecost.
- 1563.** Hoc anno die. xxvij. Iunij interpone dominicā quartam vagantiū & finita eius hebdomada reuertere ad dominicam quartam post Pentecosten.
- 1564.** Hoc anno die. xxv. Iunij interpone dominicā secundā vag. & finita eius hebd. reuertere ad dñicam quintā post penteco. Item die. xiiij. Augusti interpone tertiam vagant. & finita eius hebdom. prosequere statim die. xx. eiusdem mensis quartā vag. & consequenter suam hebd. deinde reuertere ad dñicam vndecimam post Pentecosten.
- 1565.** Hoc anno omnes vigintiquatuor dñicæ post Pentecosten leguntur per ordinem sine vlla interpositione vsque ad aduētum.
- 1566.** Hoc anno die. xxx. Iunij interpone dominicā quartā vagant. & finita eius hebdo. reuertere ad dominicam quartā post Pentec.
- 1567.** Hoc anno in die apostolorū Petri & Pauli, interpone dñicam secundam vagantiū cū sua hebdomada: qua finita reuertere ad dominicam sextam post Pentecost. Item. x. Augusti interpone quartam dominicam vagant. cum sua hebdo. qua finita, reuertere ad dñicā. xiiij. post Pēc.
- 1568.** Hoc anno omnes.

Index Dominicarum Vagantium.

xxiiij. dominicz legendæ sunt per ordinem sine vlla interpositione vsq; ad aduentum.

1569. Hoc anno. xxvj. Iunij interpone quartam dominicam vagantiũ cum sua hebdomada: qua finita reuertere ad dominicã quartam post Pentecosten.

1570. Hoc anno xxv. Iunij interpone secundam dominicam vagantium cum sua hebdomada. qua finita, reuertere ad dominicã sextã post Pêtecosten. Item. xiiij. Augusti interpone dominicam tertiam vagantium cum sua hebdomada: qua finita cõsequenter. xx. Augusti interpone quartã dominicam vagantium cum sua hebdomada: qua finita, reuertere ad dominicã xiiij. post Pentecosten.

1571. Hoc anno in die sancti Ioannis baptistæ interpone quartam dñicam vagantiũ cum sua hebdomada. qua finita reuertere ad dominicã tertiã post Pentec.

1572. Hoc anno in die sanctorum apostolorum Petri & Pauli interpone tertiam dominicam vagantiũ

cum sua hebdomada: qua finita, reuertere ad dominicam quintã post Pentec. Item in die sancti Laurentij interpone dominicam quartam vagant. cum sua hebdo. qua finita reuertere ad dñicã. xj. post Pêtec.

1573. Hoc anno. xxviiij. Iunij interpone primam dominicam vagã. cũ sua hebdomada. qua finita, reuertere ad dominicã septimam post Pentec. Item. xvj. Augusti interpone secundam dominicam vagantium cũ sua hebdomada qua finita, reuertere ad dñicam. xiiij. post Pentec. Item. xiiij. Septemb. interpone tertiam dominicam vagant. cũ sua hebdomada, qua finita, reuertere ad. xvij. dñicam post Pentec. Itẽ prima die Nouembris: puta in festo omniũ sanctorũ interpone dñicam quartam vagã. cũ sua hebdo. qua finita, reuertere ad dñicam. xxiiij. post Pent. quẽ est. v. vagã. ¶ **Dñica. iij. post Pentec. ex**

Exodo. Cap. 2. Lectio. i.
IN diebus illis postquã creuerat Moses egressus est ad fratres suos: vi-

ditque afflictionem eorum, & virum Aegyptium percussent quendam de Hebraeis fratribus suis. Cumque circumspexisset huc, atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero, conspexit duos Hebraeos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam. **Q**uare percutis proximum tuum? **Q**ui respondit. **Q**uis constituit te principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moses, & ait. **Q**uomodo palam factum est verbum istud? Audiuitque Pharaon sermonem hunc, & querebat occidere Moysen qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteum. Erant autem sacerdoti Madian septem filiae, quae venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus, ad aquam euehebant greges patris sui. Superuenere pastores, & elecerunt eas, surrexitque Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earum. **Q**uae cum reuer-

tissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas, Cur velociter venistis solito? Responderunt, Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum, insuper & hausit aquam nobiscum, potumque dedit ouibus, At ille, Vbi est, inquit, quare dimisitis hominem? vocate eum, ut comedat panem. Iurauit ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitque Sophera filiam eius uxorem: quae peperit filium, quem vocauit Gersan, dicens. Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit: quem vocauit Eliezer, dicens. Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum vero temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemiscetes filii Israel propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est foederis, quod pepigerat cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respexit dominus filios Israel, & cognouit eos.

Actus apost. Lect. ij.

Dominica. iij. post Pentecosten.

Consideransque, venit ad domum Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erant multi congregati, & orantes. Pulsante autem eo ad ostium ianuz: processit puella ad videndum, nomine Rhode. Et ut cognouit vocem Petri, præ gaudio non aperuit ianuam, sed intro currens nuntiavit stare Petrum ante ianuam. At illi dixerunt ad eam. Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi autem dicebant, Angelus eius est. Petrus autem perseverabat pulsans. Cui autem aperuissent ostium, viderunt eum: & obstupuerunt. Annuens autem eis manu, ut tacerent, narrauit quomodo dominus eduxisset eum de carcere, dixitque. Nuntiate Iacobo, & fratribus hæc. Et egressus, abiit in alium locum. Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites, quidnam factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos

ducere: descendensque à Iudæa in Cæsaream, ibi commoratus est. Erat autem iratus Tyrus, & Sidonius. At illi unanimiter venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculum regis, postulabant pacem, eo quod alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces: & non hominis. Confestim autem percussit eum angelus domini: eo quod non dedisset honorem Deo: & consumptus à vermibus, expiravit. Verbum autem domini crescebat & multiplicabatur. Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Iohanne, qui cognominatus est Marcus. Erant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ, & doctores, in quibus Barnabas, & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahem qui erat Herodis tetrarchæ collectaneus, & Saulus, Mini-

stantibus autem illis domino, & ieiunantibus, dixit illis spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum, & Barnabam, in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunantes, & orantes, imponentesque eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à spiritu sancto, abierunt Seleucia, & inde navigauerunt Cyprum. Et cum venissent Salaminam predicabant verbum Dei in synagogis Iudeorum. Habebant autem & Ioannem in ministerio.

Secundum Lucam. Cap. 13.

Lectio tertia.

In illo tempore. Erant appropinquantes ad Ierusalem publicani, & peccatores. ut audirent illum. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. pa.

Aestiuum tempus, quod corpori meo valde contrarium est, loqui me de expositione sancti euangelij, longa mora interueniente prohibuit. Sed num, quia lingua tacuit: ardere charitas cessauit? Hoc etenim dico, quod apud se unusquisque vram

cognoscit. Plerumque est charitas quibusdam occupationibus prepedita, & integra flagrat in corde, & tamen non monstratur in opere. Quia & sol cum nube tegitur, non videtur in terra, & tamen ardet in caelo. Sic occupata esse charitas solet: & intus vim sui ardoris exurit, & foris flammam operis non ostendit. Sed quia nunc ad loquendum tempus rediit, vestra me studia accedunt: ut mihi tanto amplius loqui libeat quato hoc vestre mentes desiderabili expectat.

Audistis in lectione euangelica fratres mei: quia peccatores, & publicani accesserunt ad redemptorem nostrum: & non solum ad colloquendum, sed etiam ad conuiscendum recepti sunt. Quod videntes Pharisei, dedignati sunt, Ex qua re colligitur, quia vera iustitia compassionem habet, falsa vero dedignationem: quanuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari. Sed aliud est quod agitur typo superbiae: aliud quod zelo disciplinae. De-

dignantur etenim, sed non
dedignantur desperantes:
non desperantes, perse-
quutionem commouent:
sed amantes. **Oratio.**

Protector in te speran-
tium Deus, sine quo
nihil est validum, ni-
hil sanctum, multiplica su-
per nos misericordiam tuam:
ut te rectore, te duce sic
transeamus per bona tem-
poralia: ut non amittamus
eterna. Per dominum.

¶ Feria. ij. ex Exodus. cap. j.
Lectio prima.

Moses autem pascē-
bat oves Iethro so-
ceri sui sacerdotis
Madian: cumque minasset
gregem ad interiora deser-
ti: venit ad montem Dei
Horeb. Apparuitque ei do-
minus, in flamma ignis, de me-
dio rubi: & videbat quod
rubus arderet, & non com-
bureretur. Dixit ergo Mo-
ses, Vadam: & videbo vi-
sionem hanc magnam, qua-
re non comburatur rubus.
Cernens autem dominus quod
pergeret ad videndum, vo-
cauit eum de medio rubi,
& ait, Moses Moses? **Qui**
respondit, Adsum. At ille,

Ne appropies, sicut, huc,
solue calciamentum de pe-
dibus tuis: locus enim in-
quo stas, terra sancta est.
Et ait. Ego sum Deus pa-
tris tui, Deus Abraham, &
Deus Isaac, & Deus Iacob.
Abscōdit Moses faciem suam:
non enim audebat aspice-
re contra Deum. Cui ait do-
minus, Vidi afflictionem
populi mei in Aegypto, &
clamorem eius audiui, pro-
pter duritiam eorum qui prae-
sunt operibus. & sciens do-
lorem eius, descendi ut libe-
rem eum de manibus Aegy-
ptiorum, & educam de terra
illa in terram bonam, & spa-
ciosam, in terram quae fluit
lacte & melle, ad loca Cha-
nanæ, & Hethæi, & Amor-
rhæi, & Pærezæi, & He-
uzi, & Iebusæi. Clamor er-
go filiorum Israel venit ad
me: vidique afflictionem eo-
rum, qua ab Aegyptiis op-
primuntur. Sed veni, mit-
tam te ad Pharaonem, ut
educas populum meum,
filios Israel, de Aegypto.
Dixitque Moses ad Deum.
Quis sum ego, ut vadam ad
Pharaonem, & educam fi-
lios Israel de Aegypto?

Qui dixit ei, Ego ero tecum. & hoc habebis signum quod miserim te. Cum re-duxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum. Ait Moses ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis. Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi. Quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit dominus ad Moysen. Ego sum qui sum. Ait, Sic dicetis filiis Israel, Qui est, misit me ad vos.

Ex Actis apost. Lect. ij.

ET cum perambulasset uniuersam insulam, usque ad Paphum, inuenerunt quedam virum magum pseudopropheta, Iudaeum, cui nomen erat Barieus, qui erat cum proconsole Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnabam, & Saulum, desiderabat audire verbum Dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen eius) querens auertere proconsulem a fide. Saulus autem, qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intus in eum, di-

xit, O plene omni dolo & omni fallacia filii diaboli, inimice omnis iustitiae, non desinis subvertere vias domini rectas. Et nunc ecce manus domini super te, & eris caecus, non videns solem usque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebrae, & circumiens querebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina domini. Et cum a Papho nauigasset Paulus, & qui cum eo erant, venerunt Pergem Pamphiliae. Ioannes autem discedens ab eis, reuersus est Ierosolymam. Illi vero pertranseuntes Pergem, venerunt Antiochiam Pisidia: & ingressi synagogam die sabbatorum, sederunt. Post lectionem autem legis, & prophetarum, miserunt principes synagogae ad eos, dicentes. Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicens ait. Viri Israelitae, & qui timetis deum, audite. Deus plebis Israel

elegit patres nostros, & plebem exaltauit cū essent incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelso educit eos ex ea, & p quadraginta annorum tēpus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gentes septem in terra Chanaan, sorte distribuit eis terram eorū, quasi post quadringētos, & quinquaginta annos: & post hæc dedit iudices, vsque ad Samuel prophetam. Et exinde postularunt regem: & dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Benjamin annis quadraginta. Et smoto illo, suscitauit illis Dauid regem: cui testimonium perhibēs, dixit, Inueni Dauid filium Iesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes volūtates meas. Huius ex semine deus secundum promissionem, eduxit Israeli saluatorē Iesum, prædicante Ioāne ante faciem aduentus eius, baptismum penitentiz omni populo Israel. Cū impletet autē Ioānes cursum suū, dicebat. Quem me arbitramini esse, non

sum ego: sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calciamenta pedum soluere.

¶ *Peria tertia, ex Exodo.*
LECTIO prima.

Dixitque iterū Deus ad Moſen. Hæc dices filiis Israel. Dominus Deus patrū vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meū in generatione, & generationem. Vade, congrega seniores Israel, & dices ad eos. Dñs Deus patrū vestrorū apparuit mihi. Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens, Visitans visitauit vos, & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto, & dixi, vt educam vos de afflictione Aegypti, in terram Chanaan, & Aethi, & Amorrhæi, & Pherezzi, & Heuæi, & Iebusæi, ad terram fluentem lacte, & melle. Et audient vocem tuam: ingredieris que tu, & seniores Israel ad regem Aegypti, & dices ad eum. Dominus deus

deus Hebræorum vocauit nos, ibimus viam triū dierum in solitudinem, vt imolemus domino deo nostro. Sed ego scio q̄ nō dimittet vos rex Aegypti, vt eatis, nisi per manum validam. Extendamq; manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ factur⁹ sum in medio eorum: post hoc dimittet vos, dabōq; gratiam populo huic, coram Aegyptiis, & cū egrediemini, non exhibitis vacui, sed postulabit mulier à vicina sua, & ab hospita sua vasa argentea, & aurea, ac vestes. ponetisq; eas super filios, & filias vestras, & ipso habitis Aegyptum.

¶ *Ex Actis Apost. Lec. ij.*

Viri fratres, filij generis Abrahamæ, & qui in vobis timeat deum, vobis verbum salutis hui⁹ missum est. Qui enim habitabant Ierusalē, & principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarū, quæ per omne sabbatum leguntur, iudicantes impleuerūt: & nullā causam mortis inuenientes in eo, petierunt

à Pilato, vt interficerēt eū. Cumq; consummassent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus autem suscitauit eū à mortuis tertiam diē: q̄ visus est per dies multos, his qui simul ascenderant cum eo de Galilæa in Ierusalē, qui vsque nūc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum, sicut & in psalmo secundo scriptum est, filius meus es tu, ego hodie genui te. Quod autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionē, ita dixit. Quia dabo vobis sancta David fidelia. Ideoque, & aliās dicit, Nō dabis sanctum tuum videre corruptionē David enim in sua generatione cū administrasset voluntati dei, dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionē. Quem verò deus suscitauit à mortuis, non

vidit corruptionē. Notum igitur sit vobis, viri fratres quod per hūc vobis remissio peccatorum annuntiat, ab omnibus quibus nō potuistis in lege Mōsi iustificari. In hoc omnis q̄ credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis, quod dictū est in prophetis. Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis. Excuntibus autē illis, rogabant, vt sequenti sabbato loquerentur sibi verba hęc, Cū q̄; dimissa esset synagoga, sequuti sunt multi Iudæorum, & colentium deū aduenarum, Paulū, & Barnabam: qui loquentes suadebant eis, vt permanerēt in gratia Dei. Sequenti verò sabbato pene vniuersa ciuitas conuenit audire verbū Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & cōtradicebāt his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus, & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat

primū loqui verbū Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gentes, sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucem gētium, vt sis in salutem, vsque ad extremum terræ. Audientes autē gentes, gauisq̄ sunt, & glorificabāt verbum domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur autem verbum domini, per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerūt mulieres religiosas, & honestas: & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulum, & Barnabam: & eiecerūt eos de sinib⁹ suis. At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio, & spiritu sancto.

¶ Feria quarta, ex Exodo. cap. 4. Lectio prima.

Respondens Moses ait. Non credent mihi, neque audiēt vocem meam: sed dicent. Nō apparuit tibi domin⁹. Dixit ergo ad eum, Quid est

quod tenes in manu tua? Respondit. Virga. Dixitq; Dominus, Projice eam in terrā, & versa est in colubrum, ita vt fugeret Moses. Dixitque dominus. Extende manum tuā, & apprehende caudā eius. Extendit, & tenuit, versa que est in virgam. Vt credā, inquit, quod apparuerit tibi dominus. Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Dixitque dominus rursus. Mitte manum tuā in sinum tuum. Quā cū misisset in sinum, protulit leprosam instar niuis. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquę. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credēt verbo signi sequentis. Quod si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis: & effunde eam super aridā, & quicquid hauseris de fluuio, vertetur in sanguinē. Ait Moses. Obscuro domine, non

sum eloquēs, ab heri, & nunc diuertius: & ex quo locutus est ad feruū tuum, impeditioris, & tardioris lingue sum. Dixit Dominus ad eū. Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum, & surdum, videntem, & cæcum? nōne ego? Perge igitur, & ego ero in ore tuo: doceboq; te quid loquaris. At ille. Obscuro domine, inquit, mitte quem misurus es. Iratus dominus in Moſen, ait, Aarō frater tuus leuites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensq; te, lætabitur corde. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius, & ostendam vobis quid agere debeatis. Et ipse loquetur p te ad populum, & erit os tuum: tu autē eris ei in his quę ad deū pertinent. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

¶ **Ex actis Apostolorum. cap. 14. Lectio secunda.**

Actum est autem in Iconio vt simul introfrent synagogā iudęo-

rum: & loquerentur ita, vt crederet Iudæorū, & Græcorū copiosa multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt, & ad iracundiam concitauerunt animos gentium, aduersus fratres. Multo igitur tēpore demorati sunt fiducialiter agentes in domino, testimonium perhibēte verbo gratiæ suæ, dante signa, & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis, & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum apostolis. Cū autem factus esset impet⁹ gētilium, & Iudæorum cū principibus suis, vt contumeliis afficerent, & lapidarent eos intelligentes confugerunt ad ciuitates Lycaonia, Lystram, & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant. Et commota est omnis multitudo in doctrina eorū. Paulus autem, & Barnabas morabantur Lystris. Et quidam vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex utero matris suæ: qui nunquam

ambulauerat. Hic audiuis Paulum loquentem. Qui intuitus eum, & vidēs quia fidē haberet, vt saluus fieret, dixit magna voce, Surge super pedes tuos rect⁹. Et exiit, & ambulabat. Turbæ autem cū vidissent quod fecerat Paulus, leuaerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij similes facti hominibus, descēderunt ad nos. Et vocabāt Barnabam, Iouem: Paulū verò, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros, & coronas ante ianuas afferēs, cum populis, volebat sacrificare. Quod vbi audierūt apostoli Barnabas, & Paulus conscisis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes, & dicentes, Viri, quid hæc facitis? Etenos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis, conuerti ad deum viuum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias

suas. Et quidem nõ sine testimonio semetipsum reliquit, bene faciens de celo, dās pluias, & tēpora fructifera, implēs cibo, & lætitia corda eorū. Et hæc dicētes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent.

Feria quinta, ex Exodo.

Lectio prima.

Abit Moyses, & reuersus est ad lethro sacerum suum, dixitque ei. Vadam, & reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt videam si adhuc viuant. Cui ait lethro. Vade in pace. Dixit ergo dominus ad Moysen in Madiā. Vade, & reuertere in Aegyptum: mortui sunt enim omnes qui quærebant animā tuam. Tulit ergo Moyses uxorem suā, & filios suos, & inposuit eos super alinum: reuersusque est in Aegyptum, portans virgā Dei in manu sua. Dixitque ei dominus reuertenti in Aegyptum. Vide, vt omnia ostenta quæ posui in manu tua facias corā Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum. Dicesque ad eū. Hæc

dicit dominus, Filius meus primogenitus, Israel. Dixi tibi. Dimitte filiū meū vt seruiat mihi: & noluisti dimittere eū, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cumque esset in itinere in diuersorio, occurrit ei dominus, & volebat occidere eum. Tulit illic Sephora acutissimā petram, & circumcidit preputium, filij sui, tetigitque pedes eius, & ait. Sponsus sanguinum tu mihi es. Et dimisit eum postquam dixerat, Sponsus sanguinū tu mihi es, ob circumcisionem. Dixitque Dominus ad Aaron. Vade in occursum Mosi in desertū. Qui perrexit obuiā ei in montem Dei, & osculatus est eum. Narauitque Moyses Aaron omnia verba domini, pro quibus miserat eū, & signa quæ manducauerat. Veneruntque simul, & congregauerunt cunctos seniores filiorū Israel. Loquutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo, & credidit populus. Audierūt-

que & uisitasset dominus filios Israel, & respexisset afflictionem illorū, & pro adorauerunt.

¶ Ex actis Apostolorum. cap. 14. Lectio secunda.

Speruenerunt autem quidam ab Antiochia, & Iconio Iudæi & per suas turbas, lapidates Paulum, traxerunt extra ciuitatē, existimantes eū mortuum esse circumstantibus autem eum discipulis, surgens intrauit ciuitatem, & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumque euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lissram, & Iconiū, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque, ut permanerent in fide, & quoniā per multas tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum iuniis, cōmendauerūt eos domino in quem crediderunt. Transeuntesque Pisidiam, uenerūt in Pamphiliam. & loquentes uerbum

Dominī in Perge, descēderunt in Attaliā, & inde nauigauerunt Antiochiā, unde erant traditi gratiæ dei, in opus quod compleuerunt. Cū autē uenissent & cōgregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cū illis, quia aperuisset gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicū cum discipulis. Et quidā descendentes de Iudæa, docebant fratres. Quia, nisi circumcisa mini secundum morē Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima, Paulo, & Barnabæ, aduersus illos, statuerunt, ut ascenderent Paulus, & Barnabas, & quidā alij ex aliis ad Apostolos, & presbyteros in Ierusalē, super hac quæstiōe. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicem, & Samariam, narrantes conuersionem gentium, & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cū in autem uenissent Ierosolymam, suscepti sunt ab ecclesia, & ab Apostolis, & senioribus, annuntiantes quanta

Deus fecisset eum illis. Surrexerunt autem quidam de heresi Pharisæorum, qui crediderunt, dicentes. Quia oportet circūcidi eos, præcipere quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque Apostoli, & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dicit ad eos, Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbū euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimonium perhibuit, dās illis spiritum sanctum, sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos, & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum: quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.

¶ Feria sexta, ex Exodo.

(cap. 7. Lectio. j.)

Post hæc ingressi sunt Moyses, & Aaron, & di-

xerunt Pharaoni, Hæc dicit dominus Deus Israel, Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto. At ille respondit. Quis est Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio dominum, & Israel non dimittam. Dixerunt, Deus Hebræorum vocauit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus domino Deo nostro: ne fortè accidat nobis pestis, aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti, Quare Moyses, & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera uestra. Dixitque Pharao. Multus est populus terræ: videtis quòd turba succreuerit, quando magis si dederitis eis requiem ab operibus? Præcepit ergo in die illo præfectis operum, & exactoribus populi, dicens. Nequaquam ultra dabitur paleas populo, ad cōficiendos lateres, sicut prius: sed ipsi vadant & colligant stipulas. Et mesuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quic-

quam: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes, Eamus, & sacrificemus deo nostro. Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquiescant verbis mendacibus. Igitur egressi præfecti operum, & exactores ad populum dixerunt. Sic dicit Pharaó. Non do vobis paleas. Ite, & colligite sicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere vestro.

**¶ Ex actis Apostolorum.
Lectio secunda.**

TAcuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam, & Paulum narrantes quanta Deus fecisset signa, & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt, respondit iacobus, dicés. Viri fratres, audite me, Simón narrauit quemadmodum primùm Deus visitauit sumere ex gentibus populũ nomini suo. Et huic concordant verba prophetarum, sicut scriptũ est, Post hæc reuertar, & reedificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reedificabo, & erigam il-

lud, vt requirãt cæteri hominum dominum: & omnes gētes super quas inuocatum est nomen meum, dicit dominus faciens hæc. Notum à sæculo est domino opus suũ. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, sed scribere ad eos, vt abstineant se à contaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine. Moyses enim à temporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eũ prædicet in synagogis, vbi per omne sabbatum legitur. Tunc placuit apostolis, & senioribus cum omnibus ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo, & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barsabas, & Silã viros primos in fratribus, scribentes per manus eorum. Apostoli & seniores fratres, his quoque sunt Antiochiæ, & Syriæ, & Ciliciæ fratribus ex gentibus salutem. Quoniã autem diuimus quod quidam ex nobis exeutes, turbauerunt vos verbis, euercentes ani-

mas vestras, quibus nō mā
 dauim^s. placuit nobis col-
 lectis in vnum, eligere vi-
 ros, & mittere ad vos cum
 charissimis nostris Barna-
 ba, & Paulo, hominib^s qui
 tradiderunt animas suas p
 nomine Domini nostri le-
 su Christi. Misimus ergo
 Iudam, & Silam, qui & ip-
 si vobis verbis referent ea-
 dem. Visum est enim spiri-
 tui sancto, & nobis, nihil
 ultra imponere vobis one-
 ris, quā hęc necessaria:
 vt abstineatis vos ab im-
 molatis simulachrorum, &
 sanguine suffocato, & for-
 nicatione, à quibus custo-
 dientes vos, bene agetis.
 Valete. Illi ergo dimissi,
 descēderant Antiochiam:
 & congregata multitudi-
 ne, tradiderunt epistolam:
 Quam cū legissent, ga-
 uisi sunt super consolatio-
 ne. Iudas autem, & Silas, &
 ipsi cū essent prophetae,
 verbo plurimo consolati
 sunt fratres, & confirmaue-
 runt. Facto autem ibi ali-
 quanto tempore, dimissi
 sunt cum pace à fratribus
 ad eos qui miserant illos.
 Visum est autem Silæ ibi

remanere: Iudas autem so-
 lus abiit Ierusalem: Paulus
 autem, & Barnabas demo-
 rabantur Antiochiæ, do-
 centes, & euangelizantes
 cum aliis pluribus, verbū
 Domini.

¶ Sabbato, ex Exodo.

Lectio prima.

Dispersusq; est popu-
 lus per omnē terrā
 Aegypti, ad colligē-
 das paleas. Praefecti quo-
 que operum instabant, di-
 centes. Complete opus ve-
 strum quotidie, vt prius fa-
 cere solebatis, quando da-
 bantur vobis paleæ. Flagel-
 latiq; sunt qui præerant
 operibus filiorum Israel,
 ab exactorib^s Pharaonis,
 dicentibus. Quare nō im-
 pletis mensuram laterū si-
 cut prius, nec heri nec ho-
 die? Veneruntq; præpositi
 filiorum Israel, & vocifera-
 ti sunt ad Pharaonem, di-
 centes. Cur ita agis contra
 seruos tuos? Paleæ nō dan-
 tur nobis, & lateres simili-
 ter imperantur: en famuli
 tui flagellis cædimur, &
 iniuste agitur cōtra popu-
 lum tuū. Qui ait. Vacatis
 otio, & idcirco dicitis. Ea-

mus, & sacrificemus domi-
no. Itē ergo, & operamini:
paleæ nō dabuntur vobis,
& reddetis consuetum nu-
merum laterum. Videbāt-
que se præpositi filiorum
Israel in malū, eō quōd dī-
ceretur eis, Non minuetur
quicquam de lateribus per
singulos dies. Occurrerūt-
que Moysi, & Aaron, qui sta-
bant ex aduerso, egredien-
tes à Pharaone: & dixerūt
ad eos, Videat dominus, &
iudicet, quoniā scetere fe-
cistis odorem nostrum co-
ram Pharaone, & seruis e-
ius, & prębuitis ei gladiū,
vt occideret nos. Reuersus
que Moyses ad Dominum,
ait, Dñe, cur affixisti po-
pulum istum? quare mili-
sti me? Ex eo enim quo in-
gressus sum ad Pharaonē,
vt loquerer ex noīe tuo,
afflixit populum tuum: &
non liberasti eos.

¶ Ex actis Apostolorum.
cap. 16. Lectio secunda.

Ost aliquot autē dies
P dixit ad Barnabā Pau-
lus, Reuertētes vīsite
mus fratres, per vniuersas
ciuitates, in quibus prædi-
cauimus verbum dñi, quo-

modo se habeāt. Barnabas
autem volebat secum assū-
mere & Ioannē, qui cognō-
minabatur Marcus. Paulus
autē rogabat, eum (vt quī
discessisset ab eis de Pam-
philia, & non isset cum eis
in opus) non debere reci-
pi. Facta est autē dissensio
ita vt discederent ab inui-
cem, & Barnabas quidē as-
sumpto Marco nauigare
Cyprum. Paulus verō ele-
cto Sila, profectus est, tra-
ditus gratiæ dei, à fratrib⁹,
Perambulabat autem Sy-
riam, & Ciliciā, confirmās
ecclesias: præcipiens custo-
dire præcepta Apostolo-
rum, & seniorū. Peruenit
autē in Derben, & Lystrā.
Et ecce, discipulus quidā
erat ibi noīe Timotheus,
filius mulieris fidelis, patre
gentili. Huic testimonium
bonum reddebant, qui in
Lystris erant, & Iconio fra-
tres. Hunc voluit Paulus
secū proficisci: & assumens
circumcidit eum, propter
Iudæos, qui erāt in illis lo-
cis. Sciebant enim omnes
quōd pater eius erat genti-
lis. Cum autē n pertransi-
rent ciuitates, tradebāt eis

eustodire dogmata quæ erant decreta ab Apostolis, & senioribus, qui erant Ierosolymis. Et ecclesiæ quidem confirmabantur fide, & abundabāt numero quotidie, trāsēntes autē Phrygiā, & Galatiæ regionē, vetati sunt à spiritu sancto loqui verbum dei in Asia. Cū venissent autē in Mysiā, tentabant ire in Bithyniam: & non permisit eos spiritus Iesu. Cū sūt pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est. Vir Macedo quidam erat stans, & deprecās eū, & dicens, Transiens in Macedoniam, adiua nos. Vt autem visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti, quòd vocassēt nos deus euangelizare eis. Nauigātes autem à Troade, recto cursu venimus Samothracē, & sequenti die Neapolim: & inde Philippos, quæ est primæ partis Macedoniæ ciuitas, Colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot consistentes. Die autem sabbatorum, egressi

sumus foras portam, iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus quæ cōuenerant. Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirorū, colēs deum, audiuit cuius Dñs aperuit cor, intende re his quæ dicebātūr à Paulo. Cū autē baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens. Si iudicatis me fidelem domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos.

Dominica quarta, post Pentecosten, ex Exodo. cap. 6. Lectio prima.

DIxit dñs ad Moſen, Nunc videbis quæ facturus sum Pharaoni, per manū enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eiciet illos de terra sua. Loquutusque est dominus ad Moſen, dicens. Ego dominus qui apparui Abraham, Isaac, & Iacob in Deo omnipotēte: & nomen meū Adonai non indicaui eis. Pepigiq; fœdus cum eis, vt darem illis terram Chanaā, terram peregrinationis eorum, in qua

fuerunt aduentu. Ego audiui gemitu filiorum Israel, quo Aegyptij opprefferunt eos: & recordatus sum patris mei. Ideo dic filiis Israel, Ego dominus qui educam vos de ergastulo Aegyptioru, & eruam de seruitute eorum: ac redimam in brachio excelsa, & iudiciis magnis. Et assumam vos mihi in populu, & ero vester deus: & scietis quod ego sum dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Aegyptiorum, & induxerim vos in terram, super quam leuaui manu mea, ut darem eam Abraham, & Isaac & Iacob: daboque illam possidendam vobis ego dominus. Narravit ergo Moses omnia filiis Israel: qui non acquieuerunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimu. Locutusque est dominus ad Moysen, dicens. Ingredere ad Pharaone regem Aegypti ut dimittat filios Israel de terra sua. Respondit Moyses coram domino. Ecce filij Israel non audiunt me: & quomodo audiet Pharaon, praefertim cum incircuncisus sim

labijs? locutusque est dominus ad Moysen, & Aaron: & dedit mandatum ad filios Israel, & ad Pharaonem regem Aegypti ut educerent filios Israel & de terra Aegypti. Isti sunt principes domoru per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israelis: Enoch, & Phallu, Efron, & Charmi. haec cognationes Ruben. Filij Simeon: Ianuel, & Iamin, & Ahod, & Iachin, & Saher: & Saul filius Chananiitidis. haec progenies Simeon. Et haec nomina filiorum Leui per cognationes suas. Gerson, & Caath, & Merari. Anni autem vitae Leui, fuerunt, centum trigintaseptem. Filij Gerson: Lobni, & Semei, per cognationes suas. Filij Caath: Amra, & Isaar, & Aebron, & Oziel. Anni quoque vitae Caath, centum triginta tres. Filij Merari: Moholi, & Musi. haec cognationes Leui per familias suas.

Ex Actis Apostolorum.
Lectio secunda.

Factum est autem tunc tibus nobis ad orationem, puella quadam habentem spiritum pyto-

nem obuiare nobis: quæ sit eos in interiorem carce-
 quæstû magnû præstabat rem, & pedes eorum strin-
 dominis suis diuinando. xit ligno. Media autem no-
 Hæc subsequuta Paulum, cte Paulus, & Silas adorā-
 & nos, clamabat, dicēs. Isti tes laudabant Deū. Et au-
 homines, serui dei excelsi diebāt eos qui in custodia
 sunt, qui annuntiant vobis erāt. Subitō verò terrę mo-
 viam salutis. Hoc autem fa- tus factus est magnus, ita
 ciebat multis diebus. Do- vt mouerentur fundamen-
 lens autem Paulus, & con- ta carceris. Et statim aper-
 uersus, spiritui dixit. Præ- ta sunt omnia ostia: & vni-
 cipio tibi in nomine Iesu uersorum vincula soluta
 Christi exire ab ea. Et exiit sunt. Expergefactus autē
 eadem hora. Videntes au- custos carceris, & vidēs ia-
 tem domini eius, quia exi- nuas apertas carceris eua-
 uit spes quæstus eorū, ap- ginato gladio volebat se
 prehendingentes Paulum, & interficere, existimans fu-
 Silam perduxerunt in fo- gisse vinctos. Clamauit au-
 rurū ad principes: & offeren- tem Paulus voce magna,
 tes eos magistratibus, dixe- dicens, Nihil tibi mali fecer-
 runt. Hi homines contur- ris: vniuersi enī hic sumus.
 bant ciuitatē nostrā, cūm Petitoq; lumine introgre-
 sint Iudæi. & annuntiant sus est: & tremefactus, pro-
 morem quem nō licet no- cidit Paulo, & Silæ ad pe-
 bis suscipere, neq; facere: des: & producēs eos foras,
 cūm simus Romani. Et cu- ait. Domini, qd me oportet
 currit plebs aduersus eos, facere, vt saluus fiam!
 & magistratus, scissis tū- At illi dixerunt. Crede in
 cis suis, iusserūt eos virgis dominū Iesum: & saluus
 cædi. Et cū multas plagas eris tu, & domus tua. Et lo-
 eis imposuissent, miserunt cuti sunt ei verbum domi-
 eos in carcerē, præcipien- ni, cum omnibus qui erāt
 tes custodi vt diligēter cu- in domo eius. Et tollēs eos
 rodiret eos. Qui cūm tale illa hora noctis, lauit pla-
 præceptum accepisset, mi- gas eorum. & baptizat⁹ est.

Dominica. iij. post Pentecost.

ipse, & omnis domus eius
continuo. Cumque perdu-
xisset eos in domum suam,
apposuit eis mensam, & la-
tatus est cum omni domo
sua credens Deo. Et cum
dies factus esset, miserunt
magistratus lictores, dicen-
tes. Dimitte homines illos.
Nuntiauit autē custos car-
ceris verba hæc Paulo.
Quia miserunt magistra-
tus, ut dimittamini. nunc
igitur exeutes, ite in pace.
Paulus autē dixit eis, Cæ-
sos nos publice, indēnatos
hōies Romanos miserunt
in carcerem, & nunc ocul-
tē nos eiciūt? Non ita: sed
ueniant ipsi, & nos eiciāt.
Nuntiauerunt autē magi-
stratibus lictores, verba
hæc. Timueruntq; audito
quod Romani essent: & ve-
niētes deprecati sunt eos,
& educētes rogabant, ut
egrederentur de vrbe. Ex-
euntes autem de carcere,
inroierunt ad Lydiam: &
visi fratribus, consolati
sunt eos, & profecti sunt.

¶ Secundū Lucā. cap. 5.

Leſio tertia.

In illo tēpore. Cum tur-
ba irruerēt in Iesum, ut

audirent verbum dei: & ip-
se stabat secus stagnū Ge-
nesareth. Et reliqua.

¶ Homilia ſcti Ambr. epi.

Ascendens autem in
vnam nauim, quæ
erat Simonis roga-
uit, ut abduceret à terra a-
liquātulum. Vbi dominus
multis impartiuit varia ge-
nera sanitatū: nec tempore,
nec loco cœpit à studio
sanādi turba cōhiberi. Ve-
sper incubuit: populi seque-
batur. Stagnum occurrit:
turbæ vrgebant. & ideo a-
scēdit in Petri nauim, hæc
est illa nauis, quæ secundū
Matthæū adhuc fluctuat:
secundū Lucā repletur pī-
scibus, ut & principia eccle-
siæ fluctuantis, & postero-
ra exuberantis agnoscas.
Pisces enim sunt, qui hanc
enaugant vitā. Vbi adhuc
discipulis Christ⁹ dormit:
hic præcidit. Dormit em̄
tepidis, vigilat perfectis.
Sed quemadmodum dor-
miat Christus, audistis di-
centem in propheta. Ego
dormio, & cor meum vigi-
lat. Et sanct⁹ Matthæus re-
ctē non prætermittēdum
putauit, eternę iudiciū po-

testatis, vbi imperavit ventus. Non est enim humana doctrina sicut audistis Iudeos dicere, verbo sperat spiritib⁹, sed cœlestis maiestatis insigne quod turbatū sedatur mare: & diuinæ vocis imperio obsequuntur elementa: atq; insensibilia sensum accipiunt obsequēdi. Diuinæ mysterium gratiæ revelatur: quod fluctus immutescunt seculi verbo immūtus spiritus conquiescit. Non altero alterū reflectitur, sed virūq; celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentū in mysteriis.

Oratio.

DA nobis quæsumus domine: vt & mundi cursus, pacificè nobis tuo ordine dirigatur: & ecclesia tua tranquilla deuotione letetur. Per dñm.

Oratio secūda, ex Exodo. cap. 7. Lectio secūda.

Accipit autē Amrā vxorem lochabeb patrualem suā: quæ peperit ei Aarō, & Mosē, & Mariam. Fueruntq; anni vitæ Amrā centum triginta septē. Filij quoq; Ilaar, Core, & Nepheg, & Zel-

chri. Filij quoq; Oziel: Misael, & Elisaphan & Sethri. Accipit autē Aaron vxorem Elisabeth filijā Aminadab, sororē Naafon, quæ peperit ei Nadab & Abiū, & Eleazar, & Ithamar. Filij quoq; Core. Afer, & Escana, & Abiasaph: hęc sunt cognationes Coritarū, At verō Eleazar, filius Aarō, accepit vxorē de filiab⁹ Phutiel: quæ peperit ei Phinees: hi sunt principes familiarū Leuiticarū per cognationes suas. Ille est Aaron, & Mosēs, quibus precepit Dominus, vt educerent filios Israel de terra Aegypti, per turmas suas. Hi sunt qui loquuntur ad Pharaonē regē Aegypti, vt educant filios Israel de Aegypto: iste est Mosēs, & Aaron in die qua locutus est dominus ad Mosē, in terra Aegypti. Et locutus est dominus ad Mosē, dicens Ego dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quæ ego loquer tibi. Et ait Mosēs coram Domino. En in circuitu labijs sum, quomodo audiet me Pharaos?

Dixitq; dominus ad Mo-
sen. Ecce constitui te Deū
Pharaonis: & Aaron frater
tuus erit propheta tu⁹. Tu
loqueris ei omnia quæ mā
do tibi: & ille loquetur ad
Pharaonem, vt dimittat fi-
lios Israel de terra sua. Sed
ego indurabo cor eius, &
multiplicabo signa & ostē-
ta mea in terra Aegypti, &
non audiet vos immittam-
que manum meā super Ae-
gyptum, & educā exercitū
& populum meū filios Is-
rael, de terra Aegypti, per
iudicia maxima. Et scient
Aegyptij, quia ego sum
dñs, qui extēderim manū
meam super Aegyptum, &
eduxerim filios Israel de
medio eorum. Fecit itaque
Moses, & Aaron sicut prę-
ceperat dñs: ita egerunt.

¶ Ex actis Apostolorum.
cap. 17. Lectio secunda.

Cum autē perambu-
lassent Amphipolim
& Apolloniam, ven-
erūt Thessalonicam, vbi
erat synagoga Iudæorum.
Secundum cōsuetudinem
autem Paulus introiuit ad
eos: & per sabbata tria dis-
serabat eis de scripturis,

adaperiēs, & insinuans quæ
Christum oportuit pati, &
resurgere à mortuis: & quæ
hic est Christus. Iesus, quæ
ego annūcio vobis. Et qui-
dam ex eis crediderunt, &
adiuncti sunt Paulo, & Si-
læ, & de colentibus gentili-
bus multitudo magna, &
mulieres nobiles: non pau-
cæ. Zelantes autem Iudæi,
assumentesque de vulgo vi-
ros quosdam malos, & tur-
ba facta, concitauerunt ci-
uitatem: & assistentes do-
mui Iasonis, quærebāt eos
producere in populū. Et
cū non inuenissent eos, tra-
hebant Iasonē, & quosdam
fratres ad principes ciuita-
tis, clamantes. Quoniā hi
qui orbem concitāt: & huc
venerūt, quos suscepit Ia-
son: & hi oēs cōtra decreta
Cæsaris faciūt, regē alium
dicentes esse Iesum. Conci-
tauerūt autē plebs, & prin-
cipes ciuitatis, audientes
hæc. Et accepta satisfactio-
ne à Iasone, & à cæteris, di-
miserūt eos. Fratres verò,
confestim per noctē dimi-
serunt Paulum, & Silam in
Berrhocam. Qui cū venis-
sent, in synagogā Iudæorū
introie-

Introierunt. Hi autē erant
nobiliores eorum qui sunt
Thessalonicę, qui suscep-
erunt verbū cum omni aui-
ditate, quotidie scrutantes
scripturas, si hæc ita se ha-
berent. Et multi quidē cre-
diderunt ex eis, & mulierū
gentilium honestarū, & vi-
ri nō pauci. Cū autē co-
gnouissent in Thessaloni-
ca Iudæi, quia & Berhoæ
prædicatū est à Paulo ver-
bum Dei, venerūt & illuc,
cōmouentes, & turbantes
multitudinē. Statim q̄; tūc
Paulum dimiserūt fratres,
ut iret vsque ad mare. Silas
autē, & Timotheus reman-
serunt ibi. **Q**ui autem de-
ducebant Paulū, perduxerunt
eum vsq; ad Athenas:
& accepto mandato ab eo
ad Silam & Timotheū, ut
quā celeriter venirent ad
se, profecti sunt. Paulus au-
tem cū Athenis eos expe-
ctaret, incitabatur spiritus
eius in ipso, videns idolo-
latræ deditam ciuitatem.
Disputabat igitur in syna-
goga cum Iudæis, & colen-
tibus, & in foro per omnes
dies ad eos qui audierant.
Quidam autem Epicurei,

B. N.

& Stoici philosophi disse-
rebant cum eo: & quidam
dicebant. Quid vult semi-
niverbius hic dicere? Alij
verō, Nouorū dæmonio-
rum videtur annuntiator
esse: quia Iesum, & resurre-
ctionem annuntiabat eis.
Et apprehensum eum, ad
Areopagum duxerunt, di-
centes. Possumus scire quę
est hæc noua, quę à te dicitur
doctrina? noua enim
quædā infers auribus no-
stris. Volumus ergo scire
quidnam velint hæc esse.

¶ *Feria tertia, ex Exodo.*

Lectio prima.

ERat autem Moses o-
ctoginta annorū, &
Aaron octoginta triū,
quando locuti sunt ad Pha-
raonem. Dixitque dominus
ad Moysen, & Aaron, Cū
dixerit vobis Pharaos, O-
stendite signa. dices ad Aa-
ron, Tolle virgā tuam, &
prælice eā coram Pharao-
ne, ac vertetur in colubrū.
Ingressi itaque Moyses, &
Aaron ad Pharaonem, fe-
cerūt sicut præceperat do-
minus. Tuliq; Aaron vir-
gam coram Pharaone, &
seruis eius, quæ versa est in

P

colubrum. Vocauit autem Pharaon sapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipsi per incantationes Aegyptiacas & arcana quaedam similiter. Proieceruntque singuli virgas suas, quae uersae sunt in dracones, sed deuorauit virga Aarón virgas eorum. Induratumque est cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut praeceperat dominus. Dixit autem dominus ad Moysen, Ingrauatum est cor Pharaonis, & non uult dimittere populum. Vade ad eum mane. ecce, egredietur ad aquas, & stabis in occursum eius super ripam fluminis, & virgam quae conuersa est in draconem, tolles in manu tua, dicēsque ad eum, Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens. Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto: & usque ad praesens audire noluit. Haec igitur dicit dominus. In hoc scies quod sim dñs: ecce percutiam virga quae in manu mea est, aquam fluminis & uertetur in sanguinem. Pisces quoque qui sunt in fluuio, morietur, & cō-

putrescent aquae, & affligentur Aegyptij, bibentes aquam fluminis. Dixit quoque dominus ad Moysen. Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam super aquas Aegypti, & super fluuios eorum, & riuos, ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut uertatur in sanguinem: & sit cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis uasis, quam in saxeis. Feceruntque ita Moyses, & Aaron, sicut praeceperat dominus: & eleuans virgam percussit aquam fluminis, coram Pharaone, & seruis eius, quae uersa est in sanguinem. Et pisces qui erant in flumine, mortui sunt, computruitque fluuius & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota terra Aegypti. Feceruntque similiter malefici Aegyptiorum incantationibus suis, & induratum est cor Pharaonis, nec audiuit eos sicut praeceperat dominus. Auertitque, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor, etiam hac uice. Foderunt

autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aqua, ut biberent: non enim poterant bibere aquam fluminis. Impleti que sunt septē dies, postquam percussit dominus fluuium.

Ex Actis Apost. Lec. ij.

Athenienses autem omnes, & aduenae hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere, aut audire aliquid noui. Stans autem Paulus in medio Areopagi, ait. Viri Athenienses, per omnia quasi supersticiosiores vos video. Prateriens enim, & videns simulachra vestra, inueni & aram, in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignoranter colitis, hoc ego annuntio vobis. Deus qui fecit mundum, & omnia quae in eo sunt, hic caeli, & terrae cum sit dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cum ipse det omnibus vitam & inspirationem, & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terrae, desi-

niens statuta tempora, & terminos habitationis eorum quaerere Deum si forte aut efferret eum, aut inueniant, quauis non longe sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & mouemur, & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus. Genus ergo cum sumus Dei, non debemus existimare auro, & argento, aut lapidi sculpturae artis, & cogitationis hominis, diuinum esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiae despiciens deus, nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique poenitentiam agant, eod quod statuit die, in quo iudicaturus est orbem in aequitate in viro in quo statuit, fidem praebens omnibus, suscitans eum a mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam vero dixerunt. Audiemus te, de hoc iterum. Sic Paulus exiit de medio eorum. Quidam vero viri adhaerentes ei, crederunt. in quibus & Dionysius Areopagita, & mulier

nomine Damaris, & alij cū
eis. Post hæc egressus ab
Athenis venit Corinthū:
& inueniens quendam Iu-
dæum, nomine Aquilam,
Ponticum genere, qui nu-
per venerat ab Italia, & Pri-
scillam vxorem eius, eo q̄
præcepisset Claudius disce-
dere omnes Iudæos à Ro-
ma: accessit ad eos. Et quia
eiusdē erat artis, manebat
apud eos, & operabatur. e-
rant autem sceno factorix
artis. Et disputabat in syna-
goga per omne sabbatum
interponens nomen domi-
ni Iesu, suadebatq; Iudæis
& Græcis. Cū venissent
autē de Macedonia Silas,
& Timotheus, instabat ver-
bo Paulus, testificans Iu-
dæis, esse Christum Iesum.
Contradicētibus autē ei,
& blasphemantibus, excu-
tiens vestimenta sua, dixit
ad eos. Sanguis vester su-
per caput vestrum. Mūdus
ego ex hoc ad gētes vadā.
Et migrans inde, intrauit
in domū cuiusdam, nomi-
ne Titi iusti, colentis deū,
cuius domus erat coniun-
cta synagogæ. Crispus au-
tem archisynagogus credi-

dit domino, eum omni do-
mo sua: & multi Corinthio-
rum audientes, credebant,
& baptizabantur.

¶ Veria. i. ij. ex Exo. cap. 9.

Lectio prima.

Dixit quoque Dñs ad
Mosen, Ingredere
ad Pharaonem, & di-
ces ad eum. Hæc dixit do-
minus, Dimitte populum
meum, vt sacrificet mihi.
Si autem nolueris dimitte-
re, ecce ego percutiam om-
nes terminos tuos ranis. Et
ebulliet fluvius ranas: quæ
ascendent, & ingredientur
domū tuam, & cubiculum
lectuli tui, & super stratū
tuum, & in domos seruo-
rum tuorum, & in populū
tuū, & in furnos tuos, & in
reliquias ciborum tuorū:
& ad te, & ad populū tuū,
& ad omnes seruos tuos in-
trabūt ranæ. Dixitque do-
minus ad Mosen, Dic ad
Aaron, Extende manum
tuā super fluuios, ac super
riuos, & paludes, & educ
ranas super terram Aegy-
pti. Attendit Aaron manū
super aquas Aegypti, & a-
scenderunt ranæ, & ope-
runtque terrā Aegypti. Fe-

cerunt autem & malefici p
incarnationes suas similiter:
eduxeruntque ranas super
aerem Aegypti. Vocauit
autem Pharaon Mosen, &
Aaron, & dixit eis, Orate
dominum, vt auferat ranas
à me, & à populo meo: &
dimitta populum, vt sacri-
ficet domino. Dixitq; Mo-
ses ad Pharaonem, Consti-
tue mihi quando deprecer
pro te, & pro seruis tuis, &
pro populo tuo, vt abigā-
tur ranæ à te, & à domo
tua, & à seruis tuis, & à po-
pulo tuo, & tantum in flu-
mine remaneant. Qui re-
spōdit, Cras. At ille. Iuxta
inquit, verbū tuum faciā,
vt scias quoniam non est
sicut dominus deus noster.
Et recedent ranæ à te, & à
domo tua, & à seruis tuis,
& à populo tuo: & tantum
in flumine remanebunt. E-
gressiq; sunt Moses, & Aa-
ron à Pharaone, & clama-
uit Moses ad Dominū pro
sponsione ranarum quam
condixerat Pharaoni. Fe-
citque dominus iuxta ver-
bum Mosi, & mortuæ sunt
ranæ de domibus, & de vil-
lis, & de agris. Congrega-

ueruntque eas in immen-
sos aggeres, & computruit
terra. Videns autem Pha-
raon, q̄ data esset requies,
ingrauauit cor suum, & nō
audiuit eos: sicut praecepe-
rat Dominus.

¶ *Ex Actis apost. Lect. ij.*

Dixit autem dominus
Iroste per visionem
Paulo, Noli time-
re: sed loquere, & ne taceas
propterea quod ego sum
tecum, & nemo apponetur
tibi, vt noceat te, quoniam
populus est mihi mulctus
in hac ciuitate, Sedit autē
ibi annum, & sex menses,
docens apud eos verbum
Dei. Gallione autem pro-
cōsule Achaia, insurrexe-
runt vno animo iudæi in
Paulū, & adduxerūt eum
ad tribunal, dicentes. Con-
tra legem hic persuadet ho-
minibus colere Deū. Inci-
piente autē Paulo aperire
os, dixit Gallio ad iudæos.
Si quidem esset iniquū ali-
quid, aut facinus pessimū,
& viri iudæi, rectē vos su-
stinerem. si verō quæstio-
nes sunt de verbo & nomi-
nibus legis vestrae, vos ipsi
videritis, iudex ego horū

nolo esse. Et minauit eos à tribunali. Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagogæ, percutiebāt eū, ante tribunal: & nihil eorum Gallioni cura erat. Paulus verò cū adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciens nauigauit in Syriam, & cū eo Priscilla, & Aquilla, qui sibi totoderat in Cechreis caput, habebat enim votū, Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò, ingressus synagogam, disputabat cum iudæis. Rogantibus autem eis, ut ampliori tempore maneret, non consensit, sed valefaciens, & dicens, Iterum reuertar ad vos, Deo volente: profectus est ab Epheso. Et descendens Cæsaream, ascendit, & salutauit ecclesiam: & descendit Antiochiam. Et factò ibi aliquāto tempore profectus est, perambulās ex ordine Galatiam regionem, & Phrygiam, cōfirmans omnes discipulos. Iudæus autē quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum,

potēs i scripturis. Hic erat edoctus viā domini: & seruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantūm baptismum Ioannis. Hic ergo cœpit fiducialiter agere in synagoga. Quem cū audissent Priscilla, & Aquilla, assumpserunt eum, & diligentius exposuerūt ei viā domini. Cū autem vellet ire Achaïam, exhortati fratres, scripserunt discipulis, ut susciperent eum. Qui cū venisset, contulit multūm his, qui crediderant. Vehementer enim iudæos reuincebat publicè, ostendens per scripturas, esse Christum Iesum.

¶ **Feria quinta ex Exodo.**

Lectio prima.

Dixitque dominus ad Moysen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuā, & percutite puluerem terræ: & sint cyniphes in vniuersa terra Aegypti. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens, percussitque puluerem terræ, & facti sunt cyniphes in hominibus, & iumentis: omnis puluis ter-

ræ versus est in cyniphes per totam terrā Aegypti. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent cyniphes, & non potuerūt: erantq; cyniphes tam in hominibus, quā in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem. Digitus Dei est hoc. Induratumq; est cor Pharaonis, & non audiuit eos sicut præceperat dominus. Dixit quoq; dominus ad Moſen, confurge diluculo, & sta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eum, Hæc dicit dominus, Dimitte populū meum, ut sacrificet mihi. quod si non dimiseris eū: ecce ego immittam in te, & in seruos tuos, & in populū tuū, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebūtur omnes domus Aegyptiorū muscis diuersi generis, & vniuersa terra in qua fuerint. Faciamque mirabile in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, ut nō sint ibi muscæ: ut scias, quoniam ego dominus in medio terræ: Ponāmq; diuisionē inter populū meū, & populū tuū: cras erit signū istud. Feci que dñs ita. Et venit musca grauisima in domos Pharaonis, & seruorū ei⁹, & in omnē terrā Aegypti: corruptaq; est terra ab huiuscemodi muscis. Vocauitq; Pharao Moſen, & Aarō, & dixit eis. Ite & sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait Moſes. Nō potest ita fieri: abominationes enim Aegyptiorū immolabim⁹ dño deo nostro? quod si mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij corā eis, lapidibus nos obruēt. Viam triū dierū pergemus in solitudine: & sacrificabimus dño deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitq; Pharao. Ego dimittā vos, ut sacrificetis dño Deo vestro in deserto: veruntamen lōgids ne abeatis, rogate p̄ me. Et ait Moſes. Egressus à te, orabo dñm: & recedet musca à Pharaone, & à seruis suis, & à populo eius cras: verūtamen noli ultra fallere, ut nō dimittas populū significare domino. Egressusque Moſes à Pharaone, orauit dominum.

Qui fecit iuxta verbum illius: & abstulit muscas à Pharaone: & à seruis suis, & à populo eius: non superfuit ne vna quidem. Et ingrauatū est cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

¶ *Ex Actis aposto. cap. 19.*

Lectio secunda.

FActum est autē cum Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratīs superioribus partibus, veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos: dixitq; ad eos, Si spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eū, Sed neque si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille vero ait. In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Ioannis baptismo. Dixit autem Paulus, Ioānes baptizauit baptismo penitentiae populum: dicēs, in eū qui venturus esset post ipsum, vt crederēt, hoc est in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine domini Iesu. Et cū imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebatur linguis,

& prophetabant. Erant autem omnes viri serē duodecim. Introgressus autem synagogam, cū fiducia, loquebatur per tres menses, disputans, & suadens de regno Dei. Cū autem quidam indurarentur, & non crederēt, maledicentes viā domini, coram multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputans in schola Tyranni cuiusdam. Hoc autē factum est per biennium, ita vt omnes qui habitabāt in Asia, audirent verbum domini, Iudæi, atque Gentiles. Virtutesq; non quilibet faciebat Deus, per manum Pauli: ita vt etiam super languidos deferrentur à corpore eius sudaria, & semicinctia, & recedebant ab eis lāgores, & spiritus nequā egrediebantur. Tentaerunt autem quidam, & de circumeuntibus Iudæis exorcistis inuocare super eos qui habebāt spiritus malos, nomen domini Iesu, docentes. Adiuuro vos per Iesum quem Paulus predicat. Erant autem cuiusdam Iudæi, nomine

Seuæ, principis sacerdotum, septem filij, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequam, dixit eis. Iesum noui, & Paulum scio: vos autem qui estis? Et insiliens in eos homo in quo erat dæmonium pessimum, & dominatus amborū, inualuit contra eos, ita ut nudi, & vulnerati effugerēt de domo illa. Hoc autem notum factum est omnibus Iudæis atque gentilibus, qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen domini Iesu. Multiq̄ue credentium ueniebant confitentes, & annūtiantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosi sectati, contulerūt coram omnibus: & computatis pretijs illorū, inueniūt pecuniam denariorum quinquaginta milliū. Ita fortiter crescebat uerbum Dei, & cōfirmabatur. His autem expletis, proposuit Paulus in spiritu, transire Macedonia, & Achaia, ire Ierosolymam, dicens. Postquam fuero ibi,

oportet me & Romam uideri. Mittens autē in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timotheū, & Erastum, ipse remansit ad tempus in Asia.

¶ *Feria. vi. ex Exod. ca. 9.*
Lectio prima.

Dixit autem dominus ad Moysen. Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum. Hæc dicit dominus Deus Hebræorum. Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit super agros tuos, & super equos, & asinos, & camelos, & oues, & boues pestis valde grauis. Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israel, & possessiones Aegyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel. Constituitque dominus tempus, dicens. Cras faciet dñs uerbum istud in terra. Fecit ergo dominus uerbum hoc altera die mortuæque sunt omnia animalia Aegyptiorum: de animalibus uero filiorum Israel, nihil omnino perit.

Et misit Pharaos ad videndū: nec erat quicquā mortuū de his quæ possidebat Israel. Ingrauatūque est cor Pharaonis, & non dimisit populū. Et dixit dominus ad Mosē, & Aarō. Tollite plenas manus cineris de camino & spargat illum Mosēs in cælum corā Pharaone. Sitque puluis super omnem terram Aegypti erunt etenim hominibus, & iumentis vlcera, & vesicæ turgentes, in vniuersa terra Aegypti. Tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Mosēs in cælū: factaque sunt vlcera vesicarum turgentium in hominibus, & iumentis: nec poterant malefici stare corā Mose propter vlcera quæ in illis erant, & in omni terra Aegypti. Indurauitque dominus cor Pharaonis, & non audiuit eos, sicut locutus est dominus ad Mosē.

¶ *Ex Actis apost. Lect. ij.*

Facta est autem illo tēpore, turbatio nō minima, de via domini. Demetrius enim quidam

nomine, argentarius, faciēns ædes argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicū quæstū: quos conuocans, & eos qui huiusmodi erant opifices, dixit. Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis, & auditis, quia non solum Ephesi, sed penē totius Asiæ Paulus hic suadēs, auertit multam turbam, dicens. Quoniam non sunt dii qui manibus fiunt. Non solum autem, hæc periclitabitur nobis pars, in redargutionem venite, sed & magnæ Dianæ templū, in nihilum reputabitur, & destrui incipiet maiestas eius, quā tota Asia, & orbis colit. His auditis, repleti sunt ira, & exclamauerunt, dicentes, Magna Diana Ephesiorū. Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, raptō Caio, & Aristarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo autē volente intrare in populū non permiserunt discipuli. Quidam autem & de Asiæ principibus, qui

erant amici eius, miserunt ad eum, rogantes, ne se daret in theatrum. Alij autem aliud clamabant. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa cōuenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Quem, ut cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorū. Et cūm sedasset scriba turbas, dixit. Viri Ephesij, quis enim est hominū qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricē esse magnę Diang, Iouisq; prolis? Cūm ergo his contradici non possit, oportet vos, sedatos esse, & nihil temerē agere. Adduxistis enim homines illos neque sacrilegos, neque blasphemātes deā vestram. Quod si Demetrius, & qui cū eo sunt artifices, habent aduersus aliquē, causam, cōuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accu-

sent inuicem. Si quid autē alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit absolui. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cū nullus obnoxius sit de quo possimus reddere rationem cōcursus istius. Et cūm hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

¶ **Sabbato, ex Exodo.**
Lectio prima.

Dixitque dominus ad Moſen. Manē conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad eū, Hæc dicit dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum, ut ſacrifices mihi. **Q**uia in hac vice mit tam omnes plagas meas ſuper cor tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populū tuum: ut ſcias quod nō ſis ſimilis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum meā, percutiam te, & populum tuū peſte, peribisque de terra. Idcirco autem poſui te, ut oſtendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra. Adhuc retines populum meum. & nō vis dimittere eū. **E**n pluum

cras, hac ipsa hora, grandinem multam nimis: qualis non fuit in Aegypto, à die qua fundata est, vsque in præsens tempus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec cõgregata de agris, cecideritq; super ea grandis morientur. Qui timuit verbum domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris. Et dixit dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cælum, vt fiat grandis in vniuersa terra Aegypto, sup homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in terra Aegypto. Extenditque Moyses virgam in cælum, & dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: pluitque dominus grandinem super terram Aegypto. Et grandis, & ignis mista pariter ferebantur: tantæq;

fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuersa terra Aegypto ex quo gens illa condita est. Et percussit grandis in omni terra Aegypto, cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsque ad iumentum: cunctamque herbam agri percussit grandis, & omne lignum regionis cõfregit. Tantum in terra Gessen, vbi erant filij Israel, grandis nõ cecidit. Misitque Pharaon, & vocauit Moysen, & Aaron, dicens ad eos. Peccaui etiam nunc. Dominus iustus & ego & populus meus, impij. Orate dominum, vt desinant tonitrua Dei, & grandis: vt dimittat vos, & nequaquam hic vltra maneat.

¶ *Ex Actis apost. cap. 20.
Lectio secunda.*

Postquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est, vt iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhoratus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam, vbi cum fuisset

mensēs tres: factæ sunt illi infidix à Iudæis, nauigaturō in Syriā: habuitque cōsiliū, vt reuertetur per Macedoniā. Comitatus est autem eum Sosipater Pyrrhi Berrhœensis, Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secūdus, & Caius Derbeus, & Timotheus: Asiani verò Tychicus, & Trophim⁹. Hi cū præcessissent, sustinuerunt nos Troade: nos verò nauigauimus post dies azymorū à Philippis, & venimus ad eos Troadē in dieb⁹ quinque, vbi demorati sumus diebus septē. Vna autē sabati cū cōuenissemus ad frangendum panē, Paulus disputabat cum eis profecturus in crastinum, protraxitque sermonem vsq; in mediam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cenaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescens, nomine Eutychus super fenestram, cū mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cenaculo deorsum, & sublat⁹ est mor-

tuus. Ad quem eūm descendisset Paulus, incubuit super eum: & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem frangensque panem, & gustans, satisque allocutus vsq; in lucem, sic profectus est. Adduxerunt autem puerum viuentem, & cōsolati sunt non minimè, Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Assōn, inde suscepturi Paulum: sic enim disposuerat ipse, per terrā iter facturus. Cū autem cōuenissemus ī Assōn, assumpto eo, venimus Mitylenem. Et inde nauigantes, sequenti die venimus contra Chium. & alia die apphucimus Samum, & sequenti die venimus Miletum: proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, ne qua mors illi fieret in Asia, Festinabat em̄, si possibile sibi esset, vt diē Pēte costē faceret Ierosolymis.

¶ Dominica. v. post Pēte. ex Exodo. Lectio prima.

A It Moses. Cū egressus fuero de vrbe, extendam palmas

Dominica. v. post Pentecosten.

meas ad dominũ , & cessabunt tonitrua , & grando non erit : vt scias quia dñi est terra. noui autem quòd & tu , & serui tui necdum timeatis dñm Deũ. Linum ergo & hordeũ læsum est, eò quòd hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret. Triticum autem , & far non sunt læsa , quia serotina erant. Egressusque Moses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad dominum: & cessauerũt tonitrua, & grando, nec vltra stillauit pluuia super terram. Videns autem Pharaon quòd cessasset pluuia, & grando, & tonitrua, auxit peccatum : & ingratum est cor eius , & seruatorum illius , & induratum nimis, nec dimisit filios Israel, sicut præceperat dñs per manum Mosi. Et dixit dominus ad Mosẽ, Ingredere ad Pharaonẽ: ego em̃ induraui cor eius, & seruatorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui , & nepotum tuorum, quoties contriuerim Aegyptios , & signa mea fecerim in eis : &

sciatis, quia ego dominus. Introierunt ergo Moses, & Aaron ad Pharaonem , & dixerunt ei. Hæc dicit dominus Deus Hebræorum, Vsq̃uequo non vis subici mihi ? dimitte populum meum , vt sacrificet mihi. Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos : quæ operiet superficiẽ terræ , ne quicquam eius appareat , sed comedatur quòd residuũ fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna , quæ germinant in agris. Et implebant domos tuas, & seruatorũ tuorũ, & omnũ Aegyptiorũ, quãtam non viderunt patres tui , & auĩ, ex quo orti sunt super terrã, vsq̃; in præsentẽ diem. Auertitq̃; se, & egressus est à Pharaone. Dixerũt autẽ serui Pharaonis ad eũ, Vsq̃uequo patiemur hoc scãdalum ? dimitte homines, vt sacrificent domino deo suo nõne vides qđ perierit Aegypt⁹ ? Reuocauerũtq̃; Mosẽ , & Aaron ad Pharaonem : qui dixit eis. Ite, sacrificate domino deo ve-

stro, qui nam sunt, qui sturi sunt? Ait Moses. Cum paruulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis, & filiabus: cum ouibus, & armentis, est enim solentitas domini Dei nostri. Et respondit Pharaon, Sic dominus sit vobiscum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros: cui dubium est quod pessimè cogitetis? Non fac ita, sed ite tantum viri, & sacrificate dño, hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiectionis sunt de conspectu Pharaonis.

Ex Actis apost. Lect. ij.

AMileto autem mittens Ephesum, vocauit maiores naturæ ecclesiæ. Qui cum venissent ad eum, & simul essent, dixit eis. Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscum per omne tempus fuerim, seruiens dño cum omni humilitate, & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex insidiis Iudeorum: quomodo nihil subtraxerim vobis vtili, quod minùs annuntiarem vobis, & docerem vos pu-

licè, & per domos, testificans Iudæis atque gentilibus in Deum penitentiam, & fidem in dominum nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce ego alligatus spiritu, vado in Ierusalèm, quæ in ea ventura sunt mihi, ignorans, nisi quod spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi pretestatur: dicens, quoniam vincula, & tribulationes Ierusalymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meam pretiosorem quam me, dummodo consummem cursum meum, & ministerium verbi, quod accepi à domino Iesu, testificari euangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, quia ampliùs non videbitis faciem meam vos omnes, per quos transiui, prædicans regnum Dei. Quapropter cõtestor vos hodierna die, quod mundus sum à sanguine omnium. Nõ enim subterfugi, quod minùs annuntiarem omne consiliũ Dei vobis. Attendite vobis, & vniuerso gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiã dei,

quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio, quoniã intrabunt post discessionem meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobisipfis exurgent viri loquentes peruersã, vt abducãt discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniã per triennium nocte & die nõ cessãui cum lachrymis monere vnumquẽque vestrũ. Et nunc commendo vos deo, & verbo gratiã ipsiõ, qui potens est & edificare, & dare hæreditatẽ in sanctificatis omnibus. Argentũ, & aurum, aut vestem nullius concupiui, sicut ipsi scitis, quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi domini Iesu, quoniam ipse dixit, Beatus est magis dare, quã accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis. Magnus autẽ fletus factus est omnium: & procumbentes super collũ

Pauli osculabantur eum, dolentes maximẽ in verbo quod dixerat, quoniã amplius faciem eius nõ essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

**Secundum Matth. Cap. 5.
Lectio tertia.**

In illo tẽpore: Dixit Iesus discipulis suis, Amẽ dico vobis, nisi abundauerit iustitia vestra, plusquam scribarum & Phariseorum: non intrabitis in regnum cælorum. Et reli.

Horatia sancti Aug. epi.

Nisi non solũ illa minima legis impleueritis præcepta, quæ inchoãt homines: sed etiã ista, quæ à me adduntur, qui non veni legem solvere: sed adimplere, nõ intrabitis in regnum cælorum. Sed dicis mihi. Si de illis mandatis minimis cum superius legeretur dixit, minimum vocari in regno cælorum: quisquis vnu eorum soluerit: & secundum suam solutionem docuerit: magnum autem vocari quisquis ea fecerit, & sic docuerit. & ex eo iam in regno cælorum futurũ esse, quia magnus

manus est: quid opus est
 addi legis præceptis mini-
 mis sua? In regno cælorū
 potest esse: quia magnus est
 quisquis ea fecerit: & sic do-
 cuerit. Quapropter hæc
 est accipiēda illa sentētia.
 Qui autem fecerit, & do-
 cuerit sic, magnus vocabi-
 tur in regno cælorū: id est,
 non secundū illa minima,
 sed secundum ea quæ ego
 dicturus sum. Quæ sunt
 autem ista? Vt abudet (in-
 quit) iustitia vestra super
 scribarum, & Phariseorū:
 quia nisi abundauerit, non
 intrabitis in regnum cælo-
 rum. Ergo qui soluerit illa
 minima, & sic docuerit: mi-
 nimus vocabitur. Qui autē
 fecerit illa minima, & sic
 docuerit, non magnus ha-
 bendus est: & idoneus re-
 gno cælorū, sed tamen nō
 tam minimus, quam ille qui
 soluerit.

Oratio.

Deus, qui diligentibus te bona inuisibili-
 lia preparasti, in fun-
 dē cordibus nostris tui a-
 moris effectum: vte in om-
 nibus: & super omnia di-
 ligētes promissiones tuas,
 quæ omne desiderium su-

B.

N.

perant, cōsequamur. Per-
 & **Feria. ij. ex Exod. Lec. j.**

Dixit autem Dominus
 ad Moſen, Extende
 manum tuam super
 terrā Aegypti ad locustā,
 vt ascendat super eā, & de-
 uoret omnem herbā quæ
 residua fuerit grandini. Et
 extendit Moſes virgam su-
 per terram Aegypti: & do-
 minus induxit ventū vren-
 tem tota die illa, & nocte:
 & mane factō: ventus vrēs
 leuauit locustas. Quæ a-
 scenderunt super vniuer-
 sam terram Aegypti & se-
 derunt in cunctis finibus
 Aegyptiorum, innumera-
 biles, quales ante illud tem-
 pus nō fuerūt, nec postea
 futuræ sunt. Operuerunt-
 que vniuersam superficiē
 terræ, vastāntes oīa. Deo-
 rata est igitur herba terræ,
 & quicquid pomorū in ar-
 boribus fuit: quæ grando
 dimiserat: nihil quoque om-
 ninō virens relictum est
 in lignis, & in herbis terræ,
 in cuncta Aegypto. Quæ
 ob rem festin⁹ Pharaō vo-
 cauit Moſen & Aaron, &
 dixit eis. Peccaui in Dñm
 deum vestrū, & in vos: sed

q

nunc dimittite peccatū mihi, etiam hac vice, & rogate dominū Deū vestrū, vt auferat à me mortē istam. Egressusque est Moses de cōspectu Pharaonis, & orauit dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in mare rubrum; nō remansit nec vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit autē dñs ad Mo- sen, Extēde manum tuam in calū, & sint tenebrae super terrā Aegypti tam densae, vt palpari queant. Extēditque Moses manū in calū: & factae sunt tenebrae horribiles ī vniuersā terra Aegypti trib⁹ diebus. Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se de loco in quo erat: vbi- que autem habitabant filij Israel, lux erat. Vocauitque Pharao Mo- sen, & Aaron, & dixit eis. Ite, sacrificate domino: o- ues tantūm vestre, & armēta ramaneāt, paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moses. Hostias quoq; & holocau

sta dabis nobis, quae offeramus domino Deo nostro. Cuncti greges pergunt nobiscum non remanebit ex eis vngula, quae necessaria sunt ī cultū dñi dei nostri, praesertim cūm ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locū perueniamus. Indurauit autem dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad Mo- sen. Recede à me, & caue ne vltra videas faciem meā: quocun- que die apparueris mihi, morieris. Respondit Mo- ses, Ita fiat vt loquutus es, non videbo vltra faciem tuam.

¶ *Exactis Apostolorum. cap. 21. Lectio secunda.*

Cum autem factū es- set vt nauigaremus abstracti ab eis, re- cto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Patara. Et cūm in- uenissemus nauem transfretantem in Phoenicem, a- scendentes nauigauimus. Cūm apparuissemus autē Cypro, relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, & venimus Ty-

rum: ibi enim nauis expo-
 situra erat onus. Inuētis au-
 tem discipulis, mansimus
 ibi diebus septem: qui Pau-
 lo dicebant per spiritū, ne
 ascenderet Ierosolymā. Et
 expletis dieb⁹, pfecti iba-
 mus, deducētibus nos om-
 nibus, cum vxoribus, & fi-
 liis, vsq; foras ciuitatem: &
 positis genibus in littore,
 orauimus. Et cū ualefecif-
 semus inuicem, ascēdimus
 nauem, illi autē redierunt
 in sua. Nos uerō nauigatio-
 ne expleta, à Tyro descen-
 dimus Ptolemaidā. & salu-
 tatis fratribus; mansimus
 die vna apud illos. Alia au-
 tem die profecti, uenimus
 Cæsareā. Et intrantes do-
 mum Philippi euāgelistę,
 qui erat vnus de septē, mā-
 simus apud eum. Huic au-
 tem erāt quatuor filię vir-
 gines, prophetantes. Et cū
 moraremur p dies aliquot,
 superuenit quidā uir à Iu-
 dæa ppheta nomine Aga-
 bus. Is cū uenisset ad nos,
 tulit zonam Pauli: & allig-
 ans sibi pedes, & manus,
 dixit. Hęc dicit Spirit⁹ san-
 ctus: uirum cuius est zona
 hæc sic alligabunt in Ieru-

salem Iudæi, & tradent in
 manus gentium. Q uod cū
 audissem⁹, rogabam⁹ nos,
 & qui loci illius erant, ne
 ascenderet Ierosolymam.
 Tunc respondit Paulus, &
 dixit. Quid facitis stentes
 & affligentes cor meum?
 Ego autem non solum alli-
 gari, sed & mori in Ierusa-
 lem paratus sum, propter
 nomen domini Iesu. Et cū
 ei suadere non possemus,
 quicquid, dicentes, Dñi
 uoluntas fiat. Post dies au-
 tem istos præparati, ascen-
 debamus in Ierusalem. Ve-
 nerunt autem quidam ex
 discipulis à Cæsareā nobi-
 scum, adducentes secum
 (apud quē hospitaremur)
 Iasonē quendā Cyprium,
 antiquum discipulum. Et
 cum uenissemus Ierosoly-
 mam, libenter exceperunt
 nos fratres. Sequenti autē
 die, introbat Paulus no-
 biscum ad Iacobum, om-
 nesque collecti sunt senio-
 res. Quos cū salutasset,
 narrabat per singula, quæ
 deus fecisset in gentib⁹ per
 ministerium ipsius.

¶ *Veriatenia, ex Exodo.
 cap. 11. Lectio prima.*

ET dixit Dominus ad Moſen, Adhuc vna plaga tagam Pharaonem & Aegyptum, & poſt hæc dimittet vos, & exire compellet. Dices ergo omni plebi, vt poſtulet vir ab amico ſuo, & mulier à vicini ſua vaſa argentea, & aurea. Dabit autem dominus gratiam populo ſuo corà Aegyptiis. Fuitque Moſes vir magnus valde in terra Aegypti, corà ſeruis Pharaonis, & omni populo. Et ait. Hæc dicit Dominus, Media nocte egrediar in Aegyptum & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum à primogenito Pharaonis, qui ſedet in ſolio eius vſque ad primogenitū ancillæ quæ ad mola, & omnia primogenita iumentorum. Eritque clamor magnus in vniuerſa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec poſteà futurus eſt. Apud omnes autem filios Iſrael non mutiet canis ab homine vſque ad pecus: vt ſciatis quanto miraculo diuidat domin⁹ Aegyptios, & Iſrael. Deſcendentque omnes ſerui

tui iſti ad me, & adorabū me, dicentes, Egredere tu, & omnis popul⁹, qui ſubiectus eſt tibi: poſt hæc egrediemur. Et exiit à Pharaone iratus nimis. Dixit autem domin⁹ ad Moſen, Non audiet vos Pharaon, vt multa ſigna fiant in terra Aegypti. Moſes autem, & Aaron fecerunt omnia ſigna, & oſtenta quæ ſcripta ſunt coram Pharaone: & indurauit dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios Iſrael de terra ſua.

¶ Ex actū Apoſt. I. c. ij.

AT illi cū auდიſſent, magnificabāt deū, dixeruntque ei Vidēs frater quot millia ſunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes æmulatores ſunt legis. Audierunt autem de te, quia diſceſſionem doceas à Moſe, corū qui pergentes ſunt Iudæorum, dicens non debere eos circūcidere filios ſuos, neque ſecūdum cōſuetudinem ingredi. Quid ergo eſt? Vtique oportet cōuenire multitudinem: audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo ſac, qđ tibi dicimus, Sunt

nobis viri quatuor, votum habentes sup se. His assumptis sanctifica te cū illis, & impende in illis, vt radant capita: & sciēt omnes, quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex gentibus nos scripsimus, iudicantes vt abstineant se ab idolis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Tunc Paulus assumptis viris postera die purificatus cum illis intravit in templum, annuntiāns expletionem dierū purificationis, donec offerretur p vnoquoque eorum oblatio. Dum autē septem dies consummarētur, hi qui de Asia erant Iudæi, cū viderent eum in templo, cōcitauerunt omnē populū, & iniecerunt ei manus, clamātes, Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populū, & legem, & locū omnes vbiq; docens, insuper & gentiles induxit in templū, & violauit sanctum locū istum. Viderant eum Trophimū Ephesum in ciuitate cum

ipso, quem existimauerūt quoniā in templum introduxisset Paulus. Cōmotaque est ciuitas tota: & facta est cōcursio populī. Et apprehēdentes Paulū, trahebant eum extra templū: & statim clausæ sunt ianux. **Quæ** rētibz autē eum occidere, nūtiatum est tribuno cohortis, **Q**uia tota cōfunditur Ierusalē. **Q**ui statim assumptis militibus, & centurionibus, decurrit ad illos. **Q**ui cū vidissent tribunum, & milites, cessauerūt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus, apprehendit eum, & iussit eū alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alij autem aliud clamabant in turba. Et cū non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eum in castra. Et cū venisset ad gradus, cōtigit vt portaretur à militibus propter vim populī. Sequebatur enim multitudo populī clamans, Tolle eum. Et cū cōpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? **Q**uid di

xit ei, Græcè nosti? Nonne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor millia virorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus. Ego homo sum quidem Iudæus à Tharso Ciliciæ, non ignotæ cultus municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populum. Et cū ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, alloquutus est lingua Hebræa dicens.

¶ Feria quarta, ex Exodo. cap. 33. Lectio prima.

Dixit quoque dñs ad Moysen, & Aaron in terra Aegypti, Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loqui mini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Sin autē minor est numerus vt sufficere possit ad vescendū agnum, assumet vicinum suū, qui cōiunctus est domui eius, iuxta nu-

merum animarum quæ sufficere possūt ad esum agni. Erit autē agnus absq; macula, masculus anniculus. Iuxta quē ritum tolletis & hœdum, & seruabitis eum vsque ad quartamdecimā diem mensis huius, immolabitq; cū vniuersa multitudo filiorum Israel ad vespērā. Et sumēt de sanguine eius, ac ponent super vtrumq; postē: & in superliminaribus domorum in quibus comedēt illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cū lactucis agrestibus. Nō comedetis ex eo crudum quid, nec coctū aqua, sed assum tantū igni: caput cū pedibus eius, & intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo vsq; mane: si quid residuū fuerit, igne comburetis. Sic autē comedetis illum. Renes vestros accingetis, & calceamenta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manib⁹, & comedetis festinanter: est enim phasē, id est, transitus domini. Et transibo per terram Aegypti nocte illa, percutiamq;

omne primogenitū in terra Aegypti, ab homine, vsque ad pecus, & in cunctis diis Aegypti faciā iudicia, ego dñs. Erit autē sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinem & trāsibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero terrā Aegypti. Habebitis autē hunc diem in momentum: & celebrabitis eum solēnem dño in generationib⁹ vestris cultu sempiterno. Septē diebus azyra comedetis, in die primo non erit fermentum in domibus vestris, quicumq; comederit fermentatum, peribit anima illa de Israel à primo die vsque ad diem septimum. Dies prima erit sancta, atq; solēnis, & dies septima eadē festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Et obseruabitis azyra in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de terra Aegypti, & custodietis diem istum, in generationes vestras, ritu perpetuo. Primo mensē, quarta-

decima die mēsis ad vesperam comedetis azyra vsq; ad diem vicesimam primā eiusdē mēsis, ad vesperā. Septem diebus fermentatum non inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatū, peribit anima ei⁹ de cœtu Israel, tam de aduenis quām indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyra.

¶ **Ex actis Apostolorum. cap. 22. Lectio secunda.**

Viri fratres, & patres: audite quam ad vos nunc reddo rationem. Cū audissent autē quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterunt silentium. Et dicit, Ego sum vir Iudæus, natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate secus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatem paternę legis, emulador legis, sicut & vos omnes estis hodie, qui hanc viā persequutus sum vsq; ad mortem, alligans, & tradens in custodias viros ac mulieres, sicut princeps sacerdo

cum mihi testimoniū reddidit, & omnes maiores natu, à quibus & epistolas accipiens ad fratres, Damascū pergebam, vt adducerē inde vinctos in Ierusalem vt punirentur. Factum est autē, cunte me, & appropinquāte Damasco media die, subitō de cœlo circūfulsit me lux copiosa, & decidēs in terrā, audiri vocens dicētem mihi, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego autem respōdi. **Q**uis es domine? Dixitque ad me, Ego sum Iesus Nazarenus quē tu persequeris. Et qui mecum erant, lumen quidem viderunt, vocem autē non audierunt eius, qui loquebatur mecum. Et dixi. **Q**uid faciam domine? Dominus autem dixit ad me, Surgens vade Damascum, & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cū nō viderem præclaritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus veni Damascum. Ananias autē quidam, vir pius secundum legem, testimoniū habens ab omnibus cohabitātibus Iudæis, ve-

niens ad me, & stans, dixit mihi, Saule frater, respice. Et ego eādē horā respexi in eū. At ille dixit. **D**e patrum nostrorum prætor dinavit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum, & audires vocem ex ore eius, quia eris testis illi⁹ ad omnes homines, eorum quæ vidisti, & audisti. Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius. Factum est autem reuertenti mihi in Ierusalem, & orātī in templo, fieri me in stupore mentis, & videre illū dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusalē, quoniam non recipiēt testimoniū tuū de me. Et ego dixi. **D**ñe, ipsi sciunt, quia ego trā cōcludens in carcerem, & cædens per synagogas eos qui credebāt in te: & cū funderetur sanguis Stephani testis tui, ego astabam & cōsentiebā, & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me. Vade, quoniā ego in nationes longē mitam te. Audiebant autem

eum vsque ad hoc verbum
& leuauerūt vocem suam,
dicentes. Tolle de terra hu
iusmodi: non enim fas est
eum viuere.

Quarta quinta, ex Exodō.

Lectio prima.

Vocauit autem Mo
ses omnes seniores
filiorum Israel, & di
xit ad eos. Ite tollentes ani
mal per familias vestras, &
inmolate phasē. Fascicu
lumque hyssopi tingite in
sanguine qui est in limine,
& aspergite ex eo suplim
inare, & virumque postem:
nullus vestrum egrediatur
ostium domus suæ vsq; ma
ne, transibit enim dñs per
cutiens Aegyptios: cumq;
viderit sanguinē in superli
minari, & in utroq; poste,
transcendet ostium domus,
& non sinit percussorē in
gredi domos vestras, & læ
dere. custodi verbum illud
legitimum tibi, & filiis tuis,
vsq; in æternum. Cumque
introeritis terrā quā dñs
Deus daturus est vobis, vt
pollicitus est, obseruabitis
ceremonias istas. Et cum
dixerint vobis filij vestri,
Quæ est ista religio? dice-

tis eis. Victimā trāsīt⁹ dñi
est, quando transiuit super
domos filiorum Israel, in
Aegypto, percutiēs Aegy
ptios, & domos nostras li
berās. Incuruatusq; popu
lus adorauit. Et egressi fi
lij Israel fecerūt sicut præ
ceperat dñs Mese, & Aarō.
Factum est autē in noctis
medio percussit dñs omne
primogenitū in terra Ae
gypti, à primogenito Pha
raonis qui in solio eius se
debat, vsq; ad primogeni
tū captiuæ quæ erat in car
cere, & omne primogeni
tum iumentorū. Surrexit
Pharao nocte, & oēs serui
eius, cunctaq; Aegyptus:
& ortus est clamor magn⁹
in Aegypto: neq; enim e
rat domus in qua nō iace
ret mortu⁹. Vocatisq; Pha
rao Mese, & Aarō nocte,
ait, Surgite, & egredimini
à populo meo, & vos, & fi
lij Israelite, & immolate
dño, sicut dicitis. Oues ve
stras, & armenta assumite,
vt petieratis, & abeūtes be
nedicite mihi. Urgebantq;
Aegyptij populū de terra
exire velociter, dicentes.
Omnes moriemur. Tulit

igitur populus cōſperſam
farinam antequam ſermen-
taretur, & ligans in palliis
poſuit ſuper humeros ſu-
os. Feceruntq; filij Iſrael,
ſicut præceperat dominus
Moſi: & petierunt ab Aegy-
ptiis vaſa argētea, & aurea,
veſtemque plurimam. Do-
minus autem dedit gratiā
populo, eoram Aegyptiis,
vt commodarēt eis: & ſpo-
liauerunt Aegyptios.

¶ Ex actis Apoſtolorum.
cap. 23. Lectio ſecunda.

Voſiferātibus autem
eis: & proiicientibus
veſtimēta ſua, & pul-
uerem iactantibus in aerē,
iuſſit tribunus induci eum
in caſtra, & flagellis cedi,
& torqueri eum, vt ſciret
propter quam cauſam ſic
acclamarēt ei. Et eū aſtrin-
xiſſet eum loris, aſtanti ſi-
bi cēturioni Paulus dixit.
Si hominē Romanum, &
indemnātū licet vobis fla-
gellare? Quo audito, Cen-
turio acceſſit ad tribunū,
& nutiauit ei, dicēs, Quid
acturus es? Hic em̄ homo,
cuius Romanus eſt. Ace-
dens autem tribunus dixit
illi. Dic mihi, ſi tu Roma-

nus es. At ille dixit, Etiam.
Et reſpōdit tribunus, Ego
multa ſumma ciuilitatem
hanc conſequutus ſum. Et
Paulus ait. Ego autē & na-
tus ſum. Protinus ergo di-
ſceſſerunt ab illo, qui eum
torturi erant. Tribunus
quoque timuit, poſtquam
reſciuit, quia Romanus eſ-
ſet, & quia alligaſſet eum.
Poſtera autē die volēs ſci-
re diligentius, qua ex cau-
ſa accuſaretur à Iudæis, ſol-
uit eū, & iuſſit ſacerdotes
conuenire, & omne conci-
lium, & producens Paulū
ſtatuit inter illos. Intendēs
autē in concilium Paulus,
ait. Viri fratres, ego omni
conſcientia bona conuer-
ſatus ſum ante Deum uſq;
in hodiernum diem. Prin-
ceps autem ſacerdotū Ana-
nias, præcepit aſtātibus ſi-
bi, percutere os eius. Tunc
Paulus dixit ad eum. Per-
cutiet te deus, paries deal-
bate. Et tu ſedens iudicas
me ſecundum legem, & cō-
tra legem iubes me percu-
ti. Et qui aſtabat, dixerūt.
Summum ſacerdotem dei
maledicis? Dixit autē Pau-
lus, Neſciebā fratres, quia

princeps est sacerdotum. Scriptum est enim. Principem populi tui non maledices. Sciens autē Paulus, quia vna pars esset Sadducæorū, & altera, Pharisæorum, exclamauit in concilio. Viri fratres, ego Pharisæus sum, filius Pharisæi, de spe, & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cū hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos, & Sadducæos, & soluta est multitudo. Sadducæi autē dicunt nō esse resurrectionem mortuorum, neq; angelum, neque spiritū: Pharisæi autem vtræque confidentur. Factus est autē clamor magnus, & exurgentes quidam Pharisæorum, pugnabant dicentes. Nihil mali inuenim⁹ in homine isto. quid si spiritus loquutus est ei, aut angelus? Et cū magna dissensio facta esset, timēs tribunus ne discerperetur Paul⁹ ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eū de medio eorum, ac deducere eū in castra. Sequēti autem nocte assistens ei Dominus, ait. **Constans esto: sicut enim**

testificat⁹ es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari.

¶ **Feria sexta, ex Exodo.**

Lectio prima.

Profectique sunt filij Israel de Ramesse in Socoth sexcenta ferē millia peditum virorum, absque paruulis, & mulieribus. Sed vt vulgus promiscuū innumerabile ascēdit cum eis, oues, & armenta, & animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq; farinam quam dudum de Aegypto conspersam tulerant; & fecerunt subcineritios panes azymos. neq; enim parerat fermentari cogentibus exire Aegyptiis, & nullam facere sumentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. Habitatio autē filiorū Israel quā manserūt in Aegypto, fuit quadringētorum triginta annorum. Quibus expletis, eadē die egressus est omnis exercitus dñi de terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis Dñi, quando eduxit eos de terra Aegypti: hanc obseruare debēt omnes si-

Iſrael in generationibus ſuis. Dixitq; dominus ad Moſen, & Aaron, Hæc eſt religio phaſe. Omnis alienigena nõ comedet ex eo. Omnis autẽ ſeruus emptius circũcidetur, & ſic comedet. Aduena, & mercenarius non edent ex eo. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnib⁹ eius ſeras, nec os illius confringetis. Omnis cõtus filiorum Iſrael faciet illud. Quid ſi quis peregrinorum in veſtram voluerit tranſire coloniam, & facere phaſe domini: circũcidetur prius omne maſculinũ eius, & tũc ritẽ celebrabit, eritq; ſicut indigena terre: ſi quis autẽ circũciſus non fuerit, nõ veſcetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ, & colono, q̃ peregrinatur apud vos. Feceruntq; omnes filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moſi, & Aaron. Et eadem die eduxit domin⁹ filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

¶ *Ex actis Apoſt. Lect. ij.*

FActa autem die, collegerunt ſe quidam ex Iudæis, & deuouerunt

ſe dicentes, neq; manducatuſos neque bibituſos, donec occiderẽt Paulũ. Erãt autẽ plũs quã quadraginta viri, qui hanc coniurationem fecerant: qui accelſerunt ad principem ſacerdotum, & ſeniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos, nihil guſtatuſos, donec occidamus Paulũ. Nunc ergo vos notũ facite tribuno, cum concilio, vt producat illum ad vos, tanquã aliquid certius cognituri de eo. Nos verò, prius quãm appropiuet, parati ſumus interficere illum. Quod cũ auდიſſet filius ſororis Pauli inſidias, venit, & intrauit in caſtra, nuntiauitq; Paulo. Vocans autem Paulus ad ſe vnum ex cõturonibus, ait. Adoleſcẽtem hunc adduc ad tribunum: habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem aſſumens eum, duxit ad tribunum, & ait. Vincẽ Paulus rogauit me hunc adoleſcentẽ perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autẽ tribunus manũ illius, ſeceſſit cum eo ſorſum, &

interrogauit illum. Quid est quod habes iudicare mihi? Ille autem dixit. Iudæis conuenit rogare te, ut crastina die producas Paulum in conciliū, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo, tu uero ne credideris illis. insidiatur enim ei ex eis viri amplius, quā quadraginta. qui se deuouerūt non manducare, neque bibere, donec interficiat eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolēcentē: precipiens ei, ne cui loqueretur: quoniam hæc nota sibi fecisset. Et uocatis duobus ceterionibus, dixit illis. Parate milites ducentos, ut eant usque Cesarēam, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate, ut impoñentes Paulum, saluum perducerēt ad Felicem præsidē. (Timuit enim ne forte raperent eum Iudæi, & occiderent, & ipse postea calūniam sustineret tanquā accepturus pecuniā) scribens ei epistolā continētē hæc. Claudius Lyſias, optimo

præ sibi Felici salutem. Virum hunc cōprehensum à Iudæis, & incipientē interfici ab eis, superueniens cū exercitu, eripui, cognitoque Romanus est: uolēsque scire causam quam obiciebant illi, deduxi eum in conciliū eorum. Quē inueni accusari de quæstionibus legis ipsorū. nihil uero dignum morte, aut uinculis habentē crimen. Et cū nihil perlatum esset de insidiis quas parauerāt illi, missi eum ad te, denuntians & accusatoribus, ut dicant apud te. Vale. Milites uero, secūdum præceptum sibi, assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. Et postera die, dimissis equitibus, ut cum eo irent, reuersi sunt ad castra. Qui cū uenissent Cesarēam, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cū legisset autē, & interrogasset de qua provincia esset: & cognoscens, quia de Cilicia. Audiam te, inquit, cū accusatores tui uenerint. Iussitque in prætorio Herodis custodiri eum.

Sabbato, ex Exodo.
cap. 13. Lectio prima.

Locutusque est dominus ad Moſen, dicens. Sãctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filiis Iſrael, tam de hominibus, quam de iumẽtis: mea ſunt enim omnia. Et ait Moſes ad populum. Memẽtote diei huius in qua egreſſi eſtis de Aegypto, & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos dominus de loco iſto: vt non comedatis fermẽtatum panem. Hodie egrediemini menſe nouarum frugum. Cumq; introduxerit te Dominus in terrã Chanaanã, & Hethã, & Amorrhã, & Heuuzã, & Iebuſã, quam iurauit patribus tuis, vt daret tibi terrã fluẽtem lacte, & melle, celebrabis hũc morem ſacrorum menſe iſto. Septẽ diebus veſcẽris azymis: & In die ſeptimo erit ſolemnitas Domini. Azyma comedetis ſeptẽ dieb: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cũctis finibus tuis. Narrabiſq; filio tuo in die illo,

dicens. Hoc eſt quod fecit mihi dñs quando egreſſus ſum de Aegypto. Et erit quaſi ſignũ in manu tua, & quaſi monimẽtum ante oculos tuos: & vt lex dñi, ſemper ſit in ore tuo: I manu em forti eduxit te dominus de Aegypto. Custodias huiuscemodi cultum ſtatuto tẽpore à diebus in dies. Cũq; introduxerit te dñs in terrã Chanaanã, ſicut iurauit tibi, & patribus tuis, & dederit tibi eam: ſeparabis omne quod aperit vuluam, dño, & quod primitium eſt in pecoribus tuis: quicq; habueris maſculini ſexus, conſecrabis domino. Primogenitũ aſini mutabis oue, qđ ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, precio redimes.

Actis Apostolorum.
cap. 24. Lectio ſecunda.

Poſt quinq; autẽ diẽs deſcendit princeps ſacerdotũ Ananias, cũ ſenioribus quibuſdam, & Tertulo quodam oratore qui adierunt præſidẽ aduerſum Paulum. Et citato

Paulo, cepit accusare Ter-
 tulus, dicens. Cùm in mul-
 ta pace agamus per te, &
 multa corrigantur per tuâ
 providentiâ: semper, &
 ubiq; suscipimus, optime
 Felix cum omni gratiarû
 actione. Ne diutius aut te
 protrahâ, oro. Breuiter au-
 dias nos, pro tua clemen-
 tia. Inuenimus hûc homi-
 nem pestiferû, & concitan-
 tem seditione, omnib⁹ Iu-
 dzis, in vniuerso orbe, &
 authorem seditionis sectæ
 Nazarenorum, qui etiam
 templum violare conatus
 est quem & apprehensum,
 volumus secundum legē
 nostrâ iudicare. Superue-
 niens autem tribunus Ly-
 sias, cum vi magna eripuit
 eum de manibus nostris,
 iubens accusatores eius ad
 te venire, a quo poteris ip-
 se iudicâs de omnibus istis
 cognoscere, de quibus nos
 accusamus eû. Adiecerunt
 autē & Iudæi, dicens hec
 ita se habere. Respondit au-
 tem Paulus, annuente sibi
 præside dicere. Ex multis
 annis te esse iudicem genti-
 huic sciens, bono animo
 pro me satisfaciam. Potes

enim cognoscere quia nô
 plus sunt mihi dies, quàm
 duodecim, ex quo ascendî
 adorare in Ierusalē, & ne-
 que in templo inuenerunt
 me cum aliquo disputan-
 tem, aut concursum facie-
 tem turbæ, neq; in synago-
 gis, neq; in ciuitate, neq;
 pbare possunt tibi de qui-
 bus nunc me accusant. Cō-
 fiteor autē hoc tibi, quod
 secundum sectâ, quam di-
 cunt hæresim, sic deseruio
 patri, & deo meo, credens
 omnibus quæ in lege, &
 prophetis scripta sunt: spē
 habens in Deû, quam & hi
 ipsi expectât, resurrectionem
 futurâ iustorû, & ini-
 quorum. In hoc & ipse stu-
 deo sine offendiculo con-
 sciētiam habere ad Deum,
 & ad hominē semper. Post
 annos autem plures, ele-
 mosinas facturus in gentē
 meam ueni, & oblationes,
 & vota in quibus inuene-
 runt me purificatû in tem-
 plo, non cum turba, neq;
 eû tumultu. Et apprehen-
 derunt me clamantes, & di-
 centes. Tolle inimicû no-
 strum. Quidam autem ex
 Asia Iudæi, quos oportet

Dominica vij. post Pentecosten.

bat apud te prestare esse, & accusare, si quid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant si quid inuenerunt in me iniquitatis, cum stem in consilio, nisi de vna hac solummodo voce qua clamaui inter eos, stas. Quonia de resurrectione mortuorum ego iudicor hodie a vobis. Distulit autem illos Felix, certissime sciens de via hac dicens. Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos, iussitque centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quemquam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies, veniens Felix cum Drusilla vxore sua, que erat Iudaea, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fide, que est in Christo Iesum. Disputante autem illo de iustitia, & castitate, & iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te. simul & sperans quod pecunia ei daretur a Paulo propter quod, & frequenter accersiens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit suc-

cessorem Felix, Portium Festum. Volens autem gratiam prestare Iudaeis Felix, reliquit Paulum vincatum.

Dñica. vij. post Pentecosten. I. ex Exodo. Lectio. I.

Cumque interrogauerit te filius tuus cras dicens, quid est hoc? respondebis ei, In manu forti eduxit nos dominus, de terra Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharaon, & nollet nos dimittere, occidit dominus omne primogenitum in terra Aegypti, a primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum. idcirco immolo domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo. Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appendix quid, ob recordationem, ante oculos tuos, eod quod in manu forti eduxit nos dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit dominus per viam terrae Philistinum, que vicina est, reputans ne forte poeniteret eum, si vidisset aduersum se bella.

bella consurgere, & reu-
teretur in Aegyptum. Sed
circunduxit per viâ deser-
ti, quæ est iuxta mare ru-
brû, & armati ascenderunt
filij Israel de terra Aegy-
pti. Tulit quoque Moses
ossa Ioseph secû: eò quòd
adiurasset filios Israel, di-
cens. Visitabit vos Deus,
afferte ossa mea hinc vobi-
scum. Profectique de So-
coth castrametati sunt in
Ethan in extremis finibus
solitudinis. Dominus au-
tem præcedebat eos ad o-
stendendam viam per diem
in columna nubis, & per
noctem in columna ignis:
vt dux esset itineris utroq;
tempore. Nûquam defuit
columna nubis per diem,
neque columna ignis per
noctem, coram populo.

¶ *Ex Actis apost. cap. 25.*
Lectio secunda.

Festus ergo cû venif-
set in prouinciâ, post
triduû ascendit Iero-
solymam à Cæsarea. Adie-
runtq; eû principes sacer-
dotum, & primi Iudæorû
aduersus Paulum: & roga-
bant eum, postulantes gra-
tiam aduersus eum, vt iu-

beret perduci eum in Ieru-
salem, insidias intédentes,
vt interficerët eum in via.
Festus autè respondit, ser-
uari quidem Paulû in Cæ-
sarea: se autè maturius pro-
fecturû. **Qui** ergo in vo-
bis (ait) potentes sunt de-
scendentes simul: si quòd
est in viro crimè, accusent
eum. Demoratus autè in-
ter eos dies non ampliùs
quàm octo aut decem, de-
scèdit Cæsaream: & altera
die sedit pro tribunali: &
iussit Paulû adducti. **Qui**
cû perductus esset, circum-
steterunt eum, qui ad Iero-
solyma descenderât Iudæi,
multas & graues causas ob-
iicientes, quas non pote-
rant probare Paulo ratio-
nem reddente, **Quoniam**
neque in legem Iudæorû,
neque in tēplum, neque in
Cæsarem quicquam pec-
caui. Festus autem volens
gratiâ præstare Iudæis, re-
spondens Paulo, dixit. Vis
Ierosolymam ascendere, &
ibi de his iudicare apud
me? Dixit autem Paulus.
Ad tribunal Cæsaris sto,
ibi me oportet iudicari. Iu-
dæis non nocui, sicut tu

B. N.

meus nocui. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci non recuso mori. si vero nihil est eorum quae hi accusant me: nemo potest me illis donare. Caesarem appello. Tunc Festus cum consilio locutus, respondit Caesarem appellasti, ad Caesarem ibis. Et cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex, & Bernice descenderunt Caesaream ad salutandum Festum. Et cum dies plures ibi morarentur. Festus regi indicauit de Paulo, dicens. Vir quidam est derelictus a Felice vinculus, de quo cum essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotum & seniores Iudaeorum, postulantes aduersus illum damnationem. Ad quos respondi. Quia non est Romanis consuetudo, damnare aliquem hominem, priusquam is qui accusatur, praesentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina, quae ei obiciuntur. Cum ergo huc conuenissent, sine ulla dilatione, in sequenti die sedes per tribunal iussi ad-

duci virum. De quo, cum stetissent accusatores, nullam causam deferebant, de quibus ego suspicabar malum: quaestiones vero quaedam de sua superstitione habebat aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitans autem ego de huiusmodi quaestione, dicebam, si vellet ire Ierosolymam: & ibi iudicari de istis. Paulo autem appellante, ut seruaretur Augusti cognitioni, iussi seruari eum, donec mitterem eum ad Caesarem. Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire. Cras (inquit) audies eum.

Secundum Marcum. cap. 17.

Lectio tertia.

In illo tpe: Cum turbamulta esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent, conuocatis discipulis, ait illis. Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducant. Et re-

Homilia sancti Ambr. epi.

Posteaquam illa quaestio ecclesie typum accepit, a fluxu curata est

fanguinis. Posteaquã apostoli ad euangelizandũ regnum Dei sunt destinati, gratiã celestis impartitur alimentũ. Sed quibus impartiatu aduerte. Non otiosis, nõ in ciuitate, quasi in synagoga, vel seculi dignitate residetibus: sed inter deserta quærentibus Christum. Qui enim non fastidiunt, ipsi recipiuntur à Christo: & cũ eis loquitur Dei verbum: nõ de secularib⁹, sed de dei regno. Et si qui corporalis gerunt vulnera passionis: his medicinam suam libenter indulget. Consequens igitur erat, vt quos à vulnerũ dolore sanauerat, eos alimoniis spiritualibus à ieiunio liberaret. Itaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus. Et illi qui vocantur ad cœnam, prius vocãdo sanantur. Si claudus fuerit: gradiendi facultatem: vt veniret accipit. Si lumine erat priuatus oculorum, domum vtique domini, nisi refusa luce, intrare non potuit. Vbiq; ergo mysterij ordo seruatur: vt prius per remissio-

nem peccatorum vulneribus medicina tribuatur: postea alimonia mense celestis exuberet. *Oratio.*

DEus virtutum, cuius est totum quod est optimum, insere peccatoribus nostris amorẽ tui nominis: & presta in nobis religionis augmentum, vt quæ sunt bona nutrias, ac pietatis studiũ, quæ sunt nutrita custodias. Per do-

¶ *Feria. ij. ex Exod. ca. 14.*

Lectio prima.

Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens, Loquere filiis Israel, Reuersi castrametentur è regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum, & mare cõtra Beelsephon: in cõspectu eius castra ponetis super mare. Dicturusque est Pharaon super filiis Israel, coartati sunt in terra, conclusit eos desertum. Et indurabo cor eius, persequetur vos, & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius: scientque Aegypti, quia ego sum dominus. Feceruntque ita. Et nuntiatum est regi Aegyptiorum, quod fugisset

populus: immutatimque est cor Pharaonis, & seruum eius super populum, & dixerunt. Quid volumus facere, vt dimitterem⁹ Israel, ne seruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum. Tulitque sexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruum fuit: & duces totius exercitus. Indurauit, que dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel: at illi ingressi erant, in manu excellenti. Cūque persequeretur Aegyptij vestigia precedentium, receperunt eos in castris super mare: omnis equitatus, & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phirahahiroth, cōtra Beelsephon. Cūque appropinquasset Pharao, leuantes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se: & timuerunt valde, clamaueruntque ad dominū, & dixerunt ad Moſen, Forsitan non erant sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere vo-

lueris, vt educeres nos ex Aegypto? Nōne iste est sermo quem loquebamur ad te in Aegypto, dicētes. Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptiis? multo enim melius erat seruire eis, quam mori in solitudine. Et ait Moſes ad populum, Nolite timere. Scite, & videte magnalia domini que factur⁹ est hodie: Aegyptios enim quos nūc videtis, nequaquam vltra videbitis vsque in sempiternum, dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

¶ *Ex Actis apost. Lect. ij.*

Altera autē die cū venisset Agrippa, & Bernice cū multa ambitione, & introissent in auditorium cum tribunis, & viris principalibus ciuitatis: iubente Festo adductus est Paulus. Et dicit Festus. Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc hominē, de quo omnis multitudo Iudæorū interpellauit me Ierosolymis, petētes, & acclamantes, nō oportere eū viuere amplius. Ego verò cōperi, nihil dignum mor-

te eſſe admiſiſſe. Ipſe autē, hoc appellante ad Auguſtum, iudicauit mittere. De quo quid certum ſcribam domino, non habeo. Propter quod perduxi eū ad vos, & maximē ad te rex Agrippa, vt interrogatio- ne facta, habeā quod ſcribā. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vincētū & cauſas eius nō ſignificare. Agrippa verō ad Paulum ait, permittitur tibi loqui pro temetiſo. Tunc Paulus extenta manu cōpīt rationem reddere. De omnibus quib⁹ accuſor à Iudēis rex Agrippa, exiſtimo me beatum apud te, cū ſim deſenſurus me hodie, maximē te ſciente omnia quę apud Iudęos ſunt, conſuetudines, & quęſtiones, propter quod obſecro, patienter me audias. Et quidē vitam meam à iuuetute, quę ab initio fuit in gente mea in Ieroſolymis, nouerunt omnes Iudęi: præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimonium perhibere) quoniam ſecundum certiffimā ſectam noſtrę religionis, vixi Phariſæus. Et nunc in

ſpe quę ad patres noſtros repromiſſionis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiect⁹, inquam duodecim tribus noſtrę nocte, & die deſerui- entes, ſperant deuenire. De qua ſpe accuſor à Iudęis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? Et ego quidē exiſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa cōtraria agere: quod & feci Ieroſolymis. & multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cū occiderētur, detuli ſententiam. Et per omnes ſynagogas frequenter puniens eos, compellebam blaſphemare: & ampli⁹ inſaniēs in eos, perſequebar vſque in exterās ciuitates.

¶ *ſeris ſertia, ex Exodo.*

Lectio prima.

Dixitque dominus ad Moſen, Quid clamas ad me? loquere filiis Iſrael, vt proficiſcantur. Tu autem eleua virgā tuam, & extēde manū tuā ſuper mare, & diuide illud. vt gradientur filij Iſrael in

medio mari per siccū. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum, vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus, & in equitibus illius. Et scient Aegyptij, quia ego sum dominus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus, atque in equitibus eius. Tollensq; se angelus Domini qui præcedebat castra Israel, abiit post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergū. Stetit inter castra Aegyptiorum, & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctē, ita vt ad se inuicem toto noctis tēpore accedere nō valerent. Cūq; extendisset Moses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccū: diuisaque est aqua. Et ingressi sunt filij Israel per mediū sicci maris: erat em̄ aqua quasi murus à dextra eorum & læua. Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos, & om̄is equi-

tatus Pharaonis, currus eius, & equites per medium maris. Iamq; aduenerat vigilia matutina. Et ecce respiciens dominus super castra Aegyptiorum, per columnam ignis, & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas currū, ferebanturque in profundum. Dixerūt ergo Aegyptij, Fugiamus Israel: dñs enim pugnat pro eis cōtra nos. Et ait domin⁹ ad Moysen, Extēde manum tuam super mare, vt reuertatur aqua ad Aegyptios super currus, & equites eorum. Cumq; extendisset Moyses manum cōtra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locū: fugiētibusque Aegyptiis occurrerūt aqua, & inuoluit eos dominus in medijs fluctibus. Reuersaque sunt aqua, & operuerūt currus, & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerāt mare: nec vn⁹ quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerūt per medium sicci maris, & aqua eis erant quasi promuro, à dextris, & à sini-

ſtris: liberauitq; dominus in die illa Iſrael de manu Aegyptiorum. Et viderūt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnam quā exercuerat dominus contra eos: timuitque populus dominum: & crediderūt domino, & Moſi ſeruo eius.

¶ *Ex Actis Apoſt. Lec. ij.*

IN quibus dū irem Damascū cum potestate, & permiſſū principū ſacerdotū, die media, in via vidi (rex) de cælo ſupra ſplendorem ſolis circumfulſiſſe me lumen, & eos qui mecū ſimul erant. Omnēſq; nos cūm decidiffemus in terrā audiui vocē loquentē mihi Hebraica lingua, Saule Saule, quid me perſequeris? Durum eſt tibi contra ſtimulū calcitrare Ego autē dixi, *Quis es domine?* Dominus autē dixit. Ego Ieſus quem tu perſequeris. Sed exurge, & ſta ſuper pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt cōſtituam te miniſtrum, & teſtē eorū quæ vidisti, & eorum in quibus apparebo tibi, cripiens te de populis, &

gentibus, in quas nūc ego mitto te aperire oculos eorum: vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate ſatanæ ad deum, vt accipiant remiſſionē peccatorū, & ſortem inter ſanctos per fidem, quæ eſt in me. Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cęleſti viſioni: ſed his qui ſunt Damasci primū, & Ieroſoly mis, & in omnem regionē Iudææ, & gentibus annūtiabam, vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentię opera facientes. Hac ex cauſa me Iudæi, cūm eſſem in templo, comprehēſum tentabant interficere. Auxilio autē adiutus dei uſq; in hodiernū diem ſto, teſtificans minori atq; maiori, nihil extrā dicens quàm ea quæ prophetæ locuti ſunt futura eſſe. & Moſes, ſi paſſibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus eſt populo, & gentibus. Hæc loquente eo, & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit. Inſanis Paule: multæ te literæ ad

infantiam conuertunt. Et Paulus. Non infanio (inquit) optime Feste, sed veritatis, & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem cōstāter loquor: latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horū gestum est. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum. In modico suades me Christianū fieri, & Paulus. Opto apud Deum, & in modico & in magno: nō tantū te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et exur rex rex, & præses, & Bernice, & quī absidebant eis. Et cū secessissent, loquebantur adinutem dicentes, quia nihil morte, aut vinculis dignum quid fecit homo iste. Agrippa autem Festo dixit, dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

¶ Feria. iij. ex Exo. ca. 17.

Lectio prima.

Tunc cecinit Moyses, & filij Israel carmen hoc Domino, & di-

xerunt, Cantemus domino, gloriose enim magnificatus est: equum, & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea dominus, & factus est mihi in salutē: iste Deus meus, & glorificabo eū, deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnatō, omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis, & exercituum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis. dextera tua domine magnificata est in fortitudine: dextera tua domine percussit inimicum. Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos: misisti iram tuam, quæ deuorauit eos, sicut stipulam. Et in spiritu furoris tui congregatæ sūt aquæ: stetit vnda fluēs, congregatæ sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus, Persequar, & comprehendam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehemētibus. **Quis** similis tui in fortibus Domine? quis similis tui? magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia. Extendisti manum tuā, & deuorauit eos terra. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum. Ascenderunt populi, & irati sunt dolores obtinuerunt habitatores Philistinim. Tunc conturbati sunt principes Edon, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan. Irruat super eos formido & pavor in magnitudine brachij tui: sicut immobiles quasi lapis: donec petransseat populus tuus domine, donec petransseat populus tuus iste quem poscedisti. Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tue, firmissimo habitaculo tuo, quod operatus es domine: sanctuariū tuū domine, quod firma-

uerunt manus tuæ: dominus regnabit in æternum, & ultra. Ingressus est enim eques Pharaon cum curribus, & equitibus eius in mare: & reduxit super eos dominus aquas maris: filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio eius.

Ex Actis aposto. cap. 27.
Lectio secunda.

VT autem iudicatum est nauigare eum in Italiā, & tradi Paulum cum reliquis custodiis centurioni, nomine Iulio, cohortis Augustæ, ascendentes nauem Adrumetinanam, incipientem nauigare circa Asie loca sustulimus, perseverante nobiscum Aristarcho Macedone Thessalonicensi. Sequenti autem die venimus Sidonem. Humanè autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. Et inde cum sustulissimus, subnauigauimus Cyprum: propterea quod essent venti contrarij. Et pelagus Ciliciæ, & Paphliziæ nauigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ: & ibi inueniens Ceterio nauem

Alexandrinam nauigātem in Italiam transposuit nos in eam. Et cū multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra Chnidum prohibente nos vëto, ad nauigauimus Crete iuxta Salmonem: & vix iuxta nauigātes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni portus, cui iuxta erat ciuitas Thelassa. Multo autem tēpore peractō, & cū iam non esset tuta nauigatio, eò quòd ieiunium iam præterisset, cōsolabatur eos Paulus, dicens eis. Viri video quoniam cū iniuria, & multo damno, nō solum oneris, & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio. Centurio autem gubernatori, & nauclero magis credebat, quā his quæ à Paulo dicebantur. Et cū aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consiliū nauigare inde, si quo modo possent deueniētes Phœnicem hyemare, portum Crete, respicientem ad Africum, & ad Corum. Aspirante autem Austro,

æstimantes propositum se tenere, cū sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non post multum autem misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euro Aquilo. Cūq; arrepta esset nauis, & non posset conari in ventū, data naue statib⁹ ferebamur. In insulam autem quādam decurrentes, quæ vocatur Clauda, potuimus vix obtinere scapham. Quæ sublata adiutoriis utebantur, accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderēt, submisso vase, sic ferebantur. Valida autem nobis tempestate iactatis, sequēti die iactum fecerunt: & tertia die suis manibus armamēta nauis proiecerūt. Neque autem sole, neque syderibus apparētibus per plures dies, & tempestate nō exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ.

¶ **Feria. v. ex Exodo. Lec. 1.**

Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua egressæque sunt omnes mulieres post eam,

cum tympanis, & choris, quibus præcinebat, dicēs. Cateamus domino, gloriose enim magnificatus est: equum: & ascensorem deiecit in Mare. Tulit autem Moses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebāt aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quod essent amaræ, vnde & cōgruum loco nomen imposuit, vocans illū Mara, id est, amaritudinē. Et murmurauit populus contra Moſen, dicēs. Quid bibemus? At ille clamauit ad dominum, qui ostēdit ei lignū: quod eū misisset in aquas, in dulcedinem verſæ sunt: ibi cōstituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit eū, dicēs. Si audieris vocem domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem quem posui in Aegypto, non inducā super te. ego enim sum dñs

Deus saluator tuus. Venerunt autem in Elim filij Israel, vbi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmæ, & castra metati sunt iuxta aquas.

¶ **Ex Actis apost. Lect. 15.**

ET cū multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum, dixit. Oportebat quidem, s̄ viri, audire me nō tollere à Creta, lucrique facere iniuriā hanc, & iacturam. Et nūc suadeo vobis bono animo esse: amissio enim nulli² animæ erit ex nobis, præterquam nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei cuius sum ego, & cui deserui, dicēs. Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi deus oēs qui nauigāt tecū. Propter quod, bono animo estote viri: credo enim Deo, quia sic erit quæadmodū dictū est mihi. In insulā autem quādā oportet nos deuenire, Sed postea quā quartadecima nox superuenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabatur nauis apparere sibi

aliquam regionem. Qui & submittentes holidem inuenerunt passus viginti: & pupillum inde separati, inuenerunt passus quindecim. Timētes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittentes ancoras quatuor optabant diē fieri. Nautis verò querentibus fugere de nauī, cū misissent scaphā in mare, sub obtentu quasi inciperent à prora ancoras extendere, dixit Paulus Centurioni, & militibus. Nisi hi in nauī manserint, vos salui fieri non potestis. Tūc absciderunt milites funes scaphę, & passi funi eam excidere. Et cū lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens. Quarta decima diē hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibū pro salute vestra: quia nullius vestrū capillus de capite peribit. Et cū hæc dixisset, sumens panē gratias egit Deo in conspectu omnium: & cū fregisset, cepit manducare. Animę quiores autem facti omnes,

& ipsi sumpserunt cibum. Eramus verò vniuersę animę in nauī, ducentę septuaginta sex. Et satiati cibo, alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. Cū autem dies factus esset terram nō agnoscebat: sinum verò quendam considerabant habentem littorē, in quem cogitabat, si possent eicere nauē. Et cū anchoras sustulissent, committebant se mari, simul laxantes iūcturas gubernaculorum: & leuato artemonē secundum aurę flatum, tendebat ad littus. Et cū incidissemus in locū dichalassum impegerunt nauē: & prora quidem fixa, manebat immobilis: puppis verò soluebatur à vi maris. Militum autem consilium fuit, vt custodias occiderent: ne quis cū enataisset, effugeret. Centurio autem volēs seruare Paulū, prohibuit fieri: iussitque eos quę possent natate, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire, & ceteros alios in tabulis ferebant, quosdam super ea quę de nauī erant. Et sic factum

est, vt omnes animæ euaderent ad terram.

¶ Feria. vj. ex Exo. esp. 16.
Lectio prima.

Profectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim, & Sinai, quinto decimo die mensis secundi, postquam egressi sunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen, & Aaron, in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos. Vtinam mortui essemus per manum domini in terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniū, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de caelo egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt, p̄ singulos dies, vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplicem quam colligere solebant p̄

singulos dies. Dixeruntque Moyses, & Aaron ad omnes filios Israel. Vespere sciētis quod dominus eduxerit vos de terra Aegypti. Et mane videbitis gloriam domini: audiuit enim murmur vestrum, contra dominum, nos verò quid sumus quia misistis contra nos? Et ait Moyses. Dabit vobis dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate: eò quod audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum. nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra dominum. Dixit quoque Moyses ad Aaron, Dic vniuersæ congregationi filiorum Israel, Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. Cumque loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria domini apparuit in nube.

¶ Ex Actis. apost. Cap. 28.
Lectio secunda.

ET cum euasissimus, tunc cognouimus, quia Melite, insula vocabatur. Barbari verò prax-

stabant non modicam humanitatem nobis. Accensa enim pyra, resciebant nos omnes, propter imbrē qui imminebat, & frigus. Cū congregasset autem Paulus samentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipers a calore cum processisset: inuasit manum eius. Ut verò viderunt Barbari pendente bestia, de manu eius, adinuicem dicebant. Vtique homicida est homo hic, qui cū euasit de mari, vltio non finit eū viuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabāt eum in tumorem cōuertēdum, & subito casurum, & mori. Diu autem illis expectantibus, & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes se, dicebant eum esse Deū. In locis autem illis erant prędia principis insulę, nomine Publij: q̄ nos suscipiēs, triduo benignē exhibuit. Contigit autē patrem Publij febribus, & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit. & cū o-

rasset & imposuisset ei manus, saluauit eū. Quo facto, omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebāt, & curabātur: qui etiā multis honoribus nos honorauerūt, & nauigantibus, imposuerunt quę necessaria erant. Post mēses autē tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quę in insula hyemauerat, cui erat insigne Castorum. Eō cū venissemus Syracusas, māsimus ibi triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegiū: & post vnū diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem, & sic venimus Romam. Et inde cū audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Apij forum, ac tres Tabernas. Quos cū vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam.

¶ *Sabbato ex Exod. Ix. j.*

Locutus est autem dominus ad Moysen, dicens. Audiui murmuraciones filiorum Israel, loquere ad eos, Vespere eos

mederis carnes, & mane saturabimini panibus: scitisque quodd ego sum Dominus deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendes coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset superficiem terrae, apparuit in soliditudine minutum, & quasi pilotusum in similitudinem pruinæ super terram. Quod enim vidissent filii Israel, dixerunt adinuicem. Manhu? quod significat. Quid est hoc? Ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moses. Iste est panis quem Dominus dedit vobis ad vescendum. Hic est sermo, quem præcepit dominus. Colligat unusquisque ex eo, quantum sufficit ad vescendum: Gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum, quæ habitant in tabernaculo sic tolletis. fecerunt ita filii Israel, & collegerunt, alius plus, alius minus. Et mensi sunt ad mensuram Gomor: nec qui plus collegerat, habuit amplius, nec qui minus parauerat, reperit minus, sed

singuli iuxta id quod edere poterat, congregauerunt. Dixitque Moses ad eos, Nihil relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis, usque mane, & scateret cepit vermibus, atque corruptruit: & iratus est contra eos Moses. Colligebat autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol, liquefiebat. In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo Gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moysi. Qui ait eis. Hoc est quod locutus est dominus: requies sabbati sanctificata est domino: cras quodcumque operandum est, facite: & quæ coquenda sunt, coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite usque in mane. Feceruntque ita ut præceperat Moses: & non corruptruit, neque vermis inuentus est in eo. Dixitque Moses. Comedite illud hodie, quia sabbatum est domino: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite:

in die autē septimo sabbatū est, idcirco nō inuenietur. venitq; septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt.

¶ *Ex Actis apost. Lect. ij.*

CUm autem venissemus Romā, permisum est Paulo permanere sibi cum custodiente se milite. Post tertium autem diem, conuocauit primos Iudæorum. Cumq; venissent, dicebat eis. Ego viri fratres, nihil aduersus plebem faciens, aut morem paternum, vincens ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum: qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eò quòd nulla esset causa mortis in me. Contradictibus autē Iudæis, coactus sum appellare Cæsare non quasi gentem meam habes aliquid accusare. Propter hanc igitur causam, rogavi vos videre, & alloqui. Propter spem enim Israel, catena hac circūdat⁹ sum. At illi dixerunt ad eū. Nos neque literas accepim⁹ de te à Iudæa, neq; adueniens

aliquis fratrem nuntiauit: aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ sentis: nā de seclta hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi, & prophetis à mane vsque ad vesperam. Et quidā credebant his quæ dicebantur: quidam verò non credebant. Cumque inuicem non essent consentientes, discedebant: dicente Paulo vnum verbū. *Quia bene spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetā ad patres nostros, dicens. Vade ad populum istum, & dic. Aure audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis, & nō perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauitate audierunt, & oculos suos compresserūt: ne fortē videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur, & sanem eos.* Notum ergo

fit vobis, quoniam gentibus
missum est hoc salutare dei,
& ipsi audient. Et cum hec
dixisset, exierunt ab eo lu-
dæi, multam habentes inter-
rogationem. Mansit au-
tem biennio toto in suo con-
ducto, & suscipiebat omnes
qui ingrediebantur ad eum,
predicans regnum dei, &
locus que sunt de domino Ie-
su Christo, cum omni fide-
lia, sine prohibitione.

*Dominica vij. post Pen-
teco. ex Exodo. Lectio. i.*

Dixit autem dominus
ad Moysen, usque quo-
non vultis custodi-
re mandata mea, & legem
meam? Videte quod domi-
nus dederit vobis sabbatum,
& propter hoc die sexta tri-
buit vobis cibos duplices,
maneat unusquisque apud
semetipsum, nullus egre-
diatur de loco suo die se-
ptimo. Et sabbatizavit po-
pulus die septimo. Appel-
lauitque domus Israel no-
men eius Man: quod erat
quasi semine coriandri albi,
gustusque eius quasi similis
cum melle. Dixit autem Mo-
yses, iste est sermo que pre-
cepit dominus. Imple Go-

mor ex eo, & custodiatur
in futura: retro generatio-
nes, ut nouerint panem que
alui vos in solitudine, quam
educti estis de terra Aegy-
pti. Dixitque Moyses ad Aa-
ron. Sume vas unum, & mit-
te ibi Man, quantum potest
capere Gomor, & reponere
coram domino, ad seruand-
um in generationes vestras,
sicut precepit Dominus Moysi.
Posuitque illud Aaron, in ta-
bernaculo reseruandum. Fi-
lij autem Israel comederunt
Man, quadraginta annis:
donec veniret in terram habi-
tabilem. Hoc cibo aliti sunt
usquequo tangerent fines
terre Chanaan. Gomor au-
tem decima pars est ephi.
Igitur perfecta omnis mul-
tudo filiorum Israel de-
deserto Sin, per mansiones
suas iuxta sermonem domi-
ni, castrametati sunt in Ra-
phidim: ubi non erat aqua
ad bibendum populo. Qui
iurgatus contra Moysen, ait,
Da nobis aquam, ut biba-
mus. Quibus respondit Mo-
yses, Quid iurgamini con-
tra me? cur tentatis deum?
Sicut ergo ibi populus,
pre aqua penuria, & mur-

muravit contra Moſen, dicens, cur feciſti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſua?

¶ Ex epiſtola. ij. Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.

PAULUS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timotheus frater, eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanctis qui ſunt in vniuerſa Achaja, gratia vobis, & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Benediſtus deus, & pater dñi noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſſimus & ipſi conſolari eos, qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo: quoniam ſicut abundant paſſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtum abundat & conſolatio noſtra. Siue autè tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue cõſolamur pro veſtra conſolatione & ſalute, quæ operatur toleran-

tiam earũdem paſſionum, quas & patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis. ſcientes, quòd ſicut ſocij paſſionum eſtis: ſic eritis & conſolationis. Non enim volum⁹ ignorare vos fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modum grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipſi, in nobiſiſſis reſpoſum mortis habuimus, vt nõ ſimus ſidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitatur mortuos, qui de tãtis periculis nos eripuit, & eruit, in quem ſperamus: quoniam, & adhuc eripiet, adiuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum perſonarum facierum, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nã gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis, & ſinceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratiã Dei cõverſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia ſcribimus

vobis, quàm quæ legistis, & cognouistis. Spero autem, quòd vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secùdam gratiam haberetis, & per vos trāsire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cui ergo hoc voluissim, nūquid leuitate vsus sum. Aut quæ cogito, secundum carnem cogito, vt sit apud me Est & Non? Fidelis autem Deus quia sermo noster quod fuit apud vos, non est in illo Est & non, sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est per me & Syluanum, & Timotheum, non fuit in illo est & Non, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo Est. Ideo, & per ipsum amen, Deo ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christum, &

qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritus in cordibus nostris. Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltra Corinthum: non quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudij vestri. Nam fide statur.

¶ *Secundum Mathæum, cap. 7. Lectio tertia.*

In illo tēpore Dixit Iesus discipulis suis. Attēdite à falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouium: intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homilia Origenis.

Quod paulo superius spaciosam, & latam viam nominauit: hic nūc apertius falsos prophetas ostendit: per quos multi in perditionem abominabilem abierūt. Quia primo in Iudæa multi apparuerunt: & modo perfidia totum impleuere mundum. Sed illi prius falsi prophetæ fuerunt, verissimosque domini prophetas, vsque ad mortē persecuti sunt,

sicut Hieremiam, & Micheam, aliosque multos. Isti autem nunc falsi prophetae, & falsi Christiani: qui sunt voraces, Christianos sine misericordia persequuntur, & opprimunt, aliquando (si detur copia) etiam gladis, sine intermissione autē suis pravis moribus, & exemplis. Idcirco omnes praeueniens dñs adhortatus est, dicens. Attendite à falsis prophetis. Attendite diligentius, obseruate cautius: ut non seducamini: ut non circumueniamini: ut non fallamini. Attendite ergo: hoc est cōsiderate, quia non sunt oves: sed lupi in vestimento ouium: quia nō sunt religiosi: sed irreligiosi in figura religiositatis, quia nō sunt Christiani, sed veritate vacui: Christianorum persecutores. Attendite à falsis prophetis: qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsicus autem sunt lupi rapaces.

Oratio.

Deus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus, ut no-

xia cuncta submoueas, & omnia nobis profutura concedas: Per dominū nostrū Iesum Christū filium tuū qui tecum uiuit, &c.

¶ Peria secunda, ex Exodo.

Le. Dio prima.

CLamauit autem Moses ad dominum, dicens. Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait dominus ad Moysen, Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua percussisti fluuiū, tolle in manu tua, & vade. Et ego stabo coram te, ibi supra petram Horreb: percutiesque petram, & exibat ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita corā senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius Tentatio propter iurgium filiorū Israel, & quia tentauerunt dominum, dicentes, Est ne dominus in nobis, an non? Venit autē Amalec, & pugnabat contra Israel, in Raphidim. Dixitque Moyses ad Iosue, Elige viros, & egressus pugna cōtra Amalec: cras ego itabo in vertice collis, habēs

virgam Dei in manu mea.
Fecit Iosue, vt loquutus e-
rat Moses: & pugnavit cō-
tra Amalec: Moses autem,
& Aaron, & Hur ascende-
rūt super verticem collis.
Cumq; leuaret Moses ma-
nus, vincebat Israel: sin au-
tem paululum remisisset,
superabat Amalec. Manus
autem Mosi erant graues:
sumentes igitur lapidem,
posuerunt subter eum, in
quo sedit: Aaron autem, &
Hur, sustentabant manus
eius, ex vtraq; parte. Et fa-
ctum est, vt manus ipsius
non lassarentur, vsq; ad oc-
casum solis. Fugavitq; Iosue
Amalec, & populū eius
in ore gladij. Dixit autem
domin^s ad Mosē, Scribe
hoc ob monumentum in li-
bro, & trade aurib⁹ Iosue:
delebo enim memoriā A-
malec, sub cælo. Aedifica-
uitq; Moses altare: & vo-
cauit nomen eius, Domi-
nus exultatio mea dicens.
Quia manus solij domini,
& bellum domini erit con-
tra Amalec, à generatione
in generationem.

**¶ Ex epist. ij. Pauli ad Co-
rinthios, cap. 2. lectio. ij.**

STatui autē hoc ipsum
apud me ne iterum in
tristitia venire ad vos.
Si enim ego cōtristo vos:
& quis est qui me lētificet,
nisi qui cōtristatur ex me?
Et hoc ipsum scripsi vobis
vt non cūm venero, tri-
sticiam super tristitiam ha-
beam de quibus oportue-
rat me gaudere: confidens
in omnib⁹ vobis quia meū
gaudium, omnium vestrū
est. Nam ex multa tribula-
tione, & angustia cordis
scripsi vobis, per multas la-
chrymas: non vt contriste-
mini, sed vt sciatis quam
charitatem habeam abun-
dantiū in vobis. Si quis au-
tem contristauit me: non
me contristauit, sed ex par-
te, vt non onerem omnes
vos. Sufficit illi qui eius-
modi est, obiurgatio hæc
quæ fit à pluribus, ita vt e-
contrario magis donetis,
& consolemini, ne fortè a-
bundantiori tristitia absor-
beat, qui eiusmodi est.
Propter qđ obsecro vos:
vt cōfirmetis in illum cha-
ritatem, Ideo enim & scri-
psi vobis: vt cognoscā ex-
perimentum vestrum, atq;

In omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis: & ego. Nam & ego quod donauit: si quid donauit: propter vos in persona Christi: ut non circumueniamur à satana, non enim ignoramus cogitationes eius. Cum venissent autem Troadem, propter euangelium Christi: & ostium mihi apertum esset in domino, non habui requiem spiritui meo: eò quòd non inueni Titum fratrem meum: sed ualefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias: qui semper triumphat nos in Christo Iesu. & odorem notitię suę manifestat per nos, in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo: in iis qui salui fiunt: & in iis qui pereunt. aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor uitę in uitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus (sicut plurimi) adulterantes uerbum Dei: sed ex sinceritate: sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.

¶ Feria tertia, ex exodo.
cap. 18. Lectio prima.

Cumque audisset Iethro sacerdos Median, cognatus Moysi, omnia quę fecerat Deus Moysi & Israel populo suo: quòd eduxisset Dominus Israel de Aegypto: tulit Sephoram uxorem Moysi quę remiserat: & duos filios eius: quorum unus uocabatur Gersam, dicente patre, Aduena fui in terra aliena, alter uero Eliezer. Deus enim, ait, patris mei adiutor meus: & eruit me de gladio Pharaonis. Venit ergo Iethro cognatus Moysi: & filij eius, & uxor eius ad Moysen in desertum: ubi erat castrametatus, iuxta motum Dei. Et mandauit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus, uenio ad te, & uxor tua, & duo filij tui cum ea. Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum, salutaueruntque se mutuo uerbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cuncta quę fecerat dominus Pharaoni, & Aegyptiis propter Israel: uniuersumque laborem, qui accidisset eis in illi

nere, & q̄ liberauerat eos dominus. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat dominus Israel, eò quòd eruiſſet eũ de manu Aegyptiorum, & ait, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaõis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus dominus super omnes deos, eo quòd superbè egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro, cognatus Moſi holocausta & hostias Deo: veneruntque Aaron, & omnes seniores filiorum Israel, vt comederent panem cum eo coram Deo.

¶ *Ex epist. ij. Pauli ad Corinthios. cap. 3. Lectio. ij.*

Incipimus iterum nosmetipsos commèdare? Aut nunquid egemus (sicut quidam) commèdatiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur, & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quòd epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta nõ

atramento sed spiritu Dei viui, nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carna libus. Fiduciam autè talem habemus, per Christũ, ad Deum, non q̄ sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est: qui & idoneos eos fecit ministros noui testamenti: non literæ, sed spiritus. litera enim occidit. spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria: ita vt nõ possent intendere filij Israel in faciem Moſi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis, in gloria est: multò magis abundat ministeriũ iustitiæ, in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est, multò magis quàm manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: & non sicut Moſes

ponebat velamen super faciem suam, ut non intederent filij Israel in faciem eius quæ euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Usque in hodiernum enim diem, id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (quonia in Christo euacuatur) sed usque in hodiernum diem, cum legitur Moses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad dominum, auferetur velamen. Dominus autem, spiritus est. Vbi autem spiritus domini, ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloria domini speculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritate, tanquam à domini spiritu.

¶ Feria quarta, ex Exodo.

LECTIO PRIMA.

Altera autem die sedit Moses, ut iudicaret populum, qui assistebat Moysi, à mane usque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait. Quid est quod facis in plebe? cur so-

lus sedes, & omnis populus præstolatur, de mane, usque ad vesperam? Cui respondit Moses. Venit ad me populus quærens sententiam Dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me, ut iudicem inter eos, & ostendam præcepta dei, & leges eius. At ille. Non bonam, inquit, rem facis stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecum est: ultra vires tuas est negotium, solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea, atque consilia, & erit dominus tecum, esto tu populo in his quæ ad deum pertinent: ut referas quæ dicuntur, ad eum, ostendasque populo ceremonias, & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiã: & constitue ex eis tribunos, & Ceteriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem

maius fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent leuisque sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus, reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus auditis, Moses fecit omnia quæ ille suggererat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & Centuriones, & quinquagenarios, & decanos: qui iudicabant plebem domini, omnitem pore. Quicquid autem grauius erat, referebāt ad eū: faciliora tantummodo iudicātes. Dimisitque cognatum suū: qui reuersus abiit in terram suam.

Ex epistola secūda Pauli ad Corinthios. cap. 4.
Lectio secūda.

IDeo habentes hāc ministrationem: iuxta quod misericordiā cōsequuti sumus: non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, nō ambulantes in astutia, neque adulterātes verbum Dei, sed in manifesta

tionē veritatis, commēdatē nosmetipsos, & ad omnem conscientiam hominum, coram deo. Quod si etiam opertum est euangelium nostrū: in iis qui percunt est opertū, in quibus deus huius seculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio euangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei. Nō enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum dominum nostrū: nos autem, seruos vestros per Iesum. quoniam deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei: in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurū istum in vasis fictilibus: ut sublimitas sit virtutis Dei: & non ex nobis. In omnibus tribulationē patimur. sed non angustiamur. operimur, sed non destituimur persecutionem patimur, sed nō dereliquimur. humiliamur sed non confundimur, dicitur: sed non perimus. semper mortificationem Iesu Christi

in corpore nostro circumferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus in mortē tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autē in vobis. Habentes autē eundē spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter qđ loquutus sum: & nos credimus: propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & cōstituet vobiscū. Omnia enim propter vos: vt gratia abundās, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Propter quod, non deficiamus, sed licet is qui foris est noster homo, corrumpatur: tamē is qui int⁹ est: renouatur de die in diē. Id enim qđ in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis nostræ: supra modum in sublimitate æterni gloriæ pondus operatur in nobis: non cōtemplantibus nobis quæ videtur, sed quæ non videntur,

Quæ enim videntur: temporalia sunt. quæ autē non videntur: æterna sunt.

Feria quinta, ex Exodo: cap. 10. Lectio prima.

Mense tertio egressionis filiorum Israel de terra Aegypti: in die hac venerunt in solitudinē Sinai. Nam profecti de Raphidim: & peruenientes vsque in desertum Sinai, castramentati sunt in eodem loco, ibiq; Israel fixit tētoria, è regione montis. Moses autem, ascendit ad Deum: vocauitq; eū dominus de monte: & ait: Hæc dices domui Iacob: & annuntiabis filiis Israel: Vosipsi vidistis quæ fecerim Aegyptiis: quomodo portauerim vos super alas aquilarum assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocem meam: & custodieritis pactum meum: eritis mihi in peculiū de cunctis populis. mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale: & gens sancta. hæc sunt verba q̄ loqueris ad filios Israel. Venit Moses: & conuocatis maioribus natu

populi exposuit omnes sermones, quos mandauerat dominus. Responditque omnis populus simul, Cuncta quæ loquutus est dominus faciemus. Cumque retulisset Moses verba populi ad dominum, ait ei dominus. Iam nunc veniam ad te, in caligine nubis, ut audiat me populus, loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moses verba populi ad dominum. Qui dixit ei. Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras: lauentque vestimenta sua. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia, descendet Dominus coram omni plebe super montem Sinai. Constituesque terminos domino, per circuitum: & dices ad eos. Caute ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tangerit eum, sed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: siue iumentum fuerit, siue homo, non viuet, cum experit clangere buccina, tunc ascendant

In montem.

¶ Ex epistola secunda Pauli ad Corinthios. cap. 5.
Lectio secunda.

Simus enim, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manu factam, æternam in caelis. Nam & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram, quæ de caelo est, superinducipientes, si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, ut absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus spiritus. Audentes igitur semper, & scientes, quoniam dum sumus in hoc corpore peregrinamur à domino. (Per fidem enim ambulamus: & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus, magis peregrinari à corpore: & presentes esse ad dominum. Et ideo con-

rendimus, siue absentes, siue præsentis placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonum siue malum. Scientes ergo timorẽ domini, hominibus suademus, deo autem manifesti sumus. Spero autem, & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterum commendamus nos vobis: sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis, vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excudimus, deo: siue sobrii sumus, vobis. Caritas enim Christi vrget nos: æstimantes hoc, quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. & pro omnibus mortuus est Christus: & vt qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos, ex hoc neminẽ nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnem, Christũ: sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in

Christo noua creatura: vetera transferunt, ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniã quidem deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbũ reconciliationis. Christo ergo, legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: Obscramus p̄ Christo, reconciliamini deo. Eũ qui nõ nouerat peccatum pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Feria. vj. ex Exod. Lc. j.

Descenditque Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum. Cumque lauissent vestimenta sua: ait ad eos, Estote parati in diẽ tertiũ, & ne appropinquetis vxoribus vestris. Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes densissima operire montem,

elangorſue buccinæ vehe-
 mentius perſtrepebat: & ti-
 muit omnis populus, qui
 erat in caſtris. Cumq; edu-
 xiſſet eos Moſes, in occur-
 ſum dei de loco caſtrorū,
 reſeterunt ad radices mon-
 tis. totus autem mōs Sinai
 fumabat eò quòd deſcen-
 diſſet dominus deus ſuper
 eum in igne, & aſcenderet
 fumus ex eo, quaſi de for-
 nace, eratq; omnis mons
 terribilis. Et ſonitus bucci-
 næ paulatim creſcebat in-
 maius, & prolixius tendebatur.
 Moſes loquebatur, & deus reſpōdebat ei. De-
 ſcenditq; dominus ſuper
 montē Sinai in ipſo mon-
 tis verticē, & vocavit Mo-
 ſen in cacumen eius. Quo-
 cum aſcendiſſet, dixit ad
 eum. Deſcēde & cōteſtare
 populū: ne fortē velit tran-
 ſcendere terminos, ad vi-
 dendum dominum, & per-
 eat eis plurima multitudo.
 Sacerdotes quoq; qui ac-
 cedunt ad dominū, ſancti-
 ficentur ne percutiat eos.
 Dixitq; Moſes ad domi-
 num, Non poterit vulgus
 aſcendere in montem Si-
 nai: tu enim teſtificatus es,

& iuſiſti, dicens. Pone ter-
 minos circa montē, & ſan-
 ctifica illum. Cui ait domi-
 nus. Vade, deſcēde, aſcē-
 desq; tu, & Aaron tecū: ſa-
 cerdotes autē, & populus
 nō tranſeant terminos, neq;
 aſcendāt ad dominum, ne
 fortē interficiat illos. De-
 ſcenditq; Moſes ad popu-
 lum, & omnia narrauit eiſe.

¶ *Ex epiſt. ij. Pauli ad Co-
 rinthios. cap. 6. Lect. ij.*

Adurantes autē ex-
 hortamur, Ne in va-
 cuum gratiam Dei
 recipiatis. Ait enim. Tem-
 pore accepto exaudiui te:
 & in die ſalutis adiuui te.
 Ecce nūc tempus accepta-
 bile, ecce nunc dies ſalutis.
 Nemini dantes vllā offen-
 ſionem, vt nō vituperetur
 miniſteriū noſtrum, ſed in
 omnibus exhibeamus nos
 metipſos ſicut Dei mini-
 ſtros, in multa patiētia, in
 tribulationibus, in neceſſi-
 tatibus, in anguſtiis, in pla-
 gis, in carceribus, in ſedi-
 tionibus, in laboribus, in
 vigiliis, in ieiuniis, in caſti-
 tate, in ſcientia, in longani-
 mitate, in ſuauitate, in ſpi-
 ritu ſancto, ī charitate nō

ficta, in verbo veritatis, in
 virtute Dei, per arma iu-
 stitiæ, à dextris, & à sini-
 stris, per gloriam, & igno-
 bilitatem, per infamiam, &
 bonam famam: & seducto-
 res, & veraces: sicut qui i-
 gnoti, & cogniti: quasi mo-
 rientes, & ecce vivimus: vt
 castigati: & non mortifica-
 ti: quasi tristes, semper au-
 tem gaudentes sicut agen-
 tes, multos autem locuple-
 tantes: tanquã nihil habentes,
 & omnia possidentes. Os
 nostrum patet ad vos ò
 Corinthij, cor nostrum di-
 latatum est. Non angustia-
 mini in nobis: angustiami-
 ni autem in visceribus ve-
 stris. Eandem autem habetis
 remunerationem (tan-
 quam filiis dico) dilatami-
 ni & vos. Nolite iugum du-
 cere cù infidelibus. Quæ
 enim participatio iustitiæ,
 cum iniquitate? Aut quæ
 societas luci ad tenebras?
 Quæ autè cõuentio Chri-
 sto, ad Belial? Aut quæ pars
 fidei, cum infidelibus? Quis
 autè consensus tẽplo Dei,
 cum idolis? Vos enim estis
 templum Dei vivi: sicut di-
 cit Deus. Quoniam inha-

bitabo in illis: & inambula-
 bo inter eos, & ero illorũ
 Deus: & ipsi erũt mihi po-
 pulus. Propter quod exi-
 te de medio eorum & sepa-
 ramini dicit dominus. & im-
 mundum ne tetigeritis: &
 ego recipiã vos, & ero vo-
 bis in patrem: & vos eritis
 mihi in filios, & filias, dicit
 dominus omnipotens.

¶ Sabbato, ex Exodo.
 cap. 10. Lectio prima.

Locutusque est Deus
 cunctos sermões hos.
 Ego sum Dominus
 Deus tuus: qui eduxi te de
 terra Aegypti, de domo ser-
 vitudinis. Non habebis deos
 alienos coram me. Non fa-
 cies tibi sculptile, neque om-
 nem similitudinẽ, quæ est
 in celo desuper, & quæ in
 terra deorsum, nec eorum
 quæ sunt in aquis sub ter-
 ra. Non adorabis ea, neque
 coles. Ego sum dñs Deus
 tuus fortis zelotes, visitas
 iniquitatẽ patrũ in filios,
 in tertiam, & quartam ge-
 nerationẽ, eorum qui ode-
 runt me, & faciens miseri-
 cordiam in millia, his qui
 diligunt me, & custodiunt
 præcepta mea. Non affu-

Ex epistola secunda Pauli
ad Corinthios. cap. 7.
Lectio secunda.

mes nomē domini Dei tui
in vanum. nec enim habe-
bit insontem dominus eū,
qui assumpserit nomen do-
mini dei sui frustra. Memē-
to, vt diem sabbati sancti-
fices. Sex diebus operabe-
ris, & facies omnia opera
tua. Septimo autē die sab-
batum domini Dei tui est:
omne opus in eo, tu & fi-
lius tuus, & filia tua, seruus
tuus, & ancilla tua, iumen-
tum tuum, & aduena, qui
est intra portas tuas. Sex
enim diebus fecit Deus eg-
lum, & terram, & mare; &
omnia quę in eis sunt; &
requieuit die septimo. id-
circo benedixit Dominus
diei sabbati, & sanctificauit
eum. Honora patrē tuum,
& matrem tuam, vt sis lon-
gæuus super terram, quā
dominus Deus tuus dabit
tibi. Non occides. Nō mœ-
chaberis. Non furtum faci-
es. Non loqueris contra
proximū tuum falsum te-
stimonium. Non concupi-
sces domum proximi tui.
Nec desyderabis vxorē e-
ius, nō seruum, nō ancil-
lam, nō bouē, nō asinū,
nec omnia quę illius sunt.

HAs ergo habentes
promissiones cha-
rissimi mundemus
nos ab omni inquinamen-
to carnis, & spiritus, perficiētes sanctificationem in
timore Dei. Capite nos.
Neminē laesimus, neminē
corrupimus, neminē cir-
cumuenimus. Non ad cō-
demnationem vestrā dico.
Prædiximus enim quod
in cordib⁹ nostris estis, ad
commoriendum, & ad cō-
uiuendum. Multa mihi fi-
ducia est apud vos: multa
mihi gloriatio pro vobis.
repletus sum cōsolatione.
superabūdo gaudio in om-
ni tribulatione nostra. Nā
& cū venissemus in Ma-
cedoniam: nullam requiē
habuit caro nostra: sed om-
nem tribulationē passi su-
mus: foris, pugna: intus, ti-
mores. Sed qui consolatur
humiles, cōsolat⁹ est nos,
Deus, in aduētu Titi. Nō
solum autem in aduentu
eius, sed etiam in cōsola-
tione, qua cōsolatus est in
vobis, referens nobis ve-

Dominica. viij. post Pentecosten.

strum desiderium, vestrum
fletum, vestram æmulatio-
nem pro me, ita vt magis
gauderem. Quoniam etsi
cōtristauit vos in epistola,
non me pœnitet: etsi pœni-
teret, videns quodd episto-
la illa (etsi ad horam) vos
cōtristauit. Nunc gaudeo,
non quia contristati estis:
sed quia cōtristati estis:
pœnitentiam. Contristati
enim estis secundum deū:
vt in nullo detrimentū pa-
tiamini ex nobis. Quæ eñ
secundum deū tristitia est,
pœnitentiā in salutē stabilem
operatur. sæculi autē tristi-
tia, mortē operatur. Ecce
enim hoc ipsum secundum
deū contristari vos: quan-
tam in vobis operatur sol-
licitudinem, sed defensionem,
sed indignationem, sed timorē,
sed desiderium, sed æmulationem,
sed vindictam in omnibus exhi-
buitis vos incontaminatos
esse negotio. Igitur etsi
scripsi vobis: non propter
eum qui fecit iniuriā, nec
propter eū, qui passus est,
sed ad manifestandā solli-
citudinem nostram, quam
habemus pro vobis, corā

deo. ideo consolati sumus.
in consolatione autem no-
stra, abundantiū magis ga-
ulsi sumus super gaudia
Titī, quia reffectus est spi-
ritus eius ab omnibus vo-
bis. Et si quid apud illum
de vobis gloriatus sum: nō
sum confusus. sed sicut om-
nia vobis in veritate lo-
cuti sumus: ita & gloriatio
nostra quæ fuit ad Titum,
veritas facta est, & viscera
eius abundantius in vobis
sunt, reminiscētis omniū
vestrum obediētiam, quo-
modo cum timore, & tre-
more excepistis illū. Gau-
deo, quod in omnibus cō-
fido in vobis.

**¶ Unica. viij. post Pætes.
ex Exodo. cap. 21. Lect. ij.**

Cunctus autē popu-
lus videbat voces, &
lampades, & sonitū
buccinæ, motemq; suman-
tem, & perterriti ac pauorē
cōcussi, steterūt procul: di-
cētes Mosi. Loquere tu no-
bis, & audiemus: nō loqua-
tur nobis dñs. ne fortē mo-
riamur. Et ait Mosēs ad po-
pulum. Nolite timere: vt
enim probaret vos, venit
Deus: & vt terror illius ef-
fret in.

set in vobis, & non peccaretis. Stetitq; populus de longè. Moses autem accessit ad caliginè, in qua erat Deus. Dixit præterea dominus ad Moſen. Hæc dices filiis Israel. Vos vidistis quòd de cælo locutus sim vobis. Nō facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Alta re de terra facietis mihi, & offeretis super eo holocausta, & pacifica vestra, oues vestras, & boues in omni loco, in quo memoria fuerit nominis mei: veniã ad te, & benedicã tibi. Quòd si altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de sectis lapidibus, si enim leuaueris cultrũ tuum super eum, polluetur. Non ascendes per gradus ad altare meũ, ne reueletur turpitudò tua, Hæc sunt iudicia, quæ propones eis. Si emeris seruũ Hebræũ, sex annis seruiet tibi: in septimo egredietur liber gratis. Cũ quali veste intrauerit, cum tali exeat. si habes vxorem: & vxor egredietur simul. Sin autè dominus dederit illi vxorẽ,

B.

N.

& peperit filios, & filias mulier, & liberi eius erunt domini sui: ipse verò exhibit cũ vestitu suo. Quòd si dixerit seruus, Diligo dominum meũ, & vxorem, ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dñs diis, & applicabitur ad ostium, & postes, perforabitq; aurem eius subula, & erit ei seruus in seculum. Si quis vendiderit filiã suam in famulam non egredietur, sicut ancillæ exire consueuerunt. Si displicuerit oculis domini sui, cui tradita fuerit, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit potestatem, si spreuerit eam. Sin autè filio suo desponderit eam, iuxta morem filiarum faciet illi. Quòd si alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias & vestimenta & pretiũ pudicitæ non negabit. Si tria ista non fecerit, egredietur gratis absque pecuniã.

¶ Ex epistola secũda Pauli ad Corinthios. Cap. 8.

Letitia secunda.

Notam autē facimus vobis fratres gratiā Dei, quæ data est in ecclesiis Macedonię. quodd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundavit in diuitias simplicitatis eorum: quia secundum virtutem (testimoniū illis reddo) & supra virtutem voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione, obsecrantes non gratiam, & cōmunicationem ministerij, quod sit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt primū domino, deinde nobis per voluntatē dei: ita vt rogauerimus Titū, vt quæadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiā istā. Sed sicut in omnibus abundantis, fide & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, insuper, & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperās dico, sed per aliorum sollicitudinem, etiam vestrę charitatis ingenium bonum comprobās. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset diues: vtilius inopia, vos diuites fētis. Et consiliū in hoc do. Hoc enim vobis vtile est qui non solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore. nunc. verō & facto perficite: vt quem admodū promptus est animus voluntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim volūtas prōpta est: secū dū id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet. Non enim vt aliis sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æquabilitate. In presentitēpore, vestra abundantia, illorum inopiam suppleat: vt & illorū abundantia, vestrę inopię sit supplementū, vt fiat æquabilitas, sicut scriptum est. **Qui multū, non abundavit: & qui modicū, non minoraui.** Gratias autē ago deo, qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis, in corde Titi: quoniā exercitationem quidem suscepit: sed cū sollicitior esset, sua voluntate profectus est ad

vos. Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in euangelio, per omnes ecclesias. non solum autem: sed & ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostrae: in hanc gratiam, quae ministratur a nobis ad domini gloriam, & destinatae voluntate nostrae, deuitantes hoc: ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quae ministratur a nobis in Domini gloriam. Prouidem enim bona, non solum coram Deo: sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum: quem probauimus, in multis saepe sollicitum esse: nunc autem multo sollicitiorem, confidentiam multa in vos: siue pro Tito, qui est socius meus, & in vobis adiutor: siue fratres nostri: apostoli ecclesiarum: gloria Christi. Omissionem ergo, quae est charitatis vestrae, & nostrae gloriae pro vobis, in illos ostendite, in facie ecclesiarum.

Secundus Lucae. cap. 16.
lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Homo quidam erat

diues, qui habebat villicum, & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et reliqua.

Homil. cxi. Hieron. pbr.

Questiunculam propositam: quid sit villicus iniquitatis quae voce domini laudatur. Cuius cum velle scire rationem, & de quo fonte praecesserat: reuolui volumen euangelicum: & inter caetera reperi, quod appropinquantibus saluatori publicanis, & peccatoribus, ut audirent eum: murmurabant Pharisei, & Scribae, dicentes. **Q**uare iste peccatores suscipit: & comedit cum eis? **Q**ui locutus est eis parabolam centum ouium, & unius perditae. quae inuenta pastoris humeris reportata est. Et cum esset posita: statim intulit. Dico vobis, & ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente: magis quam super. 99. iustis, qui non habent opus poenitentiae. Aliam quoque parabolam decem dragmarum, unius quoque perditae atque repertae cum proposuisset simili eam sine compleuit: sic dico

vobis, gaudiū erit angelis Dei super vno peccatore pōnitentiā agente. Tertiam quoq; parabolā proposuit, hominis habentis duos filios: & diuidētis inter eos substantiā. Cumq; minor, facultatibus perditis, egere cōpisset, & comedere siliquas, porcorum cibum: & reuersus ad patrē, susceptus est ab eo. Frater quoque senior inuidens, patris voce corripitur: q̄ lætari debuerit, & gaudere, quia frater eius mortu⁹ erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

Oratio.

L Argire nobis quz sumus domine, semper spiritū cogitandi que recta sunt, propitius & agendi, vt qui sine te esse non possumus: secundum te viuere valeamus. Per.

Feria. ij. ex Exod. Lec. j.

Q Vi percusserit hominem, volens occidere, morte moriatur. Qui autem non est insidiatus, sed Deus illum tradidit in manus ei⁹: constituam tibi locum in quē fugere debeat. Si quis per industriā occiderit p-

ximum suum, & per insidias: ab altari meo auelles eū vt moriatur. Qui percusserit patrem suum aut matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eū, conuictus noxę morte moriatur. Qui maledixerit patri suo, vel matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percusserit alter proximum suū lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, sed iacuerit in lectulo, si surrexerit, & ambulauerit foris super baculum suū, innocens erit qui percusserit, ita tamen, vt operas eius, & impēlas in medicos restituat. Qui percusserit seruum suum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manib⁹ eius, criminis reus erit. Sin autem vno die, vel duobus superuixerit, nō subiacebit pœnæ, quia pecunia illius est. Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierē prægnantem, & abortum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit dāno, quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudica-

uerint. Siñ autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculū pro oculo, dētem pro dēte, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionē pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percufferit quiſpiam oculum ſerui ſui, aut ancillæ, & luſcos eos fecerit: dimittet eos liberos pro oculo quē eruit. Dētem quoque ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu percufferit virū aut mulierem, & mortui fuerint, lapidib⁹ obruetur, & non comedentur carnes eius: dominus quoque bouis innocens erit. Quod ſi bos cornupeta fuerit, ab heri, & nudiuſtercius, & cōteſtati ſunt dominū eius, nec recluſerit eum, occidatque virum, aut mulierē: bos lapidibus obruetur, & dominum illius occidat. Quod ſi precium fuerit ei impoſitū, dabit pro anima ſua, quicquid fuerit poſtulat. Filium quoque, & filiam, ſi cornu percufferit, ſimili ſententię ſubiacebit.

Si ſeruum ancillām que inuaserit, triginta ſiclos argēti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur.

Quæ epiſtola ſecūda Pauli ad Corinthios. cap. 9.

Lectio ſecunda.

Nam de ministerio quod fit in sanctos ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptū animum veſtrū: pro quo de vobis gloriōſior apud Macedones. Quoniam & Achaia parata eſt ab anno præterito, & veſtra æmulatio prouocauit plurimos. Miſimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte. vt (quemadmodum dixi) parati ſitſ: ne cūm venerint Macedones mecum: & inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos, vt non dicamus vos in hac ſubſtantia. Neceſſarium ergo exiſtimauī rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromiſſam benedictionem hanc, paratam eſſe ſic quaſi benedictionem, non tanquam auaritiā. Hoc autem dico. Qui parçē ſe-

minat, parce & metet. & q̄
 seminat i benedictionib⁹:
 de benedictionibus & me-
 tet. Vnusquisq; prout de-
 stinasit in corde suo: non
 ex tristitia aut ex necessita-
 te. Hilarem enim datorem
 diligit deus. Potēs est autē
 Deus omnem gratiā abun-
 dare facere in vobis: vt in
 omnibus semper omnem
 sufficientiā habentes, abū-
 detis in omne opus bonū,
 sicut scriptū est, Dispersit,
 dedit pauperibus: iustitia
 eius manet in seculū secu-
 li. Qui autem administrat
 semen semināti: & panē ad
 manducandum pręstabit,
 & multiplicabit semen ve-
 strum, & augebit incremē-
 ta frugum iustitię vestrę:
 vt in omnibus locupletati
 abundetis in omnē simpli-
 citatem, quę operatur per
 nos gratiarū actiōē deo.
 Quoniā ministeriū huius
 officij, non solum supplet
 ea quę defunt sanctis, sed
 etiā abundat per multas
 gratiarum actiōes in do-
 mino, per probationē mi-
 nisterij huius, gloriificātes
 deū, in obedientia confes-
 sionis vestrę, in euangelio

Christi: & simplicitate cō-
 municationis vestrę in il-
 los, & in omnes, & in ipso-
 rū obsecratiōe pro vobis,
 desyderantiū vos propter
 eminētem gratiam Dei in
 vobis. Gratias ago deo sup
 inenarrabili dono eius.

¶ Fer. iij. ex Exodo. Le. j.

SI quis aperuerit cister-
 nam, & foderit, & non
 operuerit eam, cecide-
 ritque bos, aut asinus fca,
 reddet dominus cisternę,
 pretiū iumentorum, quod
 autem mortuum est ipsius
 erit. Si bos alien⁹, bouē al-
 terius vulnerauerit, & ille
 mortuus fuerit: vendēt bo-
 uem viuū, & diuident prę-
 tium, cadauer autē mortui
 inter se dispertient. Si autē
 sciebat, q̄ bos cornupeta
 esset ab heri, & nudiuster-
 tius, & nō custodiuit eum
 domin⁹ suus reddet bouē
 pro boue, & cadauer inte-
 grum accipiet. Si quis fu-
 raturus fuerit bouem, aut o-
 uem, & occiderit, vel ven-
 diderit, quinq; boues pro
 vno boue restituet, & qua-
 tuor oues pro vna oue. Si
 effringens fur domū, sue
 suffodiens fuerit inuētus,

& accepto vulnere mortu⁹ fuerit: percussor non erit reus sanguinis. **Q**uod si or sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipse venundabitur. Si inuentum fuerit apud eum quod furatus est, viues siue bos, siue asinus, siue ouis: duplum restituet. Si laeserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum ut depascatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro suo, vel in vinea, pro damni estimatione restituet. Si egressus ignis inuenerit spinas, & comprehenderit acervos frugum, siue stantes segetes in agris: reddet damnum, qui ignem succenderit. Si quis commenda-uerit amico pecuniam aut vas in custodiam, & ab eo qui susceperat, furto ablata fuerint: si inuenitur fur, duplum reddet: si latet fur, dominus domus applicabitur ad deos: & iurabit, quod non extenderit manum in rem proximi sui, ad perpetranda fraudem, tam in boue, quam in asino, &

oue, ac vestimento, & quicquid damni inferri potest, ad deos: vtriusque causa perueniet: & si illi iudicauerint, duplum restituet proximo suo.

¶ *Ex epistola secunda Pauli ad Corinthios. Lectio. ij.*

Ipsa autem ego Paulus, obsecro vos, per mansuetudinem, & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos: absens autem confido in vobis. Rogo autem vos, ne praesens audeam per eam confidentiam, qua existimor audente in quosdam: qui arbitrantur nos, tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes: non secundum carnem militamus. Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt: sed potentia deo, ad destructionem munitionum, confilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se, aduersus scientiam dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum, in obsequium Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia.

Quæ secundum faciē sunt videte. Si quis cōfidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quod sicut ipse Christi est, ita & nos. Nam, & si amplius aliquid gloriatus fuero, de potestate nostra, quā dedit nobis dominus in ædificationem, & non in destructionem nostram, non erubescam. Vt autem non existimer, tanquam terrere vos, per epistolas. (Quoniam quidē epistolæ, inquit, graues sunt, & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo p̄ epistolas absentes, tales & præsentem in facto. Non enim audemus inserere aut cōparare nos quibusdam, qui se ipsos cōmendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem non in immensum gloriabimur: sed secundum mensuram regulæ qua mensus est nobis deus mensuram pertinendi vsque ad vos. Non enim quasi non pertingē-

tes ad vos superextēdimus nos, vsq; ad vos enim peruenimus in euāgelio Christi, non in immensum gloriantes in alienis laborib; spem autem habentes, crescentis fidei vestræ. in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in iis quæ præparata sunt gloriari. Qui autē gloriatur: in domino gloriatur. Non enim qui seipsum cōmendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat.

¶ **Feria quarta, ex Exodo.**

Lectio prima.

Siquis commendauerit proximo suo asinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad custodiā, & mortuum fuerit, aut debilitatum vel captū ab hostibus, nullūsq; hoc viderit: iusurādum erit in medio, quod non extenderit manū ad rem proximi sui: suscipietque dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. quod si furto ablatum fuerit restituet damnū domino. si come-

stum à bestia: deferat ad eum quod occisum est, & non restituet. **Q**ui à proximo suo quicquid horum mutuo postulauerit, & debilitatum, aut mortuum fuerit, domino non presente, reddere compelletur. **Q**uod si impresentiarum dominus fuerit, non restituet, maxime si conductum uenerat pro mercede operis sui. Si seduxerit quis virginem, necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Maleficas non patieris viuere. **Q**ui coierit cum iumento, morte moriatur. **Q**ui immolat Diis occidetur, præterquam Domino soli. Aduenam non contristabis, neque affliges eum: Aduenæ enim & ipsi fuistis in terra Aegypti. Videte, & pupillo non noceritis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, & percutiãque vos gladio,

& erunt uxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non uidebis eum quasi exactor, nec usuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis uestimētum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solū quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. **D**īs nō detrahes, & principi populi tui non maledices. Decimas tuas, & primitias tuas non tardabis offerre: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi: carnem, quæ à bestiis fuerit prægustata, nō comedetis, sed prolucietis canibus.

¶ Ex epistola secunda Pauli ad Corinth. cap. 11. Lec. 17.

Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ, sed &

& supportate me. Aemulor enim vos Dei emulatione. Despondi enim vos, vni viro virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut serpens Etiam seduxit astutia sua: ita corrumpantur sensus vestri, & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quæ non accepistis, aut aliud euangelium quod non recepistis, rectè pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Nam & si imperitus sermone: sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci, me ipsum humilias, vt vos exaltemini quonia gratis euangelium dei euangelizavi vobis? alias ecclesias expoliavi, accipiens stipendia, ad ministerium vestrum? Et eum essem apud vos, & egerem nulli onerosus fui: nã quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia & in o-

mnibus sine onere me vobis seruaui, & seruaabo? Est veritas Christi in me, quonia hæc gloriatio, nõ infringetur in me, in regionibus Achaie. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. **Q**uod autem facio: & faciam, vt amputè occasionem eorum, qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nã eiusmodi pseudoapostoli sunt operarij subdoli, transfigurantes se in apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas, transfiguratur se in angelum lucis. non est ergo magnus, si ministri eius transfigurantur, velut ministri iustitiæ. quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis me putet insipientem esse: alioquin velut insipientem accipite me: vt & ego modicum quid glorier. **Q**uod loquor: nõ loquor secundum deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. **Q**uonia multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.

¶ **Feria. v. ex Exod. ca. 34.**

Lectio prima.

Non suscipies vocē mendacij: nec iunges manum tuam, vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententię, vt à verò deuias. Pauperis quoque non miseraberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut asino erranti, reduce ad eū. Si videris asinum odientis te iacere sub onere, nō portabis, sed subleuabis eū. Non declinabis in iudiciū pauperis. Mendacium fugies. Infontem, & iustum non occides, quia auersor impiū. Nec accipies munera, quę etiā excœcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Peregrino molestus non eris: scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi peregrini fuistis in terra Aegypti. Sex annis seminabis terrā tuam, & congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedēt pauperes populi tui, & quicquid reliquum fuerit, edāt bestię

agri: ita facies in vinea, & in oliueto tuo. Sex diebus operaberis: septimo die cessabis vt requiescat bos, & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillę tuę, & aduena. Omnia quę dixi vobis, custodite, & per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos, mihi festa celebrabitis. Solēnitatem azymorum custodies. Septē diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi tēpore messis nouorū quādo egressus es de Aegypto: nō apparebis in conspectu meo vacuus. Et solēnitatem messis primitiuorū operis tui, quęcunque seminaueris in agro: solēnitatem quoque in exitu anni, quādo congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuū, coram dño deo. Non immolabis super sermēto, sanguinem victi mę mę, nec remanebit adeps solēnitatis mę, vsque mane. Primitias frugū terrę tuę deferres in domum dñi

Dei tui: non coques hordū
in lacte matris suæ.

¶ **Ex epistola secūda Pauli
ad Corinthios. Lectio. ij.**

Libenter enim suffertis
insipientes: cū sitis
ipsi sapientes. Sustine-
tis enim, si quis vos in ser-
uitutem redigit, si quis de-
uorat, si quis accipit, si q̄s
extollitur, si quis in faciē
vos cædit. Secūdum igno-
bilitatem dico: quasi nos
infirmi fuerimus ī hac par-
te. In quo quis audeat (in
insipientia dico) audeo &
ego. Hebræi sunt, & ego.
Israelitæ sunt, & ego. Se-
men Abrahamæ sunt, & ego.
Ministri Christi sunt & e-
go (vt minus sapiens dico)
plus ego. in laboribus plu-
rimis, in carceribus abun-
dātius, in plagis supra mo-
dum, in mortibus frequen-
ter. A Iudæis quinquies
quadragenas, vna minus,
accepi. Ter virgis cæsus
sum, semel lapidatus sum,
ter naufragiū feci, nocte,
& die in profundo maris
fui, in itineribus sæpe, pe-
riculis fluminum, pericu-
lis latronum, periculis ex
genere, periculis ex genti-

bus, periculis in ciuitate,
periculis in solitudine, pe-
riculis in mari, periculis in
falsis fratribus, in labore &
ærumna, in vigiliis multis
in fame, & siti, in ieiuniis
multis, in frigore, & nudi-
tate. præter illa quæ extrin-
secus sunt: instantia mea
quotidiana, sollicitudo om-
nium ecclesiarum. **Q**uis
infirmatur: & ego non in-
firmor? **Q**uis scandaliza-
tur: & ego nō vror? Si glo-
riari oportet: quæ infirmi-
tatis meæ sunt, gloriabor.
Deus, & pater domini no-
stri Iesu Christi, qui est be-
nedictus in secula, scit q̄
non mēior. Damasci præ-
positus gētis Aretæ regis,
custodiebat ciuitatem Da-
mascenorū, vt me cōprehē-
deret: & per fenestram in
sporta demissus sum, p̄ mu-
rū, & sic effugi manū eius.

¶ **Feria. vj. ex Exo. cap. ij.**
Lectio prima.

Ecce ego mittam ange-
lum meum, qui præ-
cedat te, & custodiat
in via, & introducat in lo-
cum quē præparauī. Ob-
serua eum: & audi vocem
eius, nec contemnendum

putes: quia nō dimittet cū peccaueritis, & est nomen meum in illo. Quōd si audieris vocem eius, & feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, & affligam affligētes te. Præcedētque te angelus meus, & introducet te ad Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæū, Chananzæūque, & Heuzum, & Iebuzæum, quos ego cōteram. Non adorabis deos eorū, nec coles eos: non facies operā eorum, sed destrues eos: & confringes statuas eorum. Seruietisque domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis, & aquis, & auferam infirmitatem de medio tui. Non erit infœcunda, nec sterilis in terra tua: numerum dierū tuorum implebo. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, & occidam omnem populū, ad quem ingredieris: cum ceterūque inimicorum tuorum corā te terga vertā, emittens crabrones prius, qui fugabūt Heuzum, & Chananzæū, & Hethæum, ante quā introcas, Non eiciam eos à

facie tua anno vno: ne terra in solitudinem redigatur, & crescant cōtra te bestię. Paulatim expellā eos de conspectu tuo, donec augearis. & possideas terram. Ponam autem terminos tuos à mari rubro, vsque ad mare Palæstinorum, & à deserto vsque ad fluuium tradam in manibus vestris habitatores terræ, & eiciam eos de conspectu vestro. Non inibis cum eis sordus, nec cū diis eorū. Non habitent in terra tua, ne fortē peccare te faciant in me, si seruijeris diis eorū: quōd tibi certē erit in scandalum.

Ex epistola secūda Pauli ad Corinthios. cap. 12.

Lectio secūda.

SI gloriari oportet (nō expedit quidem) veniam autē ad visiones, & reuelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (sive in corpore, sive extra corpus, nescio, Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cælum. Et scio huiusmodi hominem (sive in corpore, sive extra cor-

pus, nescio, deus scit) quoniam raptus est in paradysum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem nihil, nisi in infirmitatibus meis. Nã & si voluero gloriari, non ero insipiens, veritate enim dicã. Parco autem, ne quis me existimet supra id, quod videt in me, aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ, vt me colaphizet. Propter quod ter dñm rogavi, vt discederet à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nã virtus in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt in habitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cùm enim infirmor: tunc potes sum. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego enim à vobis, debui commẽdari, nihil enim minus

feci ab iis qui sunt supra modum apostoli: tamen si nihil sum. Signa tamen apostoli facta sunt super vos in omni paciẽtia, in signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid est enim quod minus hauiſtis præ cæteris ecclesiis: nisi quod ego ipse non grauauì vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce tertio hoc paratus sum venire ad vos: & nõ ero grauis vobis. Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare: sed parentes filiis. Ego autem libentissimè impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens, minus diligar. Sed esto ego vos non grauauì: sed cùm essem astutus, dolo vos cepi. Nũquid per aliquem eorum, quos misi ad vos, circunueni vos? Rogavi Titum: & misi cum illo fratrem. Nũquid Titus vos circunuenit? nõne eodem spiritu ambulauimus? nõne iisdem vestigiis? Olim putatis quod excedemus nos apud vos? Coram Deo: in Christo

loquimur. Omnia enim charissimi, propter ædificationem vestram. Timeo enim, ne fortè cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, inflationes, seditiones sint inter vos. ne iterù cū venero, humiliet me deus apud vos, & lugeã multos, ex iis qui ante peccauerunt, & nõ egerunt poenitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia quam gesserunt.

Sabbato ex Hxo. ca. 24.

Lectio prima.

Mos quoque dixit, Ascende ad dominum tu, & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. Solusque Moses ascendet ad dominum, & illi non appropinquabunt, nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moses, & narrauit plebi omnia verba domini, atque iudicia responditque cunctus populus vna voce.

Omnia verba dñi quæ locutus est, faciem⁹. Scripsit autè Moses vniuersos sermones domini: & mane cõsurgens, ædificauit altare domino, ad radices montis, & duodecim titulos per duodecim trib⁹ Israel. Misitque iuuenes de filiis Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas domino, vitulos. Tulit itaque Moses dimidiã partẽ sanguinis, & misit in crateras: partem autè residuã, fudit super altare. Assumensque volumen fœderis, legit, audiente populo: qui dixerunt. Omnia quæ locutus est, dominus, faciemus: & erimus obediẽtes. Ille verò, sumptũ sanguinem resperfit in populũ, & ait. Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dñs vobiscũ, super cunctis sermonibus his, Ascenderuntque Moses, & Aaarõ, Nadab, & Abiu, & septuaginta de seniorib⁹ Israel: & viderunt deũ Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini, & quasi cælum cū serenum est,

Nec super eos qui procul
recesserant de filiis Israel,
misit manum suam. Vide-
runtque Deum, & come-
derunt, ac biberunt. Dixit
autem dominus ad Moſen,
Ascende ad me in montem
& esto ibi. daboque tibi ta-
bular lapideas, & legem, ac
mandata quæ scripti, vt do-
ceas eos. Surrexerunt Mo-
ses, & Iosue minister eius:
ascendensq; Moſes in mō-
tē Dei, senioribus ait. Ex-
pectate hęc, donec reuer-
tamur ad vos. habetis Aa-
ron, & Hur vobiscum: si
quid natū fuerit quæstio-
nis, referetis ad eos. Cum-
que ascēdisset Moſes, ope-
ruit nubes montem. & ha-
bitavit gloria domini sup
Sinai, tegens illum nube
sex diebus: septimo autem
die vocavit eum de medio
caliginis. Erat autē species
gloriz domini, quasi ignis
ardens super verticem mō-
tis in conspectu filiorum
Israel. Ingressusque Moſes
medium nebulæ, ascendit
in montem: & fuit ibi qua-
draginta diebus, & quadra-
ginta noctibus.

¶ Ex epistola secūda Pau-

li ad Coriuthios. cap. 13.

I lectio secūda.

ECce tertio hoc venio
ad vos. In ore duorum,
vel trium testium sta-
bit omne verbum. Prædi-
xi enim, & prædico vt præ-
sens vobis, & nunc absens
iis qui ante peccaverūt, &
cæteris omnibus, quoniā
si venero iterū, non parcā.
An experimentum quæri-
tis eius qui in me loquitur
Christus: qui in vobis nō
infirmatur, sed potēs est in
vobis? Nam et si crucifixus
est ex infirmitate: sed vivit
ex virtute Dei. Nā & nos
infirmi sumus in illo: sed
vivimus cū eo ex virtute
Dei in vobis. Vosmetipsos
tentate, si estis in fide: ipsi
vos probate. An non co-
gnoscitis vosmetipsos quia
Christus Iesus in vobis est?
nisi forte reprobi estis.
Spero autē, quōd cogno-
scetis: quia non sumus re-
probi. Oram⁹ autem deū,
vt nihil mali faciatis: nō vt
nos probati appareamus,
sed vt vos, quod bonum
est faciatis, nos autem, vt
reprobi simus. Non enim
possum⁹ aliquid aduersus
veritatem:

veritatem: sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam nos infirmi sumus: vos autem potentes estis. Hoc & oramus vestram consumptione. Ideo hæc absens scribo: ut non præsens durus agam secundum potestatem quam dominus dedit mihi in edificationem, & non in destructionem. De cætero fratres, gaudeate, perfecti estote, exhortamini, id ipsum sapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei: & communicatio sancti spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

¶ Dominica. ix. post Pentecosten. Liber primus Samuelis, Quem nos primum Regum dicimus. cap. i.

Lectio prima.

Fuit vir vnus de Rama Thaim Sophi, de monte Ephraim, & nomen eius Elcana, filius Ieroam, filij Eliu: filij Thau, filij Suph, Ephrate: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ

Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij, Anne autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua, statutis diebus, ut adoraret, & sacrificaret domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni, & Phinees, sacerdotes domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & sanctis filiis eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnā tristis, quia Annam diligebat, dominus autem concluderat vuluam eius. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat: intantum, ut exprobraret quod dominus concludisset vuluam eius, sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderet ad templum domini: & sic prouocabat eam. Porro illa flebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus. Anna, cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quam decem filij? Surrexit autem Anna, postquam

B. N.

u.

comederat: & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam, ante postes domus domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad dominum, flens largiter, & votum vouit, dicens. Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famule tue, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillae tuae, dederisque seruae tuae sexum virilem: dabo eum domino omnibus diebus vite eius, & nouacula non ascendet super caput eius.

¶ Sanctum Iesu Christi euangelium. Secundum Matthaeum. cap. i. Lectio. ij.

Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem, genuit Iacob. Iacob autem, genuit Iudam, & fratres eius. Iudas autem, genuit Phares, & Zaram de Thamar. Phares autem, genuit Esron. Esron autem, genuit Aram. Aram autem, genuit Aminadab. Aminadab autem, genuit Naason. Naason autem, genuit Salmó. Salmon autem, genuit Booz

de Raab. Booz autem, genuit Obed ex Ruth, Obed autem, genuit Iesse. Iesse autem, genuit David regem. David autem rex, genuit Salomonem, ex ea quae fuit Urix. Salomonem autem, genuit Roboam. Roboam autem, genuit Abiam. Abia autem, genuit Asa. Asa autem, genuit Iosaphat. Iosaphat autem, genuit Ioram. Ioram autem, genuit Oziam. Ozias autem, genuit Ioatham. Ioatham autem, genuit Achaz. Achaz autem, genuit Ezechiam. Ezechias autem, genuit Manassem. Manasses autem, genuit Amon. Amon autem, genuit Iosiam. Iosias autem, genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel autem, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliacim. Eliacim autem, genuit Azor. Azor autem, genuit Sadoc. Sadoc autem, genuit Achim. Achim autem, genuit Eliud. Eliud autem, genuit Eleazar. Eleazar autem, genuit Mathan.

Mathan autem, genuit Iacob. Iacob autem, genuit Ioseph virum Mariæ. de qua natus est Iesus, qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham usque ad David, generationes quatuordecim. & à David, usque ad transmigracionem Babylonis, generationes quatuordecim. & à transmigracione Babylonis, usque ad Christum generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria, Ioseph: antequam cõuenirent, inventa est in utero habens, de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus, & nollet eam traduce re: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce Angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens. Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. pariet autem filium: & vocabis nomen eius Iesum. ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorũ.

(Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est à domino, per prophetam dicentem. Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius, Emmanuel, (quod est interpretatum nobiscum Deus.) Exurgens autem Ioseph, à somno, sensit sicut præcepit ei Angelus domini, & accepit cõiugem suam. Et non cognoscebat eam, donec peperit filium suum primogenitum: & vocavit nomen eius Iesum.

¶ *Secundũ Lucæ, Cap. 19.*

Lectio tertia.

IN illo tempore. Cũ appropinquaret Iesus Ierusalem: videns civitatem fleuit super illam dicens. *Quia si cognovisses, & tu, & quidem in hac die tua: quæ ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Et reliqua.*

¶ *Homilia sancti Greg. p. p.*

Lectiõnem sancti euangeliij fratres charissimi, breui (si possum) volo sermone percurrere: ut illis in ea prolixior detur intentio: qui sciunt ex paucis multa cogitare.

Quod flente domino, illa Ierosolymorum subuersio describitur: quæ à Vespasiano, & Tito Romanis principibus, facta est, nullus qui historiam euerfionis eiusdem legit, ignorat. Romani etenim principes designantur, cum dicitur. Quia ventent dies in te: & circumdabunt te inimici tui vallo: & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te: & filios tuos qui in te sunt. Hoc quoque quod additur: non relinquent in te lapidem super lapidem: etiam ipsa eiusdem ciuitatis transmigrationis testatur. Quia, dum in eo loco nunc constructa est: vbi extra portam dominus fuerat crucifixus, prior illa Ierusalém (vt dicitur) funditus est euersa: cui etiam ex qua culpa euerfionis sue pena fuerit illata, subiungitur: eo quod non cognoueris tempus visitationis tue. Creator quippe omnium, per incarnationis sue mysterium, hanc visitare dignatus est: sed ipsa timoris, & amoris illius recordata non est. Vnde etiam

per prophetam, in increpatione cordis humani, aues cæli ad testimonium deducuntur: dum dicitur. Miluus in cælo cognouit tempus suum. turtur, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui, populus autem meus non cognouit iudicium domini. *Oratio.*

Pateant aures misericordie tue Domine precibus supplicantiu: & vt petentibus desiderata concedas: fac eos, quæ tibi sunt placita, postulare. Per dominum nostrum Iesum.

Feria secunda, ex libro primo Regum. Lectio. j.

Factum est autem, cum illa multiplicaret preces coram domino, vt Heli obseruaret os eius. Porro Anna loquebatur in corde suo, tantumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei. Usquequo ebria eris? diu gère paulisper vinum quomades. Respondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine. nam mulier infelix nimis ego sum. vinum & om

ne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu domini. Ne reputes ancillam tuam, quasi unam de filiabus Bethleah: quia ex multitudine doloris, & meroris mei loquuta sum usque in presens. Tunc Heli ait ei. Vade in pacem, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. At illa dixit. Utinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abiit mulier in viam suam, & comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram domino. reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha.

¶ *Secundum Matthæum.*
cap. 1. *Lectio secunda.*

Cum ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam, dicentes. Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est, & omnis Ierosolyma cum

illo, Et congregans omnes principes sacerdotum, & scribas populi, sciscitabatur ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei. In Bethlehẽ Iudæ. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu Bethlehẽ terra Iudæ, nequaquam minima es in principibus Iudæ. Ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ, quæ apparuit eis. & mittens illos in Bethlehẽ, dixit. Ite, & interrogate diligenter de pueris: & cum inueneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt, & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra ubi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes in domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eum: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, & myrrhã. Et respon-

so accepto in somnis ne re-
 dirent ad Herodé, per aliá
 viam reuertí sunt in regio-
 nem suam. Qui cum recess-
 sissent, ecce Angelus domi-
 ni apparuit in somnis Ioseph,
 dicens. Surge, & accipe puerum &
 matrem eius, & fuge in Aegyptú
 & esto ibi vsque dum dicam tibi.
 Futurum est enim, vt He-
 rodés quærat puerum ad
 perdendum eum. Qui cõ-
 surgens accepit puerum, &
 matrem eius nocte: & seces-
 sit in Aegyptú. Et erat ibi
 vsque a Iobitám Herodis:
 vt adimpleretur quod di-
 ctum est à domino per p-
 phetam, dicentem. Ex Aeg-
 ypto vocaui filium meú.
 Tunc Herodes vidés, quo-
 niam illusus esset à Magis,
 iratus est valdè: & mittens
 occidit omnes pueros qui
 erant in Bethlehem, & in
 omnibus finibus eius, à bi-
 matu, & infra, secundum
 tempus quod exquisierat
 à Magis. Tunc adimpletú
 est, quod dictum est, per
 Ieremiam prophetá, dicen-
 tem. Vox in Rama audita
 est, ploratus, & ululatus
 multus, Rachel plorans fi-

lios suos, & noluit cõsola-
 ri, quia nõ sunt. Defuncto
 autem Herode, ecce Ange-
 lus dñi apparuit in somnis
 Ioseph in Aegypto, dicés.
 Surge, & accipe puerum &
 matrem eius, & vade in ter-
 ram Israel: defuncti sunt e-
 nim, qui quærebant animá
 pueri. Qui cõsurgens, ac-
 cepit puerum, & matrem
 eius, & venit in terrá Israel.
 Audiens autem q̄ Arche-
 laus regnaret í Iudæa, pro
 Herode patre suo, timuit
 illò ire: & admonit⁹ in som-
 nis, secessit in partes Gali-
 lææ. Et veniens habitauit
 í ciuitate quæ vocatur Na-
 zaret, vt adimpleretur qđ
 dictum est per prophetas,
 Quoniam Nazareus vo-
 cabitur.

¶ *Feria. iij. ex primo Re-
 gum. Lectio prima.*

Cognouit auté Elca-
 na Annam vxorem
 suam, & recordatus
 est eius dominus. Et factú
 est post circulum dierum,
 concepit Anna, & peperit
 filium, vocauitque nomen
 eius Samuel: eò quòd à do-
 mino postulasset eú. Ascē-
 dit autem vir eius Elcana,

& omnis domus eius, vt im-
molarer domino hostiam
solēnem, & votum suum,
& Anna nō ascendit: dixit
enim viro suo. Non vadā,
donec ab lactetur infans: &
ducā eum, vt appareat an-
te conspectum domini, &
maneat ibi iugiter. Et ait
ei Elcana vir suus, Fac qđ
bonum tibi videtur, & ma-
ne donec ab lactes eū pre-
corque, vt adimpleat do-
minus verbum suum. Man-
sit ergo mulier, & lactauit
filium suū, donec amoueret
eū à lacte. Et adduxit eū
secum postquā ab lactaue-
rat, in viculis tribus, & vno
modio farinæ, & amphora
vini, & adduxit eum ad do-
mum domini in Silo. Puer
autem erat adhuc infantu-
lus: & immolauerunt vitu-
lum & obtulerūt puerum
Heli. Et ait. Obsecro mi
dñe, viuit anima tua Do-
mine. ego sum illa mulier
quæ steti corā te hic, orans
dominum pro puero isto.
Orat, & dedit mihi domi-
nus petitionē meam, quā
postulauī eum. Idcirco, &
ego commodauī eam do-
mino, cunctis diebus, qui-

bus fuerit accommodatus
Domino. Et adorauerunt
ibi dominū. Et orauit An-
na, & ait.

¶ *Secundum Mattheum.*
Cap. 1. Lectio secunda.

In diebus autem illis ve-
nit Ioānes baptista, præ-
dicās in deserto Iudæ,
& dicens. Pœnitentiā agi-
te: appropinquauit enim
regnum cælorum. Hic est
enim de quo dictū est per
Isaiam prophetam dicen-
tem. Vox clamantis in de-
serto, Parate viam dñi, re-
ctas facite semitas ei⁹. Ipse
autem Ioannes habebat ve-
stimentum de pilis camelo-
rum, & zonam pellicēā cir-
ca lumbos suos, esca autē
eius erat locustę. & mel syl-
uestre. Tunc exibat ad eū
Ierosolyma, & oīs Iudæa,
& omnis regio circa Iorda-
nem: & baptizabantur ab
eo in Iordane, confitentes
peccata sua. Videns autem
multos Phariseorū, & Sad-
duceorū venientes ad bap-
tismum suum, dixit eis.
Progenies viperarū, quis
demonstrauit vobis fugere
à ventura ira? Facite er-
go fructum dignū pœni-

rentia. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham: dico enim vobis, quoniam potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ nõ facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in penitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calcamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto, & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem: ut baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens. Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei. Sine modo. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus; conse-

stim ascendit de aqua, & ecce aperti sunt ei caeli: & vidit spiritum Dei descendentem, sicut columbã, & venientem super ipsum. Et ecce vox de caelis, dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui.

Feria quarta, ex primo Regum. cap. 2. Lectio. j.

Exultavit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in domino: Dilatum est os meum super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo. Non est sanctus, ut est dominus: neque enim est alius extra te, & nõ est fortis sicut Deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimitia, gloriantes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius, pro panibus se locauerunt, & famelici saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est. Dominus mortificat, & vivificat, deducit ad in-

feros, & reducit. Dominus pauperem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Subleuat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cum principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit eos orbem. Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescēt: quia non in fortitudine roborabitur vir. Dominum formidabunt aduersarij eius, & super ipsos in cælis tonabit: dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperiū regi suo, & sublimabit cornu Christi sui. Et abiit Elcanā in Ramatha, in domum suam: puer autem erat minister in cōspetu domini ante faciē Heli sacerdotis.

¶ *Secundum Matthæum.*

cap. 4. *Lectio secunda.*

Tunc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tētaretur à diabolo. Et cū ieiunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens tentator, dixit ei, Si filius Dei es, dic

vt lapides isti panes fiant. Qui respondēs dixit, Scriptum est, Non in solo pane uiuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dicit ei, Si fili⁹ Dei es, mitte te deorsum. Scriptū est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortē offendas ad lapidem pedem tuū. Ait illi Iesus, rursus. Scriptum est, Non tētabis dominū Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montē excelsū valde: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dicit ei. Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus. Vade satana, scriptum est enim. Dominum Deū tuum adorabis: & illi soli seruiēs. Tūc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. Cū autem audisset Iesus, quōd Ioannes traditus esset, secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Naza-

reth, venit, & habitauit in ciuitate Capharnaum, maritima, in finibus Zabulón, & Nephthalim: vt adimpletetur quod dictum est per Isaiam prophetam. Terra Zabulon, & terra Nephthalim, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere. Pœnitentiã agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis. Venite post me: & faciam vos fieri pisces hominum. At illi continuo, relicti retibus, secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacobum Zebedei, & Ioannem fratrem eius in nauis, cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relicti retibus, & patre,

secuti sunt eum. Et circumibat Iesus totam Galilæam, docens in synagogis eorum, & prædicans euangelium regni, & sanans omnem languorem, & omnem infirmitatem in populo. Et abiit opinio eius in totam Syriam, & obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, & tormentis, comprehesos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos, & sequentes sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli. & Ierosolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

¶ Pena. v. ex libro primo Regum. Lectio prima.

Porro filij Heli, filij Belial, nescientes, dominum, neque officium sacerdotum ad populum: sed quicumque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis: dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat

facerdos sibi. sic faciebant
 vniuerso Israeli, venientiu
 in Silo. Etiam antequam
 adolerent adipem, venie-
 bat puer sacerdotis, & di-
 cebat immolanti. Da mihi
 carnem, vt coquam sacer-
 doti: non enim accipiam à
 te carnem costam, sed cru-
 dam. Dicebatq; illi immo-
 lans. Incendatur primum,
 iuxta morè hodie adeps,
 & tolle tibi quantum eunq;
 desiderat anima tua. Qui
 respondens aiebat ei: Ne-
 quaquã: nunc enim dabis,
 alioquin tollam vi. Erat er-
 go peccatû puerorû gran-
 de nimis, coram domino:
 quia detrahebant homines
 à sacrificio dñi. Samuel au-
 tem ministrabat ante faciẽ
 domini: puer accinctus e-
 phod lineo. Et tunicã par-
 uam faciebat ei mater sua,
 quã afferebat statutis die-
 bus, ascendens cû viro suo,
 vt immolaret hostiam so-
 lem nem. Et benedixit He-
 li Elcanã, & vxori eius, di-
 xitque ei, Reddat tibi do-
 minus semen de muliere
 hac, pro sœnore quod cõ-
 modasti dño. Et abierunt
 in locum suum. Visitauit

ergo dominus Annam, &
 concepit, & peperit tres fi-
 lios, & duas filias: & magni-
 ficatus est puer Samuel a-
 pud dñm. Heli autem erat
 senex valdè, & audiuit om-
 nia quæ faciebant filij sui
 vniuerso Israeli: & quomo-
 do dormiebãt cû mulieri-
 bus, quæ obseruabant ad-
 ostiũ tabernaculi, & dixit
 eis. Quare facitis res huius-
 cemodi, quas ego audio,
 res pessimas ab oĩ populo?
 Nolite filij mei: nõ em̃ est
 bona fama quã ego audio,
 vt transgredi faciatis popu-
 lum dñi. Si peccauerit vir
 in virum, placari ei potest
 Deus: si aut in dñm pecca-
 rit vir, quis orabit pro eo?
 Et nõ audierunt vocẽ pa-
 tris sui: quia voluit dñs oc-
 cidere eos. Puer autem Sa-
 muel proficiebat, atq; cre-
 scebat, & placebat tã Deo,
 quã hominibus.

¶ *Secundum Mattheum.*
Cap. 9. Lectio secunda.

Videns autẽ Iesus tur-
 bas, ascendit in mõ-
 tem, & cùm sedisset,
 accesserunt ad eum discipu-
 li eius, & aperies os suum,
 docebat eos, dicens, Beati

pauperes spiritu, quoniam
 ipsorum est regnum cælo-
 rum. Beati mites: quoniã
 ipsi possidebunt terrã. Bea-
 ti qui lugēt, quoniam ipsi
 consolabuntur. Beati qui
 esuriunt, & sitiunt iustitiã:
 quoniã ipsi saturabuntur.
 Beati misericordes, quo-
 niam ipsi misericordiã cõ-
 sequentur. Beati mundo
 corde: quoniã ipsi Deum
 videbunt. Beati pacifici:
 quoniã filij Dei vocabun-
 tur. Beati qui persecutio-
 nẽ patiuntur propter iusti-
 tiam: quoniã ipsorũ est re-
 gnum cælorũ. Beati estis
 cũ maledixerint vobis ho-
 mines, & persecuti vos
 fuerint, & dixerint omne
 malum aduersum vos men-
 tientes, propter me. Gau-
 dete & exultate, quoniam
 merces vestra copiosa est
 in cælis. sic enim persecu-
 ti sunt prophetas, qui fue-
 runt ante vos. Vos estis sal
 terræ. **Q**uod si sal euane-
 rit: in quo salietur? ad nihi-
 lum valet ultra, nisi vt mit-
 tatur foras, & conculcetur
 ab hominib⁹. Vos estis lux
 mundi, Non potest ciuitas
 abscondi, supra montẽ po-

lita: neq; accendunt lucer-
 nam, & ponũt eam sub mo-
 dio, sed super candelabrũ,
 vt luceat omnibus qui in
 domo sunt. Sic luceat lux
 vestra corã hominibus: vt
 videãt opera vestra bona,
 & glorificẽt patrem vestrũ
 qui in cælis est. Nolite pu-
 tare quoniam veni soluere
 legem aut prophetas. non
 veni soluere: sed adimple-
 re. Amen quippe dico vo-
 bis, donec transeat cælum,
 & terra, iota vnũ, aut vnus
 apex non præteribit à le-
 ge donec omnia fiãt. Quĩ
 ergo soluerit vnũ de man-
 datis istis minimis, & do-
 cuerit sic homines: mini-
 mus vocabitur in regno cę-
 lorum. qui autem fecerit,
 & docuerit: hic magnus vo-
 cabitur in regno cęlorum.
 Dico autem vobis, quia nĩ
 si abundauerit iustitia ve-
 stra plusquã scribarum, &
 Phariseorũ, nõ intrabitis
 in regnũ cælorũ. Audistis
 quia dictum est antiquis,
 Non occides, qui autẽ oc-
 ciderit: reus erit iudicio.
 Ego autẽ dico vobis, quia
 omnis qui irascitur fratri
 suo, reus erit iudicio, qui

autem dixerit fratri suo, racha, reus erit concilio. qui autem dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ed altare, & ibi recordat⁹ fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade, prius reconciliari fratri tuo. & tunc veniens offer munus tuum.

Feria. vj. ex primo Regum.

Lectio prima.

Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hec dicit dominus.

Nunquid non aperte reuelat⁹ sum domui patris tui, cum esset in Aegypto, in domo Pharaonis? & elegi eum ex omnibus tribubus Israel, mihi in sacerdotem, ut ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me, & dedi domui patris tui omnia de sacrificiis filiorum Israel. **Q**uare calce abiicistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi, ut offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos, quam me, ut comederetis primitias om-

nis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait dominus Deus Israel. Loquens loquutus sum, ut dom⁹ tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsq; in sempiternum. Nunc autem, dicit dominus, Absit hoc à me: sed quicumq; honorificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt: & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, ut non sit senex in domo tua. Et videbis emulatum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel, & non erit senex in domo tua, omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus virum ex te, ab altari meo, sed vade deficient oculi tui, & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur, cum ad virile ætatem venerit. Hoc autem erit tibi signum, quod venturum est duobus filiis tuis, Ophni, & Phinees. In die vno morietur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam, faciet: & ædificabo ei

domum fidelē, & ambulabit corā Christo meo, cunctis diebus. Futurū est autem, vt quicumque remanserit in domo tua, veniat vt ore tur p̄ eo, & offerat nūmum argēteum, & tortam panis, dicatq; , dimitte me obsecro ad vnā partem sacerdotalem, vt comedā buccellam panis.

¶ *Secundū Math. Lec. ij.*

Esto cōsentēs aduersario tuo citō, dum es in via cum eo: ne fortē tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerē mittaris. Amē dico tibi nō exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est: antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierē ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eū, & proiice abs te. expedit tibi, vt pereat vnum mēbrorum tuorū, quātm totum corpus tuum mittatur ī gehennā ignis. Et si dextera manus tua

scandalizat te, absconde eā, & proiice abs te: expedit enim tibi, vt pereat vnū mēbrorum tuorum, quātm totum corpus tuū eat in gehennam. Dictum est autē, Quicumq; dimiserit vxorem suam, det ei libellū repudij. Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit vxorē suā, excepta fornicatiōis causa, fecit eam, mœchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis. Nō per iurabis: red des autē domino iuramenta tua. Ego autem dico vobis, nō iurare omnino, neque per cælum: quia thronus dei est: neq; per terrā, quia scabellum est pedum eius. neque per Ierosolymam: quia ciuitas est magni regis, neque per caput tuū iuraueris: quia nō potes vnum capillū album facere aut nigrum. Sit autē sermo vester, est est, nō nō, quod autem his abundantius est, à malo est. Audistis quia dictū est, Oculū pro oculo, & dentē pro dente. Ego autē dico vobis non resistere malo: sed si quis

te percusserit in dexteram
 maxillam tuam, præbe illi
 & alteram: & ei qui vult te
 cum in iudicio cõtendere,
 & tunicã tuam tollere, di-
 mitte ei & palliũ, & quicũ-
 que te angariauerit mille
 passus, vade cũ illo & alia
 duo. Qui autẽ petitã te,
 da ei: & volenti mutuari à
 te, ne auertaris. Audistis
 quia dictũ est, Diliges p-
 ximum tuum, & odio ha-
 bebis inimicũ tuum. Ego
 autem dico vobis: benefaci
 inimicos vestros: benefaci
 te his qui oderũt vos, & o-
 rate pro persecutibus, &
 calumniatibus vos: vt sitis
 filij patris vestri, qui in cæ-
 lis est, qui solẽ suum oriri
 facit sup bonos, & malos:
 & pluit super iustos, & in-
 iustos. Si em̃ diligitis eos
 qui vos diligunt, quã mer-
 cedem habetis in õne & pu-
 blicani hoc faciunt? Et si
 salutaueritis fratres vestros
 tantũ, quid amplius fa-
 citis? nonne & ethnici hoc
 faciunt? Estote ergo vos
 perfecti, sicut & pater ve-
 strus cælestis perfectus est.

Rer cælestis perfectus est.
 ¶ *Sabbato, ex primo Re-
 gum., Cap. 17. Lectio.;*

PVer autẽ Samuel mi-
 nistrabat domino co-
 ram Heli, & sermo do-
 mini erat preciosus. In die
 bus illis nõ erat visio manũ
 festa. Factũ est ergo in die
 quadam, Heli iacebat in lo-
 co suo, & oculi eius caliga-
 uerant, nec poterat videre
 lucernam dei antequã ex-
 tingueretur. Samuel au-
 tem dormiebat in templo
 domini, vbi erat arca Dei.
 Et vocauit Dñs Samuel.
 Qui respondens ait. Ecce
 ego, Et cucurrit ad Heli,
 & dixit, Ecce ego: vocasti
 enim me. Qui dixit, Non
 vocaui: reuertere, & dormi.
 Et abiit, & dormiuit.
 Et adiecit dominus rursũ
 vocare Samuelẽ. Consur-
 gensque Samuel abiit ad
 Heli, & dixit. Ecce ego:
 quia vocasti me. Qui re-
 spondit. Non vocaui te fi-
 lii mi: reuertere, & dormi.
 Porro Samuel necdũ scie-
 bat dominũ, nec reuelatus
 fuerat ei sermo domini. Et
 adiecit dominus, & voca-
 uit adhuc Samuelẽ tertio.
 Qui surgens, abiit ad
 Heli, & ait, Ecce ego, quia
 vocasti me. Intellexit ergo

Heli, quia dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelē. Vade, & dormi: & si deinceps vocauerit te, dices. Loquere dñe, quia audit seruus tuus. Abiit ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et venit dñs, & stetit: & vocauit sicut vocauerat secundo, Samuel, Samuel. Et ait Samuel: Loquere, quia audit seruus tuus. Et dixit dominus ad Samuelem. Ecce ego facio verbū in Israel, quod quicūq; audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli omnia quæ locutus sum super domum eius: incipiam, & complebo. Prædixi enim ei quod iudicaturus essem domū eius, in æternū, propter iniquitatē eius, eò quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Ideirco iuraui domui Heli, quod non expietur iniquitas domus eius, victimis, & muneribus, vsque in æternum.

¶ *Secundam Mathæum. cap. 6. Lectio secunda.*

Attēdite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus, vt

videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum, qui in cælis est. Cū ergo facis elemosynā, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagogis, & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, receperūt mercedē suam. Te autē facite elemosynam, nesciat sinistra tua, quod faciat dextera tua: vt sit elemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Et cū oratis non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis, & in angulis platearū stantes orare, vt videantur ab hominibus. Amen dico vobis, receperūt mercedē suam. Tu autem cū oraueris, intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora patrem tuū in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multū loqui, sicut ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Nolite ergo asimilari eis. scit enim pater vester quid opus sit vobis,

his, antequam petatis eum. Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in cælis, sanctificetur nomē tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialem da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos à malo. Amē. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cælestis delicta vestra. Si autē non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Cū autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperūt mercedem suā. Tu autem cū ieiunas, unge caput tuum, & faciem tuam laue videaris hominibus ieiunās, sed patri tuo qui est in absconso: & pater tuus qui videt in absconso reddet tibi. Nolite thesauriza-

re vobis thesauros in terra: vbi ærugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiūt, & furātur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cælo: vbi neque ærugo, neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt, nec furātur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor tuū. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totū corpus tuū tenebrosū erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quæ tæ erunt?

¶ *Dominica .x. post Pentecostem, ex primo Regum.*

Lectio prima.

Dormiuit autem Samuel vsque mane, aperuitque ostiū domus domini. Et Samuel timebat indicare visionē Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit. Samuel fili mi? Qui respondens, ait. Præsto sum. Et interrogauit eū, Quis est sermo qui dictus est ad te? oro te ne cælaueris me. hæc faciat ti-

Dominica. x. post Pentecosten.

bi deus, & hæc addat, si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis, quæ dicta sunt tibi. Indicauit itaque ei Samuel vniuersos sermones, & nõ abscondit ab eo. Et ille respõdit. Dominus est: quod bonũ est in oculis suis, faciat. Creuit autem Samuel, & dominus erat cũ eo, & nõ cecidit ex omnibus verbis eius in terrã. Et cognouit vniuersus Israel à Dan, vsque Bersabee, quod fidelis Samuel propheta esset Domini. Et addidit Dominus, vt appareret in Silo. quoniam reuelatus fuerat dominus Samueli in Silo, iuxta verbũ Domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

Et factum est in diebus illis, cõuenerãt Philistiim in pugna, Egressus est namq; Israel obviam Philistiim in prælium, & castrametatus est, iuxta lapidẽ ad iutorij. Porrò Philistiim venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem cõtra Israel. Inito autem certamine, terga vertit Israel Philistiis: & cæsa sunt in illo certamine passim, per a-

gros, quasi quatuor millia virorũ. Et reuersus est populus ad castra: dixerũtque maiores natu de Israel. Quare percussit nos Dominus hodie coram Philistiim? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis domini, & veniat in mediũ nostrũ, vt saluet nos de manu inimicorũ nostrorũ. Misit ergo populus in Silo, & tulerũt inde arcam fœderis domini exercituum sedentis super Cherubin: erantq; duo filij Heli, cum arca fœderis dñi, Ophni, & Phinees.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

Nemo potest duobus dominis seruire, aut enim vnũ odio habebit, & alterum diliget: aut vnũ sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis animæ vestræ, quid māducetis, neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est quàm esca: & corpus plusquam vestimentum? Respicite volatilia cæli, quoniam non serunt, neque metit,

neque congregant in horrea: & pater vester cælestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? **Q**uis autem vestrum cogitās, potest adiicere ad staturā suā cubitum vnum? Et de vestimēto quid solliciti estis? **C**ōsiderate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. **D**ico autem vobis, quoniam nec Salomō, in omni gloria sua, coopertus est, sicut vnum ex istis. Si enim scœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, deus sic vestit: quātō magis vos, modicæ fidei? **N**olite ergo solliciti esse, dicētes, **Q**uid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gētes inquirūt. Scit enim pater vester, quia his omnib⁹ indigetis. **Q**uerite ergo primū regnū Dei, & iustitiā eius: & hæc omnia adiciētur vobis. **N**olite ergo solliciti esse in crastinū, crastinus em̄ dies sollicitus erit sibiip̄s, sufficit diei malitia sua. **N**olite iudicare, & non iudicabimini. nolite cōdē-
 arre, & nō cōdēnabimini.

In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mēsurā mēsi fueritis, remeietur vobis. **Q**uid autem vides festucā in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? **A**ut quomodo dicis fratri tuo. **F**rater, siue eiciā festucā de oculo tuo: & ecce trabs est ī oculo tuo? **H**ypocrita, eice primū trabē de oculo tuo, & tūc videbis eicere festucā de oculo fratris tui. **N**olite dare sanctū canibus: neq; mittatis margaritas vestras añ porcos, ne fortē conculcent eas pedibus suis, & cōuersi dirūpant vos.

¶ Secundū Lucā, cap. 12.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant, tanquam iusti, & aspernabantur ceteros parabolā istā. **D**uo homines ascenderūt in templum, ut orarent: vnus Phariseus, & alter Publicanus. **E**t reliqua.

Homilia sancti Augustini.

Diceret salutem Phariseus: non sum sicut ceteri homines.

Quid & ceteri homines, nisi omnes præter ipsum? Ego (inquit) iustus sum, ceteri peccatores. Non sum, sicut ceteri homines, iniusti, avari, raptores, adulteri. Et ecce tibi ex vicino Publicano, maior est tumoris occasio. Sicut (inquit) Publicanus iste. Ego (inquit) solus sum. Iste de ceteris est. Non sum, inquit, talis qualis iste est per iustitias meas, quibus iniquus non sum. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium quæ possideo. Quid rogauerit Deum quære in verbis eius: & nihil inuenies. Ascendit orare: noluit rogare Deum: sed se laudare. Parum est non Deum rogare, sed se laudare: insuper & roganti insultare. Publicanus autem, de longinquo stabat: & tamen Deo ipse appropinquabat, cordis eum conscientia remouebat: pietas applicabat. Publicanus autem de longinquo stabat: sed dominus eum de propinquo attendebat. Excelsus enim dominus, & humilia respicit: excelsos autem, qualis erat ille Pharisæus,

à longè cognoscit. Excelsa quidem Deus à longè cognoscit: sed non ignoscit. Adhuc autem audi humili tatem publicani. Parum est, quia de longinquo stabat, nec suos oculos ad cælum leuabat. Ut aspiceretur, non aspiciebat.

Oratio.

DEus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime, & miserendo manifestas: multiplica super nos misericordiam tuam: ut ad tua promissa currentes cælestium bonorum facias esse consortes. Per dominum nostrum.

¶ Feria secunda, ex primo Regum. Lectio prima.

Cumque venisset arca foederis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi, & persenuit terra, & audierunt Philisthim vocem clamoris, dixeruntque. Quamnam est hæc vox, clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt, quia arca domini venisset in castra. Timueruntque Philisthim, dicentes. Venit Deus in castra. Et ingemuerunt, dicentes. Væ no-

bis: non enim fuit tanta exultatio heri, & nudius tertius: vix nobis. Quis nos saluabit de manu deorum sublimium istorum? hi sunt Dij qui percusserunt Aegyptum omni plaga, in deserto. Confortamini, & estote viri, Philisthim, ne seruiatis Hebraeis, sicut & illi seruiunt nobis. confortamini, & bellate. Pugnaverunt ergo Philisthim, & cecidit Israel, & fugit unusquisque in tabernaculum suum, & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum, & arca dei capta est duo quoque filij Heli mortui sunt. Ophni, & Phinees. Currus autem vir de Benjamin ex acie, venit in Silo, in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cumque ille venisset, Heli sedebat super sellam contra viam spectans. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiavit urbi, & ululavit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitque: Quis est hic sonitus tumultus huius? At ille se-

stinauit: & venit, & nuntiavit Heli. Heli autem erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerunt, & videre non poterat. Et dixit ad Heli. Ego sum qui veni de praello, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait. Quid actum est filii mi? Respondens autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthim, & ruina magna facta est in populo: insuper, & duo filij tui mortui sunt, Ophni, & Phinees: & arca Dei capta est. Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir, & graueus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus autem eius uxor Phinees praegrans erat, vicinaque partui: & audito nuntio quod capta esset arca dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incuruauit se, & peperit, iruerant enim in eam dolores subiti. In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei quae stabant circa eam, Ne timeas, quia filium

peperisti. Quæ non respōdit eis, neque animaduertit. Et vocauit puerū Ichabod, dicens. Translata est gloria Domini de Israel, quia capta est arca Dei. Et pro socero suo, & pro viro suo, ait. Translata est gloria Dei ab Israel, eod quod capta esset arca Dei.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

PEtite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quem si petierit filius suus panem, nūquid lapidem porriget ei? Aut si piscem petierit, nunquid serpentem porriget ei? Si ergo vos eū sitis mali, noſtis bona data dare filiis vestris: quāto magis pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis. Hæc est enim lex, & prophetæ. Intrate per angustā portam: quia lata porta, &

spatiōsa via est quæ ducit ad perditionem, & multi sunt qui intrant per eam.

Quoniam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam: & pauci sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem, sunt lupi rapaces. A fructibus eorū cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quæ nō facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorū cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Multi dicēt mihi in illa die, Domine domine, nōne in nomine tuo prophetauimus, &

In nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nunquam noui vos. discedite à me oēs qui operamini iniquitatē. Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea: assimilabitur viro sapienti, qui edificauit domum suam super petram, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat super petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: similis erit viro stulto qui edificauit domum suam super arenam, & descendit pluuia, & uenerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum est: cum consummasset Iesus verba hæc, admirabatur turbæ super doctrinam eius. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, & non sicut scribarum, & Phariseorum.

¶ Feria. iij. ex primo Regum. cap. 5. Lectio prima.

Philistiim autē tulerunt arcam dei, & asportauerunt eam à Lapidæ adiutorij in Azotū. Tuleruntque Philistiim arcam dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suū. Rursumque mane die altera consurgentes inuenerunt Dagon iacentē super faciem suā in terra, coram arca domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius, abscissæ erant super limen: porro Dagon solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, usque in hodiernum diem. Aggrauata est autē manus domini super Azotios, & demolit⁹ est eos: & percussit in secretiori parte nationum Azotū, & fines eius. Et ebullierunt villæ, & agri

in medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate. Videtes autem viri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt, Nô maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon Deû nostrum. Et mittentes congregauerunt omnes satrapas Philisthorû ad se, & dixerunt, Quid faciem⁹ de arca dei Israel? Responderuntq; Gethæi, Circunducatur arca dei Israel. Et circumdixerunt arcam Dei Israel. Illis autem circumducentibus eam, fiebat manus domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat vicos vniuscuiusque vrbis, à paruo vsq; ad maiorem, & putrescebant prominetes extales corû. Inieruntque Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumque venisset arca Dei in Accaron, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes. Adduxerunt ad nos arcam de Israel, vt interficiat nos, &

populum nostrum. Miserunt itaque & cōgregauerunt omnes satrapas Philisthorum: qui dixerunt, Dimittite arcam Dei Israel, & reuertatur in locû suû, vt non interficiat nos, cum populo nostro. Fiebat em̄ pavor mortis i singulis vr-bibus, & grauißima valdè manus dei. Viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascēdebat vlutatus vniuscuiusque ciuitatis in cælum.

*secundum Matth. Cap. 8.
Lectio secunda.*

Cum autem descēdisset de monte, secutus est eum turbæ multæ: & ecce leprosus veniēs, adorabat eum, dicens. Domine, si vis pōtes me mundare. Et extendēs Iesus manus, tetigit eû, dicens. Volo, mundare. Et confestim mundata est lepra eius. Et ait illi Iesus. Vide, nemini dixeris: sed vade, ostēde te sacerdoti: & offer munus tuum quod præcepit Moyses, in testimoniû illis. Cû autem introisset Capharnaum, accessit ad eum Cē-

turio, rogans eum, dicens. Dñe: puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Et ait illi Iesus, Ego veniam & curabo eum. Et respondens Centurio, ait. Dñe, non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habes sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit. & seruo meo, fac hoc, & facit. Audiens autem hæc Iesus, miratus est: & sequentibus se dixit. Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, & occidente venient, & recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in regno cælorum: filij autem regni, eicientur in tenebras exteriores. ibi erit fletus, & stridor dætorum. Et dixit Iesus Centurioni, Vade: & sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer, ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum Petri, vidit socrum eius iacentem, & febricitantem: & tetigit manum eius,

& dimisit eam febris, & surrexit, & ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eiciebat spiritus verbo, & omnes male habentes curauit: ut adimpleretur quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: ipse infirmitates nostras accepit: & ægrotationes nostras portauit. Videns autem Iesus turbas multas circum se, iussit discipulos ire trans fretum. Et accedens vnus scriba, ait illi. Magister, sequar te quocumque ieris. Et dicit ei Iesus. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis, non habet vbi caput suum reclinet, alius autem de discipulis eius, ait illi. Domine, permitte me primū ire, & sepelire patrem meum. Iesus autem ait illi. Sequere me, & dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

¶ Feria quarta, ex primo Regum. cap. 6. Lectio. 1.

FVit ergo arca Domini in regione Philistinorum septem mensibus. Et vocauerunt Phi-

Philistim sacerdotes, & diuinos, dicentes. Quid faciemus de arca domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum? Qui dixerunt, Si remittitis arcam dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius a vobis. Qui dixerunt. Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderuntque illi, iuxta numerum prouinciarum Philistinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris, Facietisque similitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte reuelet manum suam a vobis, & a diis vestris, & a terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra, sicut aggrauauit Aegyptus, & Pharaon cor suum? nonne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite, & sa-

cite plaustrum novum unum: & duas vaccas foetas, quibus non est impositum iugum, iungite in plastro, & recludite vitulos earum domi, Tolleisque arcam domini, & ponetis in plastro, & vasa aurea quae exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimitte eam ut vadat. Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande: sin autem minime: sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quae lactabant vitulos, iunxerunt ad plastrum, vitulosque earum concluserunt domi. Et posuerunt arcam Dei super plastrum, & capsellam quae habebat mures aureos, & similitudinem anorum, Ibat autem in directum vaccarum, per viam quae ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dexteram, neque ad sinistram,

Sed & satrapæ Philisthiim sequebantur, vsque ad terminos Bethsames.

Secundum Matth. Lect. ij.

ET ascendente eo in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius: & ecce motus magnus factus est in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus, ipse verò dormiebat. Et accesserunt ad eum discipuli eius: & suscitauerunt eum, dicentes. Dñe, salua nos, perimus. Et dicit eis Iesus. *Quid timidi estis Iesus?* Tunc surgens imperauit ventis, & mari, & facta est tranquillitas magna. Porro homines mirati sunt, ditetes. *Qualis est hic, quia venti, & mare obedunt ei?* Et cum venisset Iesus trans fretum, in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo habentes demonia, de monumentis exeuntes, scruu nimis, ita vt nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamauerunt, dicentes. *Quid nobis, & tibi Iesu fili dei?* Venisti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis, grex multorum porcorum, pascens. Dæmones au-

tem rogabant eum, dicentes. Si eiicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis, Ite. At illi exeuntes, abierunt in porcos: & ecce, magno impetu abiit totus grex per præcepsum in mare: & mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerunt hæc omnia, & de iis qui demonia habuerant. Et ecce tota ciuitas exiit obuiam Iesu. Et viso eo, rogabant eum, vt transiret à finibus eorum. Et ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit: & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerebant ei paralyticum, iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico. *Confide fili, remittuntur tibi peccata tua.* Et ecce quidam de scribis dixerunt intra se, *Hic blasphematur.* Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit. *Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere. Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula?* Vt autem sciat, quia filius hominis habet potestatem in terra di-

mittendi peccata: (tunc ait paralytico,) Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam: & surrexit, & abiit in domum suam. Videntes autem turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum, qui dedit potestatem talem hominibus. Et cum transiret inde Iesus, vidit hominem sedentem in telonio Mathæum nomine. Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est: discumbente eo in domo, ecce multi publicani & peccatores venientes, discumbebant cum Iesu, & discipulis eius. Et videntes Pharisei, dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis, & peccatoribus mæducat magister vester? At Iesus audiens, ait, Non est opus valentibus medico, sed male habentibus. euntes autem, discite quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium. Non enim veni vocare iustos, sed peccatores.

Feria quinta, ex primo Regum. Lectio prima.

Porro Bethsamitæ mætebant triticum in valle: & eleuantes oculos

suos, viderunt arcana, & gauiſi sunt cum vidissent. Es plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ: & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus: & conciderunt ligna plauſtri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum domino. Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa, domino. Et quinque satrapæ Philistinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem anni aurei, quos reddiderunt Philistinim pro delicto, domino: Azotus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: & muros aureos secundum numerum urbium Philistinim quinque prouinciarum, ab urbe murata vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abel magnum super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis.

Percussit autem dñs de viris Bethsamtibus eò quòd vidissent arcam domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eò quòd dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamtæ, Quis poterit stare in conspectu domini Dei sancti huius? & ad quæ ascēdet à nobis? Miseruntque nuntios ad habitatores Cariathiarim, dicētes, Reduxerūt Philisthūm arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

Secundum Matthæum.

Lectio secunda.

Tunc accesserūt ad eū discipuli Ioannis, dicentes. Quare nos, & Pharisei ieiunamus frequenter: discipuli autē tui non ieiurant? Et ait illis Iesus. Nunquid possunt filij sponsi lugere quandiu cū illis est sponsus: Veniēt autem dies, cū auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. tollit enim plenitudinem

eius à uestimento: & peior scissura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinū nouū in vtres nouos mittunt: & ambo conseruantur. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicēs. Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manū tuam super eam, & viuet. Et surgēs Iesus, sequebatur eum, & discipuli eius. Et ecce, mulier, quæ sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tetigit simbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se, Si tetigero tantum vestimentum eius: salua ero. At Iesus cōuersus, & videns eā, dixit. Cōfide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier, ex illa hora. Et cū venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicit illis. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cū

eiecta esset turba, intravit:
& tenuit manum eius, & di-
xit. Puella, surge. Et surre-
xit puella. Et exiit fama
hęc in vniuersam terram.
Et transeunte inde Iesu, se-
cuti sunt eū duo cęci cla-
mantes, & dicentes. Misere-
re nostri fili Dauid. Cū
autem venisset domū, ac-
cesserūt ad eū cęci. Et di-
cit ei Iesus, Creditis quia
hoc possum facere vobis?
Dicūt ei, Vtique domine.
Tunc tetigit oculos eorū,
dicens. Secundum fidē ve-
stram, fiat vobis. Et aperti
sunt oculi eorum, & com-
minatus est illis Iesus, di-
cens. Videte ne quis sciat.
Illi autē exeūtes diffamaue-
rūt eū, in tota terra illa. E-
gressis autem illis, ecce ob-
tulerunt ei hominē mutū,
dæmoniū habentem. Et e-
iecto dæmonio, locut⁹ est
mutus, & miratę sunt tur-
bę, dicētes. Nūquam appa-
ruit sic in Israel. Pharisei
autem dicebant, In princi-
pe dæmoniorū eicit dæ-
mones. Et circumibat Ie-
sus omnes ciuitates, & ca-
stella, docens in synagogis
eorum & prædicans euā-

geliū regnī, & curans om-
nem lāguorem, & omnem
infirmiātem. Videns autē
turbas, misertus est eis: quā
erant vexati, & iacentes si-
cut oues non habentes pa-
storem. Tunc dicit discipu-
lis suis, Messis quidē mul-
ta, operarij autem pauci.
Rogate ergo dominū mes-
sis, vt mittat operarios in
messē suam.

*¶ Feria sexta, ex libro pri-
mo Regū. cap. 7. Lectio. 1.*

Venerunt ergo viri
Cariatharim, & re-
duxerunt arcam do-
mini, & intulerunt eam in
domum Abinadab, in Ga-
baa: Eleazarū autē filium
eius sanctificauerūt, vt cu-
stodiret arcā domini. Et fa-
ctum est, ex qua die māsit
arca Dñi in Cariatharim,
multiplicati sunt dies: erat
quippe iam annus viceſi-
mus: & requieuit omnis do-
mus Israel post Dominū.
Ait autem Samuel ad vai-
uersam domum Israel, di-
cens. Si in toto corde ve-
stro reuertimini ad Dñm,
auferte deos alienos de me-
dio vestri, Baalim & Aſta-
roth; & præparate corda

vestra domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthium. Abstulerunt ergo filij Israel Baalim, & Astaroth, & seruerunt domino soli. Dixit autem Samuel, Congregate vniuersum Israel in Masphat, vt orem pro vobis dominum. Et conuenerunt in Masphat: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu domini, & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi. Peccauimus domino. Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphat. Et audierunt Philisthium, quod congregati essent filij Israel in Masphat, & ascenderunt satrapæ Philisthinorum ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorum. Dixeruntque ad Samuelem. Ne cesses pro nobis clamare ad dominum deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum dominus. Fa-

ctum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthium inire praelium contra Israel: intonuit autem dominus fragore magno in die illa super Philisthium, & exterruit eos, & cæsi sunt à filiis Israel. Egressi que filij Israel de Masphat, persecuti sunt Philisthos, & percusserunt eos vsque ad locum, qui erat subter Bethchar. Tulit autem Samuel lapidẽ vnum, & posuit eum inter Masphat, & inter Sen: & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitque, Hucusque auxiliatus est nobis Dñs. Et humiliati sunt Philisthium nec apposuerunt ultra vt venirent in terminos Israel.

Secundum Matth. cap. 10.

Lectio secunda.

ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, vt elicerent eos, & curaret omnem languorem, & omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolorum nomina, sunt hæc, Primus, Simon qui dicitur Petrus, & Andreas frater eius, Philip-

pus, & Bartholomæus, Iacobus Zebedæi, & Iohannes frater eius, Thomas, & Matthæus publicanus, & Iacobus Alphæi, & Thaddæus, Simon Chananæus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Hos duodecim misit Iesus: præcipiens eis, dicens. In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis: sed potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem, prædicate, dicentes. **Q**uia appropinquaui regnum cælorum. Infirmos curate, mortuos suscite, leprosos munda te, demones eiicite, gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum: neque pecuniam in zonis vestris: non peram in via. neque duas tunicas, neque calceamenta, neque virgã, dignus enim est operarius cibo suo. In quacunque autem ciuitatem, aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete, donec exeatis. Intranses autem in domum, salutate eam, dicentes. Pax huic domui. Et si

quidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam, si autem non fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos. Et quicumque non receperit vos, neque audierit sermones vestros: excutite foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum, & Gomorrhæorum in die iudicii, quam illi ciuitati. Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum. Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in consiliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ad præsides, & reges ducimini, propter me in testimonium illis, & gentibus. Cum autem tradet vos, nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent,

gent filij in parêtes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus, propter nomē meum, qui autem perseverauerit vsq; in finem, hic saluus erit.

Sabbato ex primo Regum. Le. No prima.

FActa est itaq; manus dñi sup Philisthæos, cūctis diebus Samuelis: & redditz sunt vrbes quas tulerant Philisthæum ab Israel: Israeli, ab Accarō vsque Geth, & terminos suos: liberauitque Israel de manu Philisthinorū, eratq; pax iter Israel, & Amor rhæum. Iudicabat quoque Samuel Israelē, cūctis diebus vitę suę, & ibat per singulos annos circumiens Bethel, & Galgala, & Mafphath, & iudicabat Israelē in supradictis locis. Reuertebaturq; in Ramatha. ibi enim erat dom⁹ eius, & ibi iudicabat Israelē. Aedificauit etiam ibi altare dño. Factum est autem cūm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti loel: & nomē secundi Abia, iudicium in

B. N.

Bersabæz. Et non ambulauerunt filij illius in viis eius: sed declinauerunt post auarittam, acceperuntque munera, & peruerterūt iudiciū. Cōgregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelm in Ramatha. Dixerūtque ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in viis tuis: Constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Dispicuitq; sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent, Da nobis regē, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad dominū. Dixit autē dominus ad Samuelē, Audi vocē populi in omnibus quę loquuntur tibi: non enim te abiecerūt, sed me, ne regnem super eos. Iuxta oīa opera sua quę fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto, vsq; ad diem hanc: sicut dereliquerūt me, & seruerunt diis alienis, sic faciunt etiam tibi: Nunc ergo vocem eorum audi: ueruntamea contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos.

Secundū Matth. Luc. ij

Y

Cum autē persequen-
 tur vos in ciuitate i-
 sta: fugite in aliam.
 Amen dico vobis, nō con-
 summabitis ciuitates Israel
 donec veniat filius homi-
 nis. Non est discipulus su-
 per magistrum, nec seruus
 super dominum suum. suf-
 ficit discipulo, vt sit sicut
 magister ei⁹: & seruo, sicut
 dominus eius. Si patrem
 familias, Beelzebub voca-
 uerunt: quantō magis do-
 mesticos eius? Ne ergo ti-
 mueritis eos. Nihil em̄ est
 opertū, quod non reuele-
 tur: & occultum, quod nō
 sciatur. Quod dico vobis
 in tenebris, dicite in lumi-
 ne: & quod in aure auditis,
 prædicate super tecta. Et
 nolite timere eos qui occi-
 dunt corpus, animā autem
 non possunt occidere: sed
 potius timete eum, qui po-
 test, & animam, & corpus
 perdere in gehennā. Non-
 ne duo possideres assē vene-
 unt, & vnus ex illis non ca-
 det super terram sine patre
 vestro? Vestri autem & ca-
 pilli capitis, omnes nume-
 rati sunt. Nolite ergo time-
 re: multis passeribus meli-
 ores estis vos. Omnis ergo
 qui cōfitebitur me coram
 hominibus, confitebor &
 ego eum corā patre meo,
 qui in cælis est, qui autem
 negauerit me coram homi-
 nibus: negabo & ego eum
 corā patre meo qui in cæ-
 lis est. Nolite arbitrari quā
 pacem venerim mittere in
 terram, non veni pacē mit-
 tere, sed gladiū. Veni enim
 separare hominem aduer-
 sus patrem suum, & filiam
 aduersus matrem suam, &
 nurum aduersus socrum
 suam: & inimici hominis,
 domestici eius. Qui amat
 patrem, aut matrem plus
 quam me, non est me di-
 gnus. & qui amat filiū, aut
 filiam super me, nō est me
 dignus. Et qui non accipit
 crucē suā, & sequitur me:
 nō est me dignus. Qui in-
 uenit animā suā, perdet il-
 lam: & qui perdiderit ani-
 mā suā propter me: inue-
 niet eam. Qui recipit vos,
 me recipit, & qui me reci-
 pit, recipit eum qui me mi-
 sit. Qui recipit prophetā
 in nomine prophetæ, mer-
 cedem prophetæ accipiet,
 & qui recipit iustū in no-

mine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli: Amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

¶ Dominica. xi. post Pentecost. ex primo Regum. Lect. i.

Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad populum, qui petierat à se regem, & ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis. Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietque sibi equites, & p̄cursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tribunos, & Ceterationes, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum, & curruum suorum. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliuetas optima tollet, & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, ut det eunuchis, & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuvenes optimos, &

afinos auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri, quem elegistis vobis: & non exaudiet vos dominus in die illa. Noluit autem populus audire vocem Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam, rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos: & pugnabit bella nostra pro nobis: & audiuit Samuel omnia verba populi, & loquutus est ea in auribus domini. Dixit autem dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat unusquisque in civitatem suam.

¶ Secundum Mattheum. Cap. ii. Lectio secunda.

ET factum est: cum consummasset Iesus precipiens duodecim discipulis suis, transiit inde, ut doceret, & predicaret in civitatibus eorum. Ioannes autem cum audisset in viculis opera Christi mit-

Dominica. xi. post Pentecost.

tes duos de discipulis suis, ait illi. Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Et respondens Iesus, ait illis. Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis. cæci vidēt, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgūt, pauperes euangelizantur: & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Ioanne. Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitū? Ecce qui mollibus vestiūtur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam. Etiam dico vobis, & plusquam prophetam. Hic est enim de quo scriptū est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui præparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, nō surrexi inter nationes mulierum maior Ioanne Baptista, qui autem minor est in regno cælorum, maior est illo. A diebus autem Ioannis Baptistæ usque nunc, regnum cælorū vim patitur, & violenti rapiūt illud. Omnes enim prophetae, & lex, usque ad Ioannē prophetarunt, & si vultis recipere, ipse est Elias, qui vēturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similē estimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, qui clamantes coræqualibus suis, dicunt. Cecinimus vobis, & non fastastis: lamentauimus, & non plāxistis. Venit enim Ioānes, neque bibens, neque manducans, neque bibens: & dicunt, Dæmonium habet. Venit filius hominis, māducans, & bibēs: & dicunt. Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum, & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à filiis suis. Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimę virtutes eius, quia non egissent pœnitentiam. Væ tibi Corozaim, vę tibi Bethsaida: quia si in Tyro, & Sidone factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egissent.

Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidoni remissius erit in die iudicij, q̄ vobis. Et tu Capharnaú, nūquid vsq; in cælum exaltaberis? vsq; in infernū descendes, quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, fortè māsissent vsq; in hanc diem. Veruntamen dico vobis, quia terra Sodomorum remissius erit in die iudicij, q̄ tibi.

¶ Secundum Marcum. cap. 7. Lectio tertia.

In illo tēpore: Exiēs Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonē ad mare Galilæe inter medios fines Decapoleos, Et reliqua.

¶ Homilia scti Greg. pap.

Vigilanter intuēdum est quòd voce domini ad prophetam dicitur, vt prius eius sermones audiat & postmodum loquatur. Audiuimus em̄ verba Dei, si facimus, & tunc ea proximis rectè loquimur, cum prius ipsi fecerimus. Quod bene Marcus euangelista confirmat: cum factum domini miraculum narrat, dicens: Adducunt ei surdum, & mu-

tum, & deprecabantur eū, vt imponeret illi manum. Cuius ordinem curationis insinuat, subdens. Misit digitos suos in auriculas: expuensque, tetigit linguam eius: & suspiciens in cælum ingemuit & ait illi. Epheta, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculū linguæ eius: & loquebatur rectè. Quid est em̄ quòd creator omnium Deus: cū surdum, & mutum sanare voluisset: in aures illi⁹ suos digitos misit: & expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redēptoris, nisi dona sancti spiritus designantur? Vnde cū in loco alio eiecisset dēmonium, dixit. Si in digito Dei eicio dēmonia, profecto venit in vos regnum Dei: Quare per euangelistam alium dixisse describitur. Si ego in spiritu Dei eicio dēmonia, igitur peruenit in vos regnum Dei.

Oratio.

Omnipotēs sempiternus Deus, qui abundantia pietatis tuæ, & merita supplicum excedis, & vota: effunde super

nos misericordiam tuam, ut dimittas quæ conscientia metuit, & adicias quod oratio non præsumit. Per dominum nostrum Iesum.

¶ *Feria secunda, ex primo Regum. cap. 9. Lectio. j.*

ET erat vir de Benjamin, nomine Cis, filius Abiel, filij Seror, filij Bechorath, filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore: Et erat ei filius vocabulo Saul, electus, & bonus: & non erat vir de filiis Israel melior illo. ab humero, & sursum, eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum. Tolle tecum unum de pueris, & confurgens vade, & quere asinas. Qui cum transissent per montem Ephraim, & per terram Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per terram Salim, & non erant: sed & per terram Iemini, & minime repperunt. Cum autem venissent in terram Suph, dixit Saul ad puerum, qui erat cum eo, Veni, & reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas,

& sollicitus sit pro nobis. Qui ait ei. Ecce vir delictus est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit, nunc ergo eamus illuc, si forte scidicet nobis de via nostra, propter quam venimus. Dixitque Saul ad puerum suum, Ecce ibimus. quid feremus ad virum Dei? pennis deficit in stirachis nostris. & sportulam non habemus, ut demus homini Dei: nec quidquam aliud. Rursum puer respondit Sauli, & ait, Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini dei, ut indicet vobis viam nostram. Olim in Israel sic loquebatur unusquisque, vades consulere Deum. Venite, & eamus ad videtem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim vades. Et dixit Saul ad puerum suum. Optimus sermo tuus: veni, eamus. Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. Cumque ascenderent cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis. Num hic est videns? Quæ respō

dentes, dixerunt illis, Hic est: ecce ante te, festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificiū est hodie populi in excelsō. Inredientes urbem, statim inuenietis eum antequam ascēdat excelsū ad vescendum, neq; enim comesturus est populus, donec ille veniat: quia ipse benedicet hostiē, & deinceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo ascendite, quia hodie reperietis eum.

¶ **secundum Matthæum.**
Cap. xi. Lectio secunda.

In illo tempore: Respondens Iesus, dixit. Confiteor tibi pater domine celi & terrę, quia abscondisti hæc à sapientibus, & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quoniā sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neq; patrem quis nouit, nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiā uos. Tollite iugum meum super uos: & discite à me, quia mitis sum & hu-

millis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugū enim meū, suauē est: & onus meū leue. In illo tempore: abiit Iesus post facta sabbato: discipuli autem eius esurientes, cœperunt uelle respicias, & māducare. Pharisei autem uidentes, dixerunt ei. Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet eis facere sabbatis. At ille dixit eis. Non legistis quid fecerit Dauid, quando esuriit, & qui cū eo erant: quomodo intrauit in domū Dei, & panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cū eo erāt, nisi solis sacerdotibus? Aut nō legistis in lege: quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum uiolāt? & sine erimine sunt? Dico autem uobis, quia templo maior est hic. Si autem sciretis quid est, Misericordiam uolo, & nō sacrificiū, nunquam condēnassetis innocentes, Dñs enim est filius hominis, etiam sabbati. Et cū inde transisset, uenit in synagogā eorum. Et ecce homo manum habens aridam, & interrogabāt eum,

dicentes. Si licet sabbatis curare? ut accusarent eum. Ipse autē dixit illis. *Quis erit ex vobis homo, qui habeat ouem unam: & si ceciderit hæc sabbatis in foueā, nonne tenebit, & leuabit eam? Quātō magis melior est homo oue!* Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini. *Extende manū tuam.* Et extendit. & restituta est sanitati, sicut altera. Exeuntes autem Pharisæi, consiliū faciebāt aduersus eū, quomodo perderent eum.

1. Reg. Les. j.

ET ascenderūt in ciuitatem. Cumq; illi ambularent in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obviam eis, ut ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculā Samuelis, ante unā diem, quā veniret Saul, dicens. *Hac ipsa hora, quæ nunc est, eras mitā virum ad te de terra Benjamin, & unges eum ducē super populum meū Israel, & saluabit populū meū de manu Philistinorū, quia respexi populum meum, venit*

enim clamor eorū ad me. Cumq; aspexisset, Samuel Saulem, dñs dixit ei. *Ecce vir quē dixerā tibi, iste dominabitur populo meo.* Accessit autē Saul, ad Samuelem in medio portæ, & ait. *Indica, oro, mihi, vbi est domus videntis!* Et respondit Samuel Saul, dicens. *Ego sum vidēs. ascende ante me in excelsum, ut comedas mecū hodie, & dimittam te mane, & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi.* Et de asinis quas nudius tertius perdidisti, ne sollicitus sis, quia inventæ sunt. Et cuius erunt optima quæq; Israel? nōne tibi, & omni domui patris tuæ? Respondens autē Saul ait. *Nunquid nō filius Iemini ego sum, de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima, inter omnes familias, de tribu Bēiam? quare ergo locutus es mihi sermōnem istum?* Assūmens itaq; Samuel Saule, & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locū in capite eorū, qui fuerant inuitati, erant enim quasi triginta viri. Dixitq;

Samuel coco. Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autē cocus armum, & posuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce qđ remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatum est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderūt de excelsō in oppidum, & locutus est cum Saule, in solarario. Cumq; mane surrexissent, & iam dies luceſceret, vocauit Samuel Saulē, in solarario, dicens, surge, & dimittam te. Et surrexit Saul egressiq; sunt ambo, ipse videlicet, & Samuel. Cūq; descenderēt in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero, vt antecedit nos, & trāseat: tu autē subsiste paulisper, vt indicē tibi verbū Dei.

¶ *Secundu Math. Lec. ij.*

Iesus autem sciēs, secessit inde: & sequuti sunt eū multi, & curauit eos oēs, & præcepit eis ne manifestum eum facerent. Vt adimpleretur quod dictū est per Isaiam prophetam,

dicētem, Ecce puer meus, quem elegi, dilectus meus in quo bene cōplacuit anī meæ mez. Ponam spiritum meū super eum, & iudiciū gentibus nūtiabit. Nō contendet neq; clamabit neq; audiet aliquis in plateis vocem eius. arundinē quassatam non cōfringet, & linū fumigans non extinguet, donec adiciat ad victoriā iudicium: & in nomine ei⁹ gētes sperabūt. Tunc oblatuſ est ei dæmoniū habēs, cæcus, & mutus: & curauit eum ita vt loqueretur, & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquā hic est filius David? Pharisæi autem audientes, dixerunt. Hic non eiicit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum. Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis. Omne regnum diuisum cōtra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa cōtra se, non stabit. Et si satanas satanā eiicit, aduersus se diuisus est, quomodo ergo stabit regnum eius? Et si ego in Beelzebub eiicio dæmones: filij vestri in quo

eiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eicio demones: igitur peruenit in vos regnum Dei. aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa eius diripere, nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui non est mecum, contra me est: & qui non congregat mecum, spargit. Ideo dico vobis: omne peccatum, & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiz, non remittetur. Et qui cunque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructum eius malum: si quidem ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona: & malus homo, de malo the-

sauro profert mala. Dico autem vobis: quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicii. Ex verbis enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Peria. iij. ex primo Regum. cap. 10. Lectio. j.

Tulit autem Samuel lenticulam olei, & effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, Ecce unxit te dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia unxit te dominus in principem. Cum abieris hodie a me, inueniet duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Benjamin in meridie, dicentque tibi, Inuenit sunt asinus: ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, sollicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cumque abieris inde, & ultra transieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri a-

scendentes ad Deū in Bethel, vnus portans tres hōdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenā vini. Cūq; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hęc venies in collem Dei, vbi est statio Philistinorum: & cū ingressus fueris ibi urbem, obuiū habebis gregem prophetarū descendētiū de excelsō, & ante eos psalterium, & tympanū, & tibiā, & citharam, ipsosq; prophetātes. Et insiliet in te spiritus domini, & prophetabis eum eis, & mutaberis in virū alium. Quando ergo euenerint signa hęc oīa tibi, fac quęcunq; inuenerit manū tua, quia dñs tecum est. Et descendes ante me in Galgala: (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septē dieb⁹ expectabis, donec veniam ad te, & ostēdam tibi quid facias. Itaq; cū auertisset humerum suum, vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerūt omnia signa hęc in die il-

la. Veneruntq; ad prædictum collē, & ecce cuneus prophetarum obuius ei, & insiliuit super eum spirit⁹ domini, & prophetauit in medio eorum. Vidētēs autem omnes qui nouerant eum heri, & nudiustertius, quod esset cū prophetis, & prophetaret, dixerunt adinuicem. Quęnam res accidit filio Cis? nū & Saul inter pphetas? Rōdit ali⁹ ad alterū, dicēs. Et quis pater eorum? Propterea verbum est in prouerbiū, Nū & Saul inter prophetas.

¶ *Secundum Mattheum.*

Lectio secunda.

Tunc responderūt ei quidā de Scribis, & Pharisæis, dicentes. Magister, volumus à te signum videre. Qui respondēs ait illis, Generatio mala, & adultera signū querit: & signum non dabitur ei, nisi signum Ionę prophetę. Sicut enim fuit Ionas in vētre ceti tribus diebus, & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terrę tribus diebus, & tribus noctibus. Viri Niniitę surgent in iudicio,

cū generatione ista, & con-
demnabunt eam: quia pœ-
nitentiam egerunt in prœ-
dicatiōe Ionæ, & ecce plus
quā Ionas hic. Regina au-
stri surget in iudicio cū ge-
neratione ista, & condēna-
bit eā: quia venit à finibus
terræ audire sapientiā Sa-
lomonis, & ecce plus quā
Salomon hic. Cū autem
immundus spiritus exierit
ab hose, ambulat per loca
arida, quæ rēs requiem, &
non inuenit. Tunc dicit,
Reuertar in domum meā,
vnde exiui. Et veniens, in-
uenit eam vacātem, scopis
mundatam, & ornatā. Tūc
vadit, & assumit septē alios
spiritus secum nequiores
se, & intrātes habitant ibi,
& sūt nouissima hominis
illius peiora priorib⁹. Sic
erit & generatiōi huic pes-
simæ. Adhuc eo loquente
ad turbas, ecce mater eius
& fratres stabāt foris, que-
rentes loqui ei. Dixit autē
ei quidā. Ecce mater tua,
& fratres tui foris stāt que-
rētes te alloqui. At ipse re-
spondens dicenti sibi, ait.
Quæ est mater mea, & qui
sunt fratres mei? Ex exten-

dens manum in discipulos
suos, dixit. Ecce mater
mea, & fratres mei. **Quicū**
que enim fecerit volunta-
tem patris mei qui in cælis
est, ipse, meus frater, sor-
ror, & mater est.

**¶ Feria quinta, ex primo
Regum. Lectio prima.**

CEssauit autem pro-
phetare, & venit ad
excelsum. Dixit que
patruus Saul ad eum, & ad
puerū eius. Quo abiistis?
Qui responderunt. **Quæ-**
rere asinas, quas cū non
reperissemus, venimus ad
Samuelem. Et dixit ei pa-
truus suus. Indica mihi qd
dixerit tibi Samuel. Et ait
Saul ad patruū suum, Indi-
cauit nobis, quōd inuentæ
essent asinæ, De sermone
autem regni, nō indicauit
ei quem loquutus fuerat
ei Samuel. Et conuocauit
Samuel populum ad Do-
minum in Masphath, & ait
ad filios Israel, Hæc dicit
dominus Deus Israel. Ego
eduxi Israel de Aegyptō:
& erui vos de manu Aegy-
ptiorū: & de manu omniū
regum qui affligebāt vos.
Vos autem hodie proieci-

stis dominū deum vestrū,
 qui solus saluauit vos de
 vninersis malis, & tribula-
 tionibus vestris, & dixistis.
 Nequaquam, sed regē con-
 stitue super nos. Nunc er-
 go state corā domino per
 tribus vestras: & per fami-
 lias. Et applicuit Samuel
 oēs tribus Israhel, & cecidit
 fors super tribū Beniamf.
 Et applicuit tribum Benia-
 min, & cognationes eius,
 & cecidit fors super cogna-
 tionem Metri, & peruenit
 vsque ad Saul filium Cis.
 Quæsierunt ergo eum, &
 non est inuentus. Et con-
 suluerunt post hæc domi-
 num, vtrumnam venturus
 esset illuc. Responditque
 dñs. Ecce absconditus est
 domi. Cucurrerunt itaq;
 & tulerunt eū inde stetitq;
 in medio populi, & altior
 fuit vniuerso populo, ab
 humero, & sursum. Et ait
 Samuel ad omnem popu-
 lum. Cerrè videtis quē ele-
 git dominus: quoniā non
 sit similis illi in omni po-
 pulo. Et clamauit omnis po-
 pulus, & ait. Viuat rex, Lo-
 quutus est autem Samuel
 ad populū legem regni, &

scripsit i libro, & reposuit
 coram domino: & dimisit
 Samuel omnē populū sin-
 gulos in domum suā. Sed
 & Saul abiit in domū suā
 in Gabaa: & abiit cum eo
 pars exercitus, quorū teti-
 gerat Deus corda. Filij ve-
 rō Belial dixerūt, Num sal-
 uare nos poterit iste? Et
 despexerunt eum, & nō at-
 tulerunt ei munera: ille ve-
 rō dissimilabat se audire.

¶ *Secundum Mattheu. cap. 11. Lectio secunda.*

In illo die, Exiens Iesus
 de domo, sedebat secus
 mare, & cōgregatæ sunt
 ad eum turbæ multæ, ita vt
 in nauiculā ascendēs fede-
 ret: & omnis turba stabat
 in litore, & loquutus est
 eis multa in parabolis, di-
 cens, Ecce exiit qui semina-
 re, feminare. Et dū semina-
 re, quædā ceciderunt se-
 cus viam, & venerunt vo-
 lucres cæli, & comederunt
 ea. Alia autem ceciderunt
 in petrosā, vbi non habe-
 bant terrā multam, & cōti-
 nuō exorta sunt: quia non
 habebant altitudinem ter-
 ræ, solē autem orto, æstua-
 uerunt: & quia non habe-

bant radicē, aruerūt. Alia autē ceciderunt in spinas: & creuerunt spinę, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonā: & dabant fructū aliud centesimū, aliud sexagesimū, aliud tricesimum. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedentes discipuli dixerūt ei. **Q**uare in parabolis loqueris eis? **Q**ui respōdens, ait illis. **Q**uia vobis datū est nosse mysteria regni cęlorū. illis autem nō est datū. **Q**ui enim habet, dabitur ei, & abūdabit, qui autē nō habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideo in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audientes non audiunt, neque intelligūt. vt adimpleatur in eis prophetia Isaię, dicentis. **A**uditu audietis, & non intelligetis: & vidētes videbitis, & non videbitis. **I**ncrassatū est enim cor populi huius, & auribus grauius audierunt, & oculos suos clauerunt: nequādo videāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & cōuertantur, & sanē eos. **V**estri autem beati oculi,

quia vidēt, & aures vestre, quia audiunt. **A**men quippe dico vobis, quia multi prophetę, & iusti cupierūt videre quę videtis, & nō viderunt: & audire quę auditis, & nō audierūt. **V**os ergo audite parabolā seminātus. **O**mnis qui audit verbū regni, & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminātū est in corde eius, hic est qui secus viā seminatus est. **Q**ui autē super petrosā seminatus est: hic est qui verbū audit, & continuo cū gaudio accipit illud, non autem habet in se radicem, sed est tēporalis: facta autē tribulatione, & persecutione propter verbum, continuo scandalizatur. **Q**ui autem seminatus est in spinis, hic est qui verbum Dei audit, & sollicitudo sæculi istius, & fallacia diuitiarū suffocat verbū, & sine fructu efficitur. **Q**ui verò in terram bonam seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructū affert, & facit aliud quidem ceteresimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò tricesimum.

Feria. vj. ex primo Regum. cap. II. Lectio. j.

ET factum est, quasi post mēsem, ascendit Naas Ammonites, & pugnare cōpit aduersum labes Galaad. Dixeruntq; oēs viri labes ad Naas. Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites, in hoc feriam vobiscū fœdus, vt etiam omnium vestrum oculos dextros, ponamq; vos opprobrium in vniuerso Israel. Et dixerūt ad eū seniores labes. Cōcede nobis septē dies, vt mittamus nuntios ad vniuersos terminos Israel. & si nō fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerūt ergo nuntij in Gabaa Saulis, & locuti sūt verba hæc, audiēte populo, & leuauit omnis populus vocē suā, & fleuit. Et ecce Saul veniebat, sequēs boues de agro, & ait, qd̄ habet populus quod̄ plorat? Et narrauerunt ei verba virorū labes. Et insiliuit spiritus domini in Saul, cūm audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumēs

virumq; bouē, concidit in frustra, misitq; in omnes terminos Israel per manū nuntiorum, dicens. Q uicunque nō exierit, & secutus fuerit Saul, & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor domini populū, & egressi sunt quasi vir vnus. Et recensuit eos in Bezece: fueruntq; filiorum Israel trecenta millia, virorum autem Iudas triginta millia. Et dixerūt nuntiis qui venerāt, Sic dicetis viris, q̄ sunt in labes Galaad, cras erit vobis salus, cū incaluerit sol. Venerūt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris labes, qui lætati sunt. Et dixerunt. Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factum est, cūm dies crastinus venisset, cōstituit Saul populū in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon, vsq; dū incaleresceret dies: reliqui autē dispersi sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait populus est Samuelem, Q uis est iste qui dicit, Saul non

regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul, non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dñs salutē in Israel. Dixit autem Samuel ad populū. Venite, & eamus in Galgala, & in nouem^o ibi regnū. Et perrexit oīs populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram dño in Galgala, & immoiauerunt ibi victimas pacificas corā dño. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

¶ *Secundū Matth. Lec. ij.*

Aliam parabolā proposuit illis, dicens. Simile factum est regnum cælorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. cū autem dormirent homines, venit inimicus eius, & supseminauit zizania in medio tritici, & abiit. Cū autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerūt & zizania. Accedentes autem serui patrisfamilias, dixerunt ei, Domine nonne bonum semē seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait il-

lis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis igitur imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne forte colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite utraq; crescere, vsque ad messem: & in tempore messis, dicam mesforibus. Colligite primum zizania, & alligate ea in fasciculos ad cōburendum: triticum autem, congregate in horreum meū. Aliam parabolam proposuit eis, dicens. Simile est regnum cælorū grano sinapis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidē est omnibus seminibus: cum autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita ut volucres cæli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus est eis, Simile est regnum cælorum fermento, quod acceptū mulier abscondit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis nō loquebatur eis, ut implere-

tur quod dictū est per prophetam, dicentē. Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Tunc dimissis turbis venit in domum: & accesserūt ad eum discipuli eius, dicentes. Ediffere nobis parabolā zizaniorū agri. **Q**ui respondens ait illis, **Q**ui seminat bonum semen est filius hominis. Ager autē est mundus. Bonum verò semen: hi sunt filij regni. Zizania autem filij sunt nequā. Inimicus autē qui seminauit ea: est diabolus. Messis verò, cōsummatio seculi est. Messores autē angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni cōburuntur: sic erit in consummatione seculi. mittet fili⁹ hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminū ignis. Ibi erit flet⁹, & stridor dentiū. Tunc iusti fulgebūt sicut sol, in regno patris eorū. **Q**ui habet aures audiendi audiat.

¶ **Sabbato, ex primo Regū, cap. 12. Lectio prima.**

B.

N.

Dixit autem Samuel ad vniuersum Israel. Ecce audiui vocem vestram, iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & constitui super vos regē. Et nunc rex graditur ante vos: ego autē senui, & incanui, porrò filij mei vobiscum sunt. itaque conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsque ad hanc diem, ecce præsto sum. Loquimini de me coram domino, & corā Christo eius, utrū houem cuiusquam tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquē, si de manu cuiusquā munus accepi: & contemnā illud hodie, restituāque vobis. Et dixerūt, Nō es calūniatus nos, neq; oppressisti, neque tulisti de manu alicuius quippiam. Dixitque ad eos, Testis est dominus aduersum vos, & testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis de manu mea quippiā. Et dixerunt. Testis. Et ait Samuel ad populum, Dominus qui fecit Moſen, & Aaron, & eduxit patres nros de terra Aegypti, adest.

Z

Nunc ergo stete, & iudicio contendam aduersum vos coram domino de omnibus misericordiis domini, quas fecit vobiscum, & cum patribus vestris: quomodo labor ingressus est Aegyptum, & clamauerunt patres vestri ad dominum. & misit dominus Moysen, & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui oblitum sunt domini Dei sui, & tradidit eos in manu Sisarae magistri militum Asor, & in manu Philistinorum, & in manu regis Moab, & pugnaverunt aduersum eos. Postea autem clamauerunt ad dominum, & dixerunt. Peccauimus, quia dereliquimus Dominum & seruiuimus Baalim, & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, & seruiemur tibi. Et misit dominus Ierobaal, & Baadan, & Iephte, & Samuel, & eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, & habitastis confidenter. Videntes autem quod Naas, rex filiorum Ammon venisset aduersum vos, di-

xistis mihi, Nequaquam sed rex imperabit vobis: cum dominus deus vester regnaret in vobis. Nunc ergo praesto est rex vester, quem elegistis, & petistis. ecce dedit vobis dominus regem.

Secundum Mattheum,

Lectio secunda.

Simile est regnum caelorum thesauro abscondito in agro: quem qui inuenit homo abscondit, & praegaudio illius vadit, & vendit vniuersa quae habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum homini negotiatori, qui querenti bonas margaritas, inuenta autem vna pretiosa margarita, abiit, & vendidit omnia quae habuit, & emit eam. Iterum simile est regnum caelorum saccis missae in mare, & ex omni genere piscium congregati, quae cum impleta esset, & educentes, & secus litus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione saeculi, exhibent angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. ibi

erit fletus, & stridor dētū. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei. Etiā domine. Ait illis, Ideo omnis scriba doctus in regnum cælorū, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo, noua, & vetera. Et factum est: cū consummasset Iesus parabolas istas transit inde. Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarētur, & dicerent. Vnde huic sapiētia hæc, & virtutes? Nonne hic est fabri filius? Nonne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacob^o, & Ioseph, & Simō, & Iudas: & sorores ei^o, nōne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autem dixit eis: Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et nō fecit ibi virtutes multas propter incredulitatem illorum. In illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famam Iesu: & ait pueris suis, Hic est Ioānes baptista, ipse surrexit à mortuis: & ideo virtutes operantur in eo. Herodes

enim tenuit Ioānem, & alligauit eū: & posuit in carcerem propter Herodiadē vxorē fratris sui. Dicebat enim illi Ioānes, Non licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populū: quia sicut prophetā eum habebāt. Die autē natalis Herodis, saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi: Vnde cū iuramento pollicitus est ei dare, quodecūque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Ioānis baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iuramentum autem, & eos qui pariter recumbebāt, iussit dari. Misitq; , & decollauit Ioannē in carcere. Et allatum est caput eius in disco: & datum est puellæ, & illa attulit matri suæ. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus eius: & sepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Iesu.

¶ Dominica. xij. post Pen. ex primo Regum. lect. j.

SI timueritis dominū, & serueritis ei, & audieritis vocem eius, &

Dominica. xij. post Pentecostea.

non exasperaueritis os domini, eritis & vos, & rex qui imperat vobis, sequentes dominum deum vestrum, si autem non audieritis vocem domini, sed exasperaueritis sermones eius, erit manus domini super vos, & super patres vestros. Sed & nunc state, & videte rem istam grandem, quam facturus est dominus, in conspectu vestro. Nunquid non messis tritici est hodie? Inuocabo dominum, & dabit voces, & pluias & scietis, & videbitis, quia grāde malum feceritis vobis in conspectu domini, petentes super vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluias illa die. Et timuit omnis populus nimis dominum, & Samuelem. Et dixit vniuersus populus ad Samuelē, Ora pro seruis tuis ad dominum deū tuū, vt non moriamur. addidimus enim vniuersis peccatis nostris malum, vt peteremus vobis regem. Dixit autem Samuel ad populū. Nolite timere, vos fecistis vniuersum malū hoc: ve-

runtamen nolite recedere à tergo domini, sed seruite domino in omni corde vestro. Et nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis, neque eruent vos: quia vana sunt: & non derelinquet dominus populum suum, propter nomen suum magnum: quia iurauit dominus facere vos sibi populum. Absit autem à me hoc peccatum in domino, vt cessem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam, & rectam. Igitur timete dominum, & seruite ei in veritate, ex toto corde vestro. vidistis enim magnifica, quæ in vobis gesserit. Quod si perseueraueritis in malitia & vos, & rex vester pariter peribitis.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

Quod cum audisset Iesus, secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum. & cum audissent turbae, secutæ sunt eū pedestres de ciuitatibus, Et exiens vidit turbam multā: & misertus est eis, & curauit laguidos eorū. Vespere autē facto,

acceſſerūt ad eum diſcipu-
 li eius, dicentes. Deſertus
 eſt locus, & hora iam præ-
 teriit: dimitte turbas: ut
 cuntes in caſtella, emāt ſibi
 eſcas Ieſus autem dixit eis.
 Non habēt neceſſe ire: da-
 te illis vos manducare. Re-
 ſponderunt ei. Non habe-
 mus hic, niſi quinque pa-
 nes, & duos piſces. **Qui** ait
 eis. Afferte mihi illos huc.
 Et cū iuſſiſſet turbā diſcū-
 bere ſuper cœnū: acceptis
 quinque panibus, & duo-
 bus piſcibus, aſpiciēs in cœ-
 lum benedixit, & fregit, &
 dedit diſcipulis panes, di-
 ſcipuli autē turbi. E- mā-
 ducauerunt omnes: & ſatu-
 rati ſunt. Et tulerunt reli-
 quias duodecim cophinos
 fragmentorū, plenos. Mā-
 ducantium autem fuit nu-
 merus, quinque millia vi-
 rorum, exceptis mulieri-
 bus, & paruulis. Et ſtatim
 compulit Ieſus diſcipulos
 aſcendere in nauiculam, &
 præcedere eum trans fre-
 tum, donec dimitteret tur-
 bas. Et dimiſſa turba, aſcen-
 dit in mōtem ſolus orare.
 Veſpere autem factō ſolus
 erat ibi, nauicula autem in

medio mari iactabatur flu-
 ctibus: erat enim contrari^o
 ventus. Quarta autem vi-
 gilia noctis, venit ad eos
 ambulās ſuper mare. Et vi-
 dētes eum ſuper mare am-
 bulantem, turbati ſunt, di-
 cētes. **Quia** phāſma eſt.
 Et præ timore clamauerūt.
 Statimque Ieſus locut^o eſt
 eis, dicens. Habete fiducia,
 ego ſum, nolite timere. Re-
 ſpondens autem Petrus di-
 xit. Domine ſi tu es, iube
 me ad te venire ſup aquas.
 At ipſe ait. Veni. Et deſcē-
 dens Petrus de nauicula,
 ambulabat ſuper aquam,
 ut veniret ad Ieſum. Vidēs
 verō, ventum validum, ti-
 muit: & cū cœpiſſet mer-
 gi, clamauit dicens. Domi-
 ne, ſaluū me fac. Et con-
 tinuō Ieſus extendens ma-
 num, apprehendit eum: &
 ait illi, Modicę fidei, quare
 dubitaſti? Et cū aſcēdiſ-
 ſet in nauiculam, ceſſauit
 ventus. **Qui** autem in na-
 uicula erant, venerunt, &
 adorauerunt eū, dicentes.
 Verē filius Dei es. Et cū
 trās fretaſſent, venerunt in
 terrā Genesar. Et cū co-
 gnouiſſent eum viri loci

Dominica. xij. post Pentecost.

illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: & rogabant eum, vt vel simbrîam vestimenti eius tangerent. & quicūque tetigerunt, salui facti sunt.

Secundū Lucam. cap. 30.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Dixit Iesus discipulis suis. Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambr. ep̄i.

In lectione hac exponuntur hi qui sibi legisperiti esse videntur, qui verba legis tenent; & vim legis ignorant. Et ex ipso primo legis capitulo docet etiam legis ignaros, probās, quod in principio statim lex, & patrem, & filiū prædicauerit, & incarnationis dominicę annuntiauerit sacramentum, dicēs. Diliges dominum Deum tuum: & diliges proximū tuum, sicut teipsum. Vnde dominus ait ad legisperitum: hoc fac, & viues. At ille sicut qui nesciret proximum suū, quia nō in Christum credebat, respondit. **Q**uis est meus proximus?

Itaque qui Christū nescit, nescit & legē. Quomodo enim potest scire legē, cū veritatem ignoret: cū lex annuntiet veritatem? Homo quidā ex Ierusalem descendebat in Iericho. Vt enim locū qui propositus est vobis planius possim⁹ absolvere: veterem ciuitatis Ierico repetamus historiā. Meminimus itaque quod Ierico (sicut legimus in libro, qui inscribitur Iesu naue) magna ciuitas fuerit muris septa parietibus, quæ non ferro peruia: nō ariet possit esse penetrabilis. In ea Raab habitasse meretricē: quę exploratores, quos direxit Iesus hospitiō suscepit: consilio instruxit: postulātibus ciuibus abiisse respondit. Abscondit in tecto: & vt se suosque vr̄bis excidio posset eripere, coc cū in fenestra ligauit. Vr̄bis autē ipsius inexpugnabiles muros septē turbarū sacerdotalium sono, & populi vlulantis: vlulatu consono corruisse. *Oratio.*

Omnipotens, & misericors deus, de cui⁹ munere venit, vt ti-

bi à fidelibus tuis dignè, & laudabiliter seruiatur: tribue quesumus nobis: vt ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Feria secunda, ex primo Regum. cap. 17. Lectio. 1.

Filius vnus anni erat Saul cum regnare coepisset, duobus autem annis regnauit sup Israel. Et elegit sibi Saul tria millia de Israel: & erant cum Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cum Ionatha in Gabaa Benjamin: porro ceterum populū remisit vnumquemque in tabernacula sua. Et percussit Ionathas stationē Philistinorū, quæ erat in Gabaa. Quod cum audissent Philistinim, Saul cecinit bucina in omni terra, dicens. Audiant Hebræi. Et vniuersus Israel audiuit huiusmodi famam. Percussit Saul stationē Philistinorum: & erexit se Israel aduersus Philistinim. Clamauit ergo populus post Saul in Galgala. Et Philistinim congregati sunt ad p-

liandum contra Israel, triginta millia curuum: & sex millia equitum, & reliquū vulgus, sicut arena quæ est in litore maris plurima. Et ascendentes castrametati sunt in Machmas ad orientem Bethauē, Quod cum vidissent viri Israel se in arcto positos (afflictus enim erat populus) absconderunt se in speluncis, & in abditis, in petris quoque, & in antris, & in cisternis. Hebræi autem transierunt Iordanem in terram Gad, & Galaad.

Secundum Matth. cap. 15. Lectio secunda.

Tunc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ, & Pharisei, dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorū? non enim lauāt manus suas, cum panem manducant. Ipse autē respondēs, ait illis. Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestrā? Nam Deus dixit, honora patrē, & matrē: & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis,

Quicumque dixerit patri, vel matri, Munus quodcūque est ex me, tibi proderit, & nō honorificabit patrem suum aut matrē suā, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias, dicēs. Populus hic, labiis me honorat: cor autem eorum lēgē est à me. Sine causā autē colūt me, docentes doctrinas, & mā data hominum. Et conuocatis ad se turbis, dixit eis. Audite, & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominē: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei. Scis quia Pharisei, audito verbo hoc, scandalizati sunt, At ille respondens ait. Omnis plantatio, quam non plantauit pater me⁹ celestis, eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. cæcus autem si cæco ducatam præstet: ambo in foueā cadēt. Respondēs autem Petrus dixit ei, Ediffere nobis parabolam istā? At ille dixit.

Adhuc & vō sine intellectu estis? Non intelligitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessū emittitur? Quæ autem procedunt de ore, de corde exeūt, & ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemix. hæc sunt, quæ coinquinant hominem. Nō lotis autem manibus manducare, non coinquinant hominem. Et egressus inde Iesus, secessit in partes Tyri, & Sydonis, Et ecce mulier Chananea à sinibus illis egressā clamauit, dicens ei, miserere mei Domine fili David: filia mea malē à dæmonio vexatur. Qui non respondit ei verbo. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicentes, Dimitte eā quia clamat post nos. Ipse autem respōdēs, ait: Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt dom⁹ Israel. At illa venit, & adorauit eum, dicens, domine adiuua me. Qui respōdēs, ait: Non est bonum sume-

re panem filiorum, & mittere canibus. At illa dixit. Etiam Domine, nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Iesus ait illi. O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

¶ Feria tertia, ex primo Regum. Lectio prima.

Cumque adhuc esset Saul in Galgala, versus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectavit septem diebus iuxta placitum Samuelis & non venit Samuel in Galgala: dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum, & pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumque compleisset, offerens holocausti, ecce Samuel veniebat: & egressus est Saul obviam ei, ut salutaret eum. Locutusque est ad eum Samuel, Quid fecisti? Respondit Saul. Quia vidi, quod populus dilaberetur a me, & tu non veneras iuxta placitos dies, porro Philisthim congregati fuerant in

Mahemas: dixi, Nunc descendet Philisthim ad me in Galgala, & faciem domini non placavi, Necessitate compulsus obtuli holocaustum domino. Dixitque Samuel ad Saul. Stulte egisti, nec custodisti mandata domini dei tui, quæ precepit tibi. Quod si non fecisses, tam nunc preparasset dominus regnum tuum, super Israel, in sempiternum, sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quia fuit dominus sibi virum, iuxta consilium suum: & precepit ei dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaueris quæ precepit dominus. Surrexit autem Samuel, & ascendit de Galgalis, in Gabaa Benjamin. Et reliqui populi ascenderunt post Saul obviam populo, qui expugnabant eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle Benjamin. Et recessit Saul populum, qui inveni fuerat cum eo, quasi sexcentos viros: & Saul, & Ionathas filius eius, populusque inventus fuerat cum eis, erat in Gabaa Benjamin: porro philisthim conse-

erant in Machmas.

Secundum Matih. Lect. ij.

ET cū transisset inde Iesus, venit secus mare Galilææ: & ascendēs in montē, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerunt eos ad pedes eius, & curauit eos, ita vt turbæ mirarentur, vidētes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes, & magnificabant Deū Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit. Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerent mecum, & non habent quod manducēt & dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturamus turbam tantam? Et ait illis Iesus, Quod habetis panes? At illi dixerunt, septem, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ, vt discumberent super terrā. Et accipiens septem panes & pisces, & gratias agēs fregit & dedit discipulis suis,

& discipuli dederūt populo. Et comederūt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt, septē sportas plenas. Erant autem qui manducauerunt, quatuor millia hominum, extra paruulos, & mulieres. Et dimissa turba ascendit in nauiculā: & venit in fines Magedā. Et accesserūt ad eum Pharisei, & Sadducæi tentantes, & rogauerunt eum vt signū de cælo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis. Facto vespere dicitis, Serenū erit, rubicundum est enim cælum. Et mane, Hodie tēpestas, rutilat enim triste cælum. Faciem ergo cæli disudicare nostis: signa autem temporum non potestis? Generatio mala, & adultera signum quærit: & signum nō dabitur ei: nisi signū Ionæ prophetæ. Et relicta illis, abiit. Et cū venissent discipuli eius transfretū, oblitū sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini, & cauetē à fermēto Pharisæorū, & Sadducæorū. At illi cogitabāt inter se, dicētes, Quia panes

nō accepimus. Sciens autē Ieſus, dixit illis. Quid cogitatis inter vos, modicæ fidei, quia panes nō habetis. Nōdum intelligitis, neque recordamini quinque panū, & quinque milliū hominum, & quot cophinos ſumpſiſtis? neque ſeptem panū, & quatuor milliū hominum, & quot ſportas ſumpſiſtis? Quare nō intelligitis, quia nō de pane dixi vobis. Cauete à fermento Phariſæorū, & Sadducæorū. Tūc intellexerunt, quia non dixerit cauendū à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum, & Sadducæorum.

¶ *Feria. iij. ex libro primo Regum. Lectio. j.*

Egreſſi ſunt ad præliandū de caſtris Philithinorum tres cunei. vnus cuneus pergebat contra viā Ephraim ad terram Saul. porrò alius ingrediebatur per viam Bethoron. tertius autē verte rat ſe ad iter termini in terra Sabaa, imminentis valis Seboim contra deſertū. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni ter-

ra Iſrael: cauerant em Philithium, ne fortè facerent Hebræi gladium, aut lanceam. Deſcēdebat ergo omnis Iſrael ad Philithium, vt exacueret vnusquisque vomerem ſuum, & ligonē, & securim, & ſacculum. Re tuſæ itaque erant acies vomerum, & ligonum & tridentum, & securium, vſque ad ſtimulum corrigēdū. Cumque veniſſet dies prælij, nō eſt inuentus enſis, & lācea in manu totius populi, qui erat cum Saule, & Ionatha, excepto Saul, & Ionatha filio eius. Egreſſa eſt autē ſtatio Philithium, vt tranſcēderet in Machmas. Et accidit in quadā die vt diceret Ionathas filius Saul ad adoleſcētē armigerū ſuū. Veni, & trāſeamus ad ſtationem Philithinorum, quæ eſt trans locū illum. Patri autem ſuo hoc ipſum nō indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa ſub malo granato, quæ erat in agro Gabaa: & erat populus cū eo, quaſi ſexcentorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris

Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli sacerdote domini in Silo, portabat Ephod. Sed & populus ignorabat quo isset Ionathas. Erant autem inter ascensus per quos nitebatur Ionathas transire ad stationem Philistinorum, eminentes petrae ex utraque parte, & quasi in modum dentium scopuli hinc inde praecepti: nomen vni Botes & nomen alteri Senes: vnus scopulus prominens ad Aquilonem ex aduerso Machmas, & alter ad meridiem contra Gabaa.

Secundum Mattheum.

Lectio secunda.

Venit autem Iesus in partes Caesaree Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicens. **Q**uem dicunt homines esse filium hominis? At illi dixerunt. Alij Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò Ieremiã, aut vnũ ex prophetis. Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus filius dei viui. Respondens autem Iesus, di-

xit ei. Beatus es Simo Bariona: quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, sed pater meus, qui in caelis est. Et ego dico tibi: quia tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam & portae inferi non praeualebunt aduersus eã. Et tibi dabo clauis regni caelorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatũ & in caelis, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in caelis. Tũc praecepit discipulis suis vt nemini dicerent: quia ipse esset Iesus Christus. Exinde cepit Iesus ostendere discipulis suis quod oporteret eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus, & scribis, & principibus sacerdotum, & occidi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cepit increpare illum, dicens. Absit à te domine: nõ erit tibi hoc. **Q**ui conuersus, dixit Petro. Vade post me satana, scãdalum es mihi, quia non sapiis ea quae dei sunt, sed ea quae hominum. Tũc Iesus dixit discipulis suis, Si quis vult post

me venire, abneget ſemet-
ipſum, & tollat crucē ſuā,
& ſequatur me. Qui enim
voluerit animam ſuam ſal-
uam facere, perdet eā, qui
autem perdiderit animam
ſuam propter me, inueniet
eam. Quid enim prodeſt
homini: ſi vniuerſum mū-
dum lucretur, animæ verò
ſuæ detrimētum patiatur?
Aut quam dabit homo cō-
mutationē pro anima ſua?
Filius enim hominis ven-
turus eſt i gloria patris ſui
cum angelis ſuis & tūc red-
det vnicuique ſecundum
opera eius. Amen dico vo-
bis, ſunt quidam de hic ſcā-
tidus qui non guſtabunt
mortem, donec videant ſi-
lium hominis venientem
in regno ſuo.

¶ *Feria quinta, ex primo
Regum. Lectio prima.*

Dixit autem Ionathas
ad adoleſcentem ar-
migerum ſuum, Ve-
ni, tranſeamus ad ſtationē
in circunciforum horum:
ſi fortē faciat domin⁹ pro
nobis: quia non eſt domi-
no difficile ſaluare vel in
multis, vel in paucis. Di-
xitq; ei armiger ſuus. Fac

omnia quæ placent animo
tuo: perge quò cupis, & e-
ro tecum vbicūque volue-
ris. Et ait Ionathas, Ecce
nos tranſimus ad viros in-
ſtos. Cūque apparueri-
mus eis: ſi taliter locuti fue-
rint ad nos, Manete, donec
veniamus ad vos: ſtemus
in loco noſtro, nec aſcēda-
mus ad eos. Si autem dix-
erint, Aſcēdite ad nos: aſcē-
damus, quia tradidit eos
dominus in manibus no-
ſtris, & hoc erit nobis ſi-
gnum. Apparuit igitur v-
terque ſtationi Philithi-
norum: dixeruntque Phi-
liſthiim. En Hebræi egre-
dūtur de cauernis, in qui-
bus abſconditi fuerant. Et
locuti ſunt viri de ſtatione
ad Ionatham: & ad armige-
rum ſuum, dixeruntque.
Aſcendite ad nos, & oſten-
demus vobis rē. Et ait Io-
nathas ad armigerū ſuum.
Aſcendamus, ſequere me:
tradidit enim dominus eos
in manus Iſrael. Aſcendit
autem Ionathas, manibus,
& pedibus reptās, & armi-
ger eius poſt eum. Itaque
cū vidiffent faciē Ionathæ,
alij cadebāt ante Ionathā,

alios armiger eius interficiebat sequens eum. Et facta est plaga prima, qua percussit Ionathas, & armiger eius: quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare consuevit. Et factum est miraculum in castris per agros, sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant ad prædandum, obstupuit, & conturbata est terra: & accidit quasi miraculum à Deo.

Secundum Math. cap. 17.

Lectio secunda.

ET post dies sex, assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius: & duxit illos in montem excelsum secretum: & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba, sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses, & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum, Dñe, bonum est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Elize vnum. Adhuc eo lo-

quente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens. Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam: & timuerunt valde. Et accessit Iesue: & tetigit eos dixitque eis, Surgite: & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solū Iesum. Et descendentibus illis de monte præcepit illis Iesus: dicens. Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli eius, dicentes. Quid ergo Scribæ dicunt quod Eliam oporteat primum venire? At ille respondens, ait illis. Elias quidem venturus est, & restituet omnia. dico autem vobis, quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt. Sic & filius hominis passus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli, quia de Ioanne Baptista dixisset eis. Et cum venisset ad turbam, accessit

ad eū homo genibus pro-
 volutus ante eum, dicens.
 Dñe miserere filio meo,
 quia lunaticus est, & male
 patitur. nam sēpe cadit in
 ignē, & crebro in aquam,
 obtuli eum discipulis tuis:
 & non potuerunt curare
 eum. Respondens autē Ie-
 sus, ait: O generatio incre-
 dula, & peruersa, quous-
 que ero vobiscum? vsque-
 quo patiar vos? Afferte
 huc illum ad me. Et incre-
 pavit illum Iesus: & exiit
 ab eo dæmonium, & cura-
 tus est puer ex illa hora.
 Tunc accesserunt discipuli
 ad Iesum secretò, & dixe-
 runt. Quare nos non po-
 tuimus eicere illū? Dixit
 illis Iesus, Propter incre-
 dultatem vestram. Amen
 quippe dico vobis, si ha-
 bueritis fidem sicut granū
 sinapis, dicetis mōti huic,
 trāsse hinc illuc: & transibit,
 & nihil impossibile erit vo-
 bis. Hoc autē gen⁹ nō eici-
 tur nisi per orationem, &
 ieiunium. Conuersantibus
 autē eis in Galilæa, dixit il-
 lis Iesus. Filius hominis tra-
 dendus est in manus homi-
 nū: & occidetur eum, & ter-

tia die resurget. Et contri-
 stati sunt vehementer.

¶ *Feria. vj. ex primo Re-
 gum. Lectio prima.*

ET respexerunt specu-
 latores Saul, qui erat
 in Gabaa Benjamin,
 & ecce multitudo prostra-
 ta, & huc, illucque diffu-
 giens. Et ait Saul populo
 qui erat cum eo. Requirite,
 & videte, quis abierit
 ex nobis. Cūque requis-
 sissent repertum est non
 adesse Ionathan, & armi-
 gerum eius. Et ait Saul ad
 Achiz. Applica arcam dei.
 Erat enim ibi arca Dei in
 die illa cum filiis Israel.
 Cūque loqueretur Saul
 ad sacerdotem, tumultus
 magnus exortus est in ca-
 stris Philistinorum: cre-
 scebatque paulatim, & cla-
 rius resonabat. Et ait Saul
 ad sacerdotē, Cōtrahe ma-
 num tuam. Cōclamauit er-
 go Saul, & omnis populus
 qui erat cū eo, & venerant
 vsque ad locū certaminis:
 & ecce versus fuerat gla-
 dius vniuscuiusque ad p-
 ximū suū, & cædes magna
 nimis. Sed & Hebræi qui
 fuerant cum Philistinim,

heri, & nudius tertius ascē-
derātq; cum eis in castris,
reuerſi ſunt vt eſſent cum
Iſrael, qui erant cum Saul,
& Ionatha. Omnes quoq;
Iſraelitæ qui ſe abſcōde-
rant in mōte Ephraim au-
diētes q̄ fugiſſent Philist-
hæi, ſociauerunt ſe cū ſuis
in prelio. Et erāt cū Saul,
quaſi decem millia virorū:
& ſaluauit dominus Deus
Iſrael in die illa, pugna au-
tem peruenit vſque ad Be-
thauē. Et viri Iſrael ſociati
ſunt ſibi in die illa.

Secūdum Math. Lect. ij.

ET cū veniſſent Ca-
pharnaum acceſſerūt
qui didrachma acci-
piebant, ad Petrum, & di-
xerunt ei. Magiſter veſter
nō ſoluit didrachma? Ait,
Etiam. Et cū intraſſet in
domum, præuenit eum Je-
ſus, dicēs. Quid tibi vide-
tur Simon? reges terræ à
quibus accipiūt tributum
vel cenſum? à filiis ſuis, an
ab alienis? Et ille dixit. Ab
alienis. Dixit illis Jeſus. Er-
gō liberi ſunt filij. Vt autē
non ſcādalizemus eos, va-
de ad mare, & mitte hamū,
& eum piſcem qui primus

ascenderit, tolle: & aperto
ore eius: inuenies ſtaterē:
illum ſumens: da eis p̄ me,
& te. In illa hora acceſſerūt
discipuli ad Jeſum, dicen-
tes. **Q**uis putas maior eſt in
regno cælorum? Et aduo-
cans Jeſus paruulum, ſta-
tuit eum in medio eorum,
& dixit, Amen dico vobis,
niſi conuerſi fueritis, & ef-
ficiamini, ſicut paruuli, nō
intrabitis in regnum cælo-
rum. **Q**uicumque ergo hu-
miliauerit ſe ſicut paru-
lus iſte: hic eſt maior in re-
gno cælorū. Et qui ſuſce-
perit vnum paruulum ta-
lem in nomine meo: me ſci-
ſci pit. qui autem ſcandaliz-
auerit vnum de puſillis
iſtis, qui in me credūt, ex-
pedit ei, vt ſuſpēdatur mo-
la aſinaria in collo eius, &
demergatur in profundū
maris. **V**x mundo à ſcan-
dalis. Neceſſe eſt enim, vt
veniant ſcandala: verunta-
men, vx homini illi, per
quem ſcandalum venit. Si
autem manus tua, vel pes
tuus ſcandalizat te: abſcin-
de eum, & proice abs te:
bonum tibi eſt ad vitā in-
gredi, debilem, vel claudū,
quam

quæ duas manus, vel duos pedes habentem mitti in iugum æternū. Et si oculus tuus scādalizat te, erue eū, & proiice abs te: bonū tibi est vnum oculū habētem, in vitā intrare, quā̄m duos oculos habentem mitti in gehēnam ignis. Videte ne contemnitis vnum ex his pusillis: dico enim vobis, quia angeli eorum in cęlis semper vident faciē patris mei, qui in cęlis est. Venit enim filius hominis saluare, quod perierat: Quid vobis videtur? si fuerint alii cui centum oues, & errauerit vna ex eis: nonne relinquit nonagintanouē in mōtibus, & vadit querere eam, quæ errauit? & si cōtigerit, vt inueniat eam: amē dico vobis, quia gaudet super eam, magis, quā̄ super nonagintanouem quæ nō errauerunt. Sic nō est voluntas ante patrē vestrum: qui in cęlis est, vt pereat vna de pusillis istis. Si autē peccauerit in te frater tuus: vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum, si te audierit: lucrat⁹ eris fratrē tuū, si autem te non audierit:

B.

N.

adhibe tecum adhuc vnū, vel duos: vt in ore duorū, vel trium testium, stet omne verbum. Quod si non audierit eos: die ecclesiæ. si autem ecclesiam non audierit: sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Amen dico vobis, quæcunque alligaueritis super terram, erūt ligata & in cęlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cęlo. Iterum dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint, fiet illis à patre meo qui in cęlis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo: ibi sum in medio eorum.

¶ *Sabba. ex. j. Reg. Lecti.*

Adirauit autē Saul populū, dicens. Maledictus vir qui comederit panē vsque ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus popul⁹ panem: omneq; terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel, super faciē agei. Ingress⁹ est itaq; populus saltum, & apparuit fluens.

A

mel, nullusq; applicuit manum ad os suum. timebat enim populus iuramentū. Porro Ionathas non audierat cū adiuraret pater eius populum. extenditque summitatē virgę, quam habebat in manu, & intinxit in fauam mellis. & conuertit manum suā ad os suū, & illuminati sunt oculi ei⁹. Respondensq; vnus de populo, ait. Iureiurando constringit pater tuus populum, dicēs. Maledictus vir qui comederit panem hodie. defecerat autem populus. Dixitq; Ionathas, Turbauit pater meus terrā: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eō q̄ gustauerim paululum de melle isto: quanto magis si comeditset popul⁹ de praeda inimicorum suorū, quam reperit? nonne maior plaga facta fuisset ī Philisthiim? Percusserunt ergo in die illa Philisthæos à Machmis vsq; in Aialon. Defatigat⁹ est autem populus nimis, & versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerūt in terra, comeditque populus cū san-

guine. Nuntiauerunt autē Sauli dicētes, quōd populus peccasset domino, comedēs cum sanguine. **Qui** ait, pręuaricati estis: voluite ad me iam nunc saxum grande, Et dixit Saul. Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisque bouē suum, & arietē, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis domino, comedentes cum sanguine. Adduxit itaque omnis populus vnusquisque bouem in manu sua, vsque ad noctē, & occiderunt ibi.

¶ *Secundum Matthæum, Cap. 19. Lectio secunda.*

Tunc accedēs Petrus ad eum: dixit. Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsque septies? Dixit illi Iesus. Non dico tibi vsque septies: sed vsq; septuagies septies. Ideo assimilatum est regnum cælorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cū cepisset rationem ponere, oblat⁹ est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta.

Cum autem non haberet unde redderet, iussit eum dominus eius venundari, & uxorem eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Procidens autem seruus ille, orabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitum dimisit ei. egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis, qui debebat ei centum denarios: & tenens suffocabat eum, dicens. Redde quod debes. Et procidens conseruus eius rogabat eum, dicens. Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autem noluit: sed abiit, Et misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant: contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt Domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus, & ait illi. Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut &

ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoad usque redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus celestis faciet vobis: si non remiseritis vnusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et factum est cum consummasset Iesus sermones istos, migravit à Galilæa, & venit in fines Iudææ trans Iordanem, & sequuta sunt eum turbae multæ, & curauit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisei tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere uxorem suam, quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis. Non legistis, quia qui fecit hominem ab initio: masculum, & feminam fecit eos? & dixit. Propter hoc, dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ: & erunt duo in carne vna. itaque iam non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi. Quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudij, & dimittere. Ait illis. Quia Moyses ad duritiam cordis

Dñica. xiiij. post Pentecosten.

uestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit vxorem suã, nisi ob fornicationẽ, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimissãm duxerit: mœchatur. Dicunt ei discipuli eius, Si ita est causa hominis cum vxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis. Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datũ est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt. & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi, qui seipsos castrauerunt propter regnum cælorũ. Qui potest capere capiat.

Dñica. xiiij. post Pētec. ex primo Regum. Lect. j.

Aedificauit aut Saul altare domino. tuncque primũ cepit ædificare altare Domino. Et dixit Saul, Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos, vsque dum illucescat mane, nec relinquamus ex eis virum. Dixitq; populõ, Omne quod bonum videtur in oculis

tuis, fac. Et ait sacerdos. Accedamus huc ad Deum. Et consuluit Saul dominũ. Num persequar Philisthæos? si trades eos in manus Israel? Et non respondit ei in die illa. Dixitque Saul, Applicare huc vniuersos angulos populi: & scitote, & videte per quem acciderit peccatũ hoc hodie. Viuit dominus saluator Israel, quia si per Ionatham filium meũ factum est, absque retractatione morietur. Ad quod nullõ contradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum Israel. Separamini vos in partem vnã, & ego cum Ionatha filio meo ero in parte altera. Responditque populus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis tuis fac. Et dixit Saul ad dñm Deum Israel, domine Deus, da tu dictum, quid est quod non responderis seruo tuo hodie? Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionem. aut si hæc iniquitas est in populo tuo, da sanctitatem. Et deprehensus est Ionathas, & Saul: populus autem exiuit. Et

ait Saul. Mittite fortem inter me, & inter Ionathan filium meum. Et captus est Ionathas. Dixit autem Saul ad Ionathan. Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait. Gustans gustavi in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululum mellis, & ecce ego morior. Et ait Saul. Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte morieris Ionathas. Dixitque populus ad Saul, Ergo ne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est: viuit dominus: si ceciderit capillus de capite eius in terram: quia cum Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionatham, ut non moreretur. Recessitque Saul, nec prosequutus est Philistinum. Porro Philistini abierunt in loca sua.

¶ *Secundum Matth. Luc. ij.*

Tunc oblatis sunt ei paruuli, ut manus eis imponeret, & oraret. Discipuli autem increpabant eos. Iesus vero ait eis. Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me ve-

nire. talis est enim regnum caelorum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce vnus accedens, ait illi, Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam æternam? **Qui** dixit ei. Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam ingredi, serua mandata. Dicit illi, Quæ? Iesus autem dixit. Non homicidium facies. Non adulterabis. Non facies furtum, Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum, & matrem. Diliges proximum tuum, sicut teipsum. Dixit illi adolescens. Omnia hæc custodiui à iuuentute mea, quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus. Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo: & veni sequere me. Cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis: erat enim habens multas possessiones. Iesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis, quia diues difficile intrabit in regnum caelorum, Et iterum dico vobis,

facilius est camelū per foramen acus trānsire, quā diuitem intrare in regnum celorum. Auditis autē his discipulis mirabantur valde, dicētes. Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciens autem Iesus, dixit illis. Apud homines hoc impossibile est: apud Deum autem, omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit ei. Ecce, nos reliquimus omnia, & sequuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis. Amen dico vobis, quod vos qui sequuti estis me, in regeneratione cū sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrē, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitā æternam possidebit. Multi autem erunt primi, nouissimi: & nouissimi primi.

**Secundū Lucā. Cap. 17.
Lectio tertia.**

IN illo tempore: Cū iret Iesus in Ierusalem transibat per mediā Samariā, & Galilzā Et cū ingrederetur quoddam castrum: occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliq.

¶ Homilia scti Augu. epi.

DE decem leprosis quos Dominus ita mūdauit, cū ait: ite, ostēdite vos sacerdotibus, quēri potest: cur ad sacerdotes eos miserit: vt cū irent mundarentur. Nullū enim eorum, quibus corporalia hæc beneficia prestitit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosus? Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit, Vade, ostende te sacerdoti: & offer pro te sacrificium: quā precepit Moses in testimoniu illis. Quērendū est igitur: quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe vitium est, nō valetudinis: aut integritatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurdè intelliguntur: qui sciētiam veræ fidei non habentes, varias do-

Strinas proficitur erroris. Nulla porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis iordinatè permixta, in vna disputatiõe, vel narratione hominis tanquam in vni^o corporis colore apparentia, significat lepram tanquam veris falsisque colorù locis humana corpora variantem, atque maculantem. Sacerdotum verò Iudzorù: nemo ferè fidelium dubitat, figuram fuisse futuri sacerdotij regalis, quod est in ecclesia: quo cõsecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi, & veri principis sacerdotum.

Oratio.

Omnipotès sempiternè Deus, da nobis fidei, sp̄s, & charitatis augmentù: & vt mereamur assequi, quod promittis, fac nos amare quæ præcipis. Per dñm nostrum.

¶ *Feria. ij. ex primo Reg. cap. 15.*

Lectio. j.

ET Saul cõfirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios

Ammon, & Edon, & reges Soba, & Philistinos, & quocunq; se verterat, superabat. Congregatoque exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorù eius. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas & Iessui, & Melchisua: & nomina duarum filiarù eius: nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. Et nomè vxoris Saul Achinoe filia Achitmaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, fili^o Abiel. Erat autem bellum potens aduersum Philistinos oib⁹ diebus Saul. Nã quæcunq; viderat Saul virum fortè, & aptum ad præliù, sociabat eum sibi. Et dixit Samuel ad Saul, Me misit domin⁹, vt ungerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem domini. Hæc dicit dominus exercituum. Recesui quæcunq; fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, &

percutit Amalec. & demolire uniuersa eius: nō parcas ei, & nō cōcupifcas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsq; ad mulierem, & paruulum atque lactentē, bouem, & ouem, camelū, & asinū. Præcepit itaq; Saul populo, & recessit eos, quasi agnos, ducenta millia peditum, & decem millia virorum Iuda.

¶ *Secundum Mathæum. cap. 20. Lectio secunda.*

Simile est regnum celorum homini patrifamilias, q̄ exiit primo mane, cōducere operarios in vineam suam. Conuentione autem facta cū operariis, ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horā tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autē abierūt. Iterum autē exiit circa sextam & nonam horam: & fecit similiter. Circa vndecimam verò exiit, & inuenit alios stantes, & dicit illis. *Quid hic statis tota die otiosi?* Dicunt ei, *Quia ne-*

mo nos conduxit. Dicit illis, Ite & vos in vineam meam. Cū sero autem factū esset, dicit Dominus vineæ procuratori suo, *Voca operarios, & redde illis mercedem, incipiens à nouissimis vsque ad primos.* Cū venissent ergo q̄ circa vndecimam horam venerāt, acceperunt singulos denarios. Venientes autē & primi arbitrati sunt, quod pl^o essent accepturi: acceperūt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrefamilias, dicentes, *Hi nouissimi vna hora fecerunt, & pares illos nobis fecisti, qui portauim^o p̄dus diei, & q̄stus?* At ille respondēs, vni eorū dixit. *Amice non facio tibi iniuriam: nonne ex denario conuentisti mecum? Tolle quod tuū est, & vade: volo autē & huius nouissimo dare, sicut & tibi. Aut nō licet mihi quod volo, facere? an oculus tu^o nequam est: quia ego bonus sum. Sic erunt nouissimi, primi, & primi nouissimi. multi em̄ sunt vocati: pauci verò electi. Et a-*

scendēs Iesus Ierosolymā, assumpsit duodecim discipulos secretō, & ait illis. Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & condemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, ad illudendum, & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi, cū filiis suis, adorans, & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic ut sedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistrā in regno tuo. Respōdens autē Iesus, dixit. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei Possumus, Ait illis, Calicē quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam & sinistram, non est meū dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus, Iesus autem vocauit eos ad se, & ait, Scitis quia principes gentiū dominā-

tur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercens in eos. Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister. & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: sicut filius hominis nō venit ministrari, sed ministrare, & dare animā suam in redemptionem pro multis.

Feria. iij. ex primo Regum. Lectio prima.

Cumq; venisset Saul vsque ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitque Saul Cinquo. Abite, recedite, atq; descendite ab Amalec: ne fortē inuoluāte cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filiis Israel, cūm ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinquo de medio Amalec, Percussitque Saul Amalec, ab Euila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. Et apprehendit Agag regem Amalec viuum, omne autē vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul, & populus Agag, & optimis gre-

gibus ouium, & armento-
rum, & vestibus, & arietibus,
& vniuersis quæ pul-
chra erant, nec voluerunt
disperdere ea: quicquid ve-
rò vile fuit, & reprobum,
hoc demoliti sunt. Factum
est autem verbum domini
ad Samuel, dicens. Pœni-
tet me quod constituerim
Saul regem: quia dereliquit
me, & verba mea opere nõ
impleuit. Contristatusque
est Samuel, & clamauit ad
dominum tota nocte. Cũ-
que de nocte surrexisset
Samuel, vt iret ad Saul ma-
ne nuntiatum est Samue-
li, eò quod venisset Saul in
Carmelum, & crexisset sibi
fornicem triumphalem, &
reuerfus transisset, descen-
dissetque in Galgala. Ven-
it ergo Samuel ad Saul,
& Saul offerebat holocau-
stũ domino de initiis præ-
daram, quæ attulerat ex
Amalec. Et cũ venisset Sa-
mucl ad Saul, dixit ei Saul
Benedictus tu à domino:
impleui verbum domini.
Dixitque Samuel. Et quæ
est hæc vox gregum quæ
resonat in auribus meis: &
armetorum quam ego au-

dio? Et ait Saul. De Ama-
lec adduxerunt ea: pepercit
enim populus melioribus
ouibus, & armentis, vt im-
molarentur dño Deo tuo,
reliqua verò occidimus.

¶ *Secundum Mattheum.*
Cap. xi. *lectio secunda.*

Etegreredientibus illis
ab Iericho, sequuta
est eum turba multa:
& ecce duo cæci sedentes se-
cus viam audierunt quia Ie-
sus tránsiret: & clamauerunt,
dicentes. Domine, misere-
re nostri, fili Dauid. Tur-
ba autem increpabat eos, vt
tacerent. At illi magis cla-
mabant, dicentes. Domine,
miserere nostri, fili Dauid.
Et stetit Iesus, & vocauit
eos, & ait. Quid vultis vt
faciam vobis? Dicunt illi.
Domine, vt aperiantur o-
culi nostri. Misertus autem
eorum Iesus, tetigit oculos
eorum, Et confestim vide-
runt: & sequuti sunt eum.
Et eũm appropinquassent
Ierusalem, & venissent
Bethphage, ad montem Oli-
ueti, tunc Iesus misit duos
discipulos, dicens eis. Ite in
castellum quod cõtra vos
est, & statim inuenietis as-

nam alligatam, & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi: & si qs vobis aliquid dixerit: dicite, quia dominus his opus habet, & cōfestim dimittet eos. Hoc autem factū est, vt adimpleretur quod dictum est per prophetā, dicentē, Dicite filiæ Siō, Ecce rex tuus venit tibi māfuctus, sedēs super asinam, & pullum filiū subiugalis. Euntes autē discipuli, fecerunt sicut pręcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam, & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eū desuper sedere fecerūt. Plurimę autem turbę strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cędebant ramos de arboribus, & sternebāt in via: turbę autē quę pręcedebāt, & quę sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio Dauid: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in altissimis. Et cū intrasset Ierosolymā, commota est vniuersa ciuitas, dicēs. Quis est hir? Pupuli autē dicebant. Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilę. Et intrauit Iesus

in templū Dei: & eiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendētium columbas euerstit, & dicit eis. Scriptū est Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autē fecistis illam speluncam latronum. Et accesserunt ad eum cęci, & claudi in templo, & sanauit eos.

¶ Feria quarta, ex primo Regum. Lectio prima.

AIt autem Samuel ad Saul, Sine me, & iudicabo tibi quę loquutus sit dominus ad me nocte. Dixitque ei. Loquere. Et ait Samuel, Nonne cū paruulus eesses in oculis tuis caput in tribus Israel factus es? vnxitque te Dominus in regem super Israel, & misit te dominus in viā, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis cōtra eos, vsque ad internecionem eorum. Quare ergo nō audisti vocem domini, sed versus ad prędam es, & fecisti malū in oculis Dñi? Et ait Saul ad Samuelem, Imo audiui vocem domini, & ambula-

vl in via per quã misit me dominus & adduxi Agag regem Amalec, & Amalec interfeci. Tulit autem de præda populus, oues, & boves primitias eorũ, quæ cæsa sunt, vt immolet Domino deo tuo in Galgalis. Et ait Samuel, Nunquid vult dominus holocausta, & victimas, & non potius, vt obediatur voci Dñi? Melior est em̄ obediẽtia, quã victimæ: & auscultare, magis, quã offerre adipem arietum. quoniã quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiicisti sermonem domini, abiicit te, ne sis rex. Dixitque Saul ad Samuelem, Peccavi, quia præuaricatus sum sermonem domini, & verba tua, timēs populũ, & obediens uoci eorum. Sed nunc porta quæso peccatum meũ, & reuertere mecum vt adorem dominum. Et ait Samuel ad Saul. Nõ reuertar tecum, quia projecisti sermonem domini, & proiecit te dominus, ne sis rex super Israel, Et con-

uersus est Samuel, vt abiret: ille autem apprehendit summitatẽ pallij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel, scidit dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud pximo tuo meliori te. Porrò triũphator in Israel non parcat, & pœnitundine nõ flectetur. neque enim homo est, vt agat pœnitentiam. At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me corã seniorib⁹ populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem dominũ Deum tuũ.

¶ *Secundũ Matth. Lec. 3.*

Videntes autem principes sacerdotum, & scribẽs mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo, & dicentes, Hosanna filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dicit eis, Vtiq; nõ quã legistis, Quia ex ore infantium, & lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abiit foras extra ciuitatẽ in Bethaniam: ibique māsit, Mane autem reuertens in ciuitatem, esurijt. Et videns ficũ arborem

Vnam secus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea nisi folia tantum, & ait illi Nunquā ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati sunt dicētes, **Q**uomodo continuo aruit? Respondens autem Iesus, ait eis. Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hesitaueritis, non solum de ficulnea facietis, sed & si mōti huic dixeritis, Tolle, & iacta te in mare: fiet. Et omnia quæcūque petieritis in oratione, credentes, accipietis. Et cūm venisset in templum, accesserūt ad eū docentem, principes sacerdotum & seniores populi, dicentes. In qua potestate hæc facis? & quis tibi dedit hanc potestatem? Respondēs autem Iesus, dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonē, quem si dixeritis mihi, & ego vobis dicā, in qua potestate hæc facio. Baptismus Ioannis unde erat, & ex hominibus? At illi cogitabāt inter se, dicentes. Si dixerimus ē ex celo: dicet nobis.

Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerim⁹ ex hominibus, timem⁹ turbam: omnes enim habent Ioannem, sicut prophetā. Et respondentes Iesū, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse. Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autē vobis videtur? homo quidā habebat duos filios, & accedens ad primum, dixit. Fili, vade, hodie operare in vinea mea. Ille autem respondens, ait, Nolo. Postea autem pœnitentiā motus, abiit. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait, Eo Dñe, Et non iuit. **Q**uis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei. Primus. Dicit illis Iesus. Amen dico vobis, quia publicani & meretrices præcedēt vos in regno Dei. Venit enim ad vos Ioannes in via iustitiæ: & nō credidistis ei. publicani autem, & meretrices crediderunt ei. vos autem vidētes nec pœnitentiam habuistis postea, ut crederetis ei.

¶ **Feria quinta, ex primo sap. 16. Lectio prima.**

Reuersus ergo Samuel sequutus est Saulem: & adorauit Saul dominum. Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblat⁹ est ei Agag pinguis simus. Et dixit Agag, Sic cine separat amara mors? Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frustra concidit eum Samuel coram domino in Galgalis. Abiit autem Samuel in Ramatha. Saul verò ascendit in domum suã in Gabaa. Et non vidit Samuel ultra Saul vsque ad diem mortis suæ: veruntamē lugebat Samuel Saulem, quoniam dominum pœnitebat quòd constituisset regem Saul super Israel. Dixitque dominus ad Samuelē, vsquequo tu luges Saul, cū ego proiecerim eū, ne regnet super Israel? Imple cornu tuum oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemitã: prouidi enim in filiis eius mihi regem. Et ait Samuel. Quomodo vadam? audiet

eū Saul, & interficiet me. Et ait dominus. Vitulū de armēto tolles in manu tua & dices. Ad immolandum Domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid facias: & ynges quemcunque monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locut⁹ est ei dominus. Venitque in Bethlehem, & admirati sunt seniores ciuitatis occurrentes ei, dixeruntque, Pacificus ne est ingressus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolandum domino veni, Sanctificamini, & venite mecum, vt immolē. Sanctificauit ergo Isai, & filios ei⁹, & vocauit eos ad sacrificiū. Cumq; ingressi essent, vidit Eliab, & ait. Num corã domino est Christus eius? Et dixit Dñs ad Samuelē, Ne respicias vultum eius, neque altitudinem stature eius: quoniã abieci eū, nec iuxta intuitum hominis ego iudico: homo enim videt ea quæ parēt, dominus autem intuetur cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum corã Samuele. Qui dixit. Nec hūc elegit

dominus. Addeuxit autem
Isai Sâma. de quo ait, Etia
hunc non elegit dominus.

¶ *Secundum Matthæum.*
cap. 22. *Le'ctio secunda.*

Aliam parabolâ au-
dite. Homo erat pa-
terfamilias qui plâ-
tauit vineâ, & sepé circun-
dedit ei, & fodit in ea tor-
cular, & ædificauit turrim
& locauit eam agricolis. &
peregre profectus est. Cû
autem tempus fructuum
appropinquasset, misit ser-
uos suos ad agricolas, vt
acciperent fructus eius. Et
agricolæ apprehensis ser-
uis eius, alium ceciderunt,
alium occiderunt, aliû ve-
rò lapidauerunt. Iterum mi-
sit alios seruos plures pri-
oribus: & fecerunt illis si-
militer. Nouissime autem
misit ad eos filium suum,
dicens. Verebuntur filium
meum. Agricolæ autem vi-
dentes filium dixerunt in-
tra se. Hic est hæres, veni-
te, occidamus eum, & ha-
bebitus hæreditatem ei⁹.
Et apprehensum eum eie-
cerunt extra vineam: & oc-
ciderunt. Cû ergo vene-
rit dominus vineæ, quid fa-

ciet agricolis illis? Aiunt il-
li. Malos malè perdet: & vi-
neam suam locabit aliis a-
gricolis, qui reddet ei fru-
ctum temporibus suis. Di-
xit illis Iesus. Nunquam lo-
gistis in scripturis, Lapidè
quem reprobauerunt ædi-
ficâtes, hic factus est in ca-
put anguli. A Domino fa-
ctum est istud: & est mira-
bile in oculis nostris! Ideo
dico vobis, quia auferetur
à vobis regnum Dei, & da-
bitur genti facièti fructus
eius. Et qui ceciderit super
lapidem istum confringetur:
super quem verò ceci-
derit, eóteret eum. Et cûm
audissent præcipes sacerdo-
tum, & Pharisei parabolâ
ei⁹: cognouerunt qd de ip-
sis diceret. Et querètes eû te-
nere, timuerunt turbas quo-
niam sicut propheta eum
habebant. Et respondens
Iesus, dixit iterum in para-
bolis eis, dicens. Simile fa-
ctû est regnû celorû homi-
ni regi, qui fecit nuptias fi-
lio suo. Et misit seruos su-
os vocare inuitatos ad nu-
ptias: & nolebant venire.
Iterû misit alios seruos, di-
cès. Dicite inuitatis, Ecce

prandiu meū parauit, tauri
mel, & alticia, occisa sunt,
& omnia parata: venite ad
nuptias. Illi autē neglexe-
runt: & abierūt, alius in vil-
lam suam, alius verò ad ne-
gotiationem suam: reliqui
verò tenuerūt seruos ei⁹,
& contumeliis affectos oc-
ciderunt. Rex autem eūm
audisset, iratus est: & mis-
sis exercitibus suis, perdi-
dit homicidas illos, & cui-
tatem illorum succendit.
Tūc ait seruis suis. Nuptiæ
quidē paratæ sunt: sed qui
inuitati erant, nō fuerunt
digni. ite ergo ad exit⁹ via-
rum: & quoscunque inue-
neritis, vocate ad nuptias.
Et egressi serui ei⁹ in vias,
congregauerunt oēs quos
inuenierunt malos, & bo-
nos: & impletæ sunt nuptiæ
discumbentiū. Intrauit au-
tem rex, vt videret discum-
bentes: & vidit ibi hominē
non vestitū veste nuptiali.
Et ait illi, Amice, quomo-
do huc intraisti non habēs
vestem nuptialem? At ille
obmutuit. Tunc dicit rex
ministris, Ligatis manib⁹,
& pedibus eius, mittite eū
in tenebras exteriores: ibi

erit fletus, & stridor den-
tium. Multi enim sunt vo-
cati: pauci verò electi.

¶ *Per. vj. ex. j. Reg. Lec. j.*

Adduxit itaque Isai
septē filios suos co-
ram Samuele: & ait
Samuel ad Isai, Nō elegit
dominus ex istis. Dixitq;
Samuel ad Isai. Nunquid
iam cōpleti sunt filij? Qui
respōdit, Adhuc reliquus
est paruul⁹. & pascit oves.
Et ait Samuel ad Isai, Mit-
te, & adduc eum: nec enim
discumbemus prius, quān-
huc ille veniat. Misit ergo
& adduxit eum. Erat autē
rufus, & pulcher aspectu,
decoraq; facie, & ait do-
minus. Surge, & unge eū.
ipse est enī. Tulit ergo Sa-
muel cornu olei & unxit
eū in medio fratru eius: &
directus est spiritus domi-
ni à die illa in Dauid, & de-
inceps, surgēsque Samuel
abiit in Ramatha. Spiritus
autem dñi recessit à Saul,
& exagitabat eum spiritus
nequam à domino. Dixe-
runtq; serui Saul ad eū,
ecce spiritus domini mal⁹
exagitat te. Iubeat Domi-
nus noster, serui tui qui co-
ram

ram te sunt, quærat hominem sciẽtem psallere cithara vt quando arripuerit te spiritus domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentẽ, & adducite eum ad me. Et respondens vnus de pueris ait. Ecce vidi filium Isai Bethlehemitẽ, sciẽtẽ psallere, & fortissimũ robore, & virũ bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrũ: & dominus est cũ eo. Misit ergo Saul nũtios ad Isai, dicens, Mitte ad me David filium tuũ, qui est in pascuis. Tulit ergo Isai asinũ plenũ panibus, & lagenam vini, & hædũ de capris vnum, & misit per manum David filij sui Sauli. Et venit David ad Saul. & stetit coram eo. at ille dilexit eum nimis, & factus est eius armiger. Misitq; Saul ad Isai, dicens. Stet David in conspectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis, Igitur quãdo cõsũq; spiritus Domini arripiebat Saul, David tollebat citharam, & percutiebat manu sua, &

resocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus.

Secundum Matthæum.

Lectio secunda.

TVnc abeuntes Pharisæi, cõsiliũ inerũt, vt caperent eũ in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis, dicentes. Magister, sci-mus, quia verax es, & viam dei in veritate doces, & nõ est tibi cura de aliquo, non enim respicis personã hominũ: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cõsum dare Cæsari, an nõ? Cognita autem Iesus nequitia eorũ, ait. Quid me tentatis hypocritæ? ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denariũ. Et ait illis Iesus. Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis. Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et audientes mirati sunt, & relicto eo abierunt. In illo die accesserunt ad eum Sadducæi qui dicunt non esse resurrectionem, & interroga-uerunt eum, dicentes. Ma-

giſter, Moſes dixit, Si quis mortuus fuerit non habēs filium, vt ducat frater eius vxorē illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autē apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt & non habens ſemen, reliquit vxorem ſuā fratri ſuo. Similiter ſecundus, & tertius, vſque ad ſeptimum. Nouiſſimē autē omnium, & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo, cuius erit de ſeptem, vxor? omnes enim habuerūt eā. Reſpondens autem Ieſus, ait illis. Erratis, neſcientes ſcripturas, neque virtutem Dei: in reſurrectione enim, neque nubēt, neque nubētur: ſed erunt ſicut angeli Dei in cælo. De reſurrectione autem mortuorū, nō legiſtis quod dictū eſt à deo dicēte vobis, Ego ſum Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob? Non eſt deus mortuorū, ſed viuentium. Et audientes turbæ, mirabantur in doctrina eius. Phariſæi autem audientes, quod ſilentium impoſuiſſet Sadducæis, conuenerūt in vnum & inter-

rogauit eū vnus ex eis legis doctor, tentans eū. Magiſter, quod eſt mandatum magnum in lege? Ait illi Ieſus, diliges dominum deū tuū, ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximū, & primū mādatum. Secundū autem ſimile eſt huius, Diliges proximum tuum ſicut teipſum. In hiſ duobus mandatis vniuerſa lex pendet, & prophetæ. Congregatis autem Phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicens. Quid vobis videtur de Chriſto? cuius filius eſt? dicunt ei. Dauid. Ait illis. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eū dominū, dicens. Dixit dominus domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicoſtuos, ſcabelum pedum tuorum. Si ergo Dauid vocat eum Dominum quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpōdere verbum: neque auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

¶ **Sabbato, ex primo Regū. cap. 17. Lectio prima.**

Congregantes autem Philisthim agmina sua in praeliū, cōuenerunt in Socoth Iudæ: & castrametati sunt inter Socoth, & Azeca in finibus Domim. Porrò Saul & filij Israel congregati uenerūt in uallem Terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandū cōtra Philisthim. Et Philisthim stabant super mōtem, ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte: uallisque erat inter eos. Et egressus est uir spuri⁹ de castris Philisthinorū nomine Goliath de Geth, altitudinis sex cubitorum, & palmi: & cassis ærea sup̄ caput eius: & lorica squamata induebatur. Porrò pondus lorice eius, quinq; millia siclorum æris erat: & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. hastile autē hastæ eius erat quasi liciatorium textentiū. ipsum autē ferrū hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eū. Stasq; clamabat aduersum Phalagas Israel, & dicebat eis. Quare uenistis parati ad praelium? nunquid ego nō sum Philisthæus, & uos serui Saul? Eligite ex uobis uirū, & descēdat ad singulare certamen, si uiuerit pugnare mecū, & percusserit me, erimus uobis serui: si autē ego præualero, & percussero eum, uos serui eritis, & seruietis nobis. Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminib⁹ Israel hodie. Date mihi uirum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huicemodi, stupebant, & metuebāt nimis. Dauid autem erat filius uiri Ephratæi, de quo supra dictum est, de Beth'ehē Iudæ, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat uir in dieb⁹ Saul senex, & grā dēus inter uiros. Abierūt autem tres filij eius maiores post Saul in praeliū: & nomina triū filiorum eius, qui perrexerunt ad bellū, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Sama, Dauid autē: erat minimus. Tribus ergo

Sabbato.

maioribus secutis Saulem, abiit David, & reversus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Beth-chem. Procedebat verò Philisthæus mane, & vespere, & stabat quadraginta diebus.

Secundum Math. cap. 23.

Lectio secunda.

Tunc Iesus locutus est ad turbas, & ad discipulos suos, dicens. Super cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisei. Omnia ergo quæcunque dixerint, vobis, seruate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere. dicunt enim, & non faciunt. Alligant autem onera graui, & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem suo nolunt ea mouere. omnia verò opera sua faciunt, vt videantur ab hominibus. dilatant enim phylacteria sua, & magnificant simbrias. Amant autem primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus rabbi. Vos autem nolite vocari rabbi. Vnus est enim magister vester o-

mnis autem vos, fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis super terrā: vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester vnus est, Christus. Qui maior est vestrū erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Vx autem vobis scribæ, & Pharisei hypocrite: quia clauditis regnum cœlorum ante homines. Vos enim non intratis: nec introeūtes finitis intrare. Vx vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite, quia comeditis domos viduarum, oratione longa orantes, propter hoc am; lūs accipietis iudicium. Vx vobis Scribæ, & Pharisei hypocrite: quia circumitis mare, & aridā, vt faciatis vnum proseritū, & cum fuerit factus, facitis eum filium gehēnæ duplo quā vos, Vx vobis duces cæci, qui dicitis, Quicumque iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti, & cæci, quod enim maius est, aurum, an

templum quod sanctificat aurum? Et quicumque iura-
uerit in altari, nihil est: qui-
cumque autem iurauerit in
dono quod est super illud,
debet. Cæci, quod enim ma-
ius est donum, an altare quod
sanctificat donum? Qui er-
go iurat in altari: iurat in
eo, & in omnibus quæ su-
per illud sunt, & quicumque
iurauerit in templo: iurat
in illo, & in eo qui habitat
in ipso, & qui iurat in cæ-
lo, iurat in throno Dei, &
in eo qui sedet super eum.
Væ vobis Scribæ, & Phari-
sæi hypocritæ: quia deci-
matis mentam, & anethum,
& cuminum, & reliquistis
quæ grauiora sunt legis, iu-
dicium, & misericordiam:
& fidem, hæc oportuit fa-
cere, & illa non omittere.
Duce cæci, excolantes eu-
licem, camelum autem glu-
tientes.

*¶ Dominica. xiiij. post Pe-
triosoff. ex primo Regum.*

Lectio prima.

Dixit autem Isai, ad Da-
uid filium suum. Acci-
pe fratribus tuis e-
phipolentæ, & decem pa-
nes istos, & curre in castra

ad fratres tuos, & decem for-
mellas casei, has deferes ad
tribunum, & fratres tuos,
visitabis, si rectè agant, &
cum quibus ordinati sunt,
disce. Saul autem, & illi, &
omnes filij Israel, in valle
terebinthi pugnabant ad-
uersum Philisthæum. Sur-
rexit itaque Dauid mane,
& commendauit gregem cu-
stodi: & onestus abiit, sicut
præceperat ei Isai. Et venit
ad locum Magala, & ad exer-
citum qui egressus ad pu-
gnam vociferatus erat in
certamine. Direxerat enim
aciem Israel, sed & Philisthæ-
um ex aduerso fuerant
præparati. Derelinquens
ergo Dauid vasa, quæ attu-
lerat sub manu custodis ad
sarcinas, cucurrit ad locum
certaminis, & interroga-
bat, si omnia rectè ageren-
tur erga fratres suos. Cùm
que adhuc ille loqueretur
eis, apparuit vir ille spurio
ascendens, Goliath nomi-
ne, Philisthæus, de Geth,
de castris Philisthinorum: &
loquente eo hæc eadè ver-
ba audiuit Dauid. Omnes
autem Israelitæ, cùm vidis-
sent virum, fugerunt à facie

eius timētes eū valdē. Et dīxit vnus quispiā de Israel. Non vidistis virū hūc qui ascendit? ad exprobrandū enim Israel, ascendit. Virū ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitiis magnis, & filiam suā dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel.

Secundum Matth. Lec. ij.

Vae vobis Scribæ, & Pharisei hypocritę: quia mundatis quod de foris est calicis, & paropsidis, intus autē pleni estis rapina, & immūditia. Phariseę cęce, munda prius quod intus est calicis, & paropsidis, vt fiat & id quod de foris est, mundum. Væ vobis Scribæ, & Pharisei, hypocritę, quia similes estis sepulchris dealbatis, q̄ à foris parent hominibus speciosa: intus verò plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia, sic & vos, à foris quidem paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Væ vobis Scribæ, & Pharisei hypocritę, quædificatis sepulchra prophetarum, & ornatis mo-

numenta iustorum, & dicitis, si fuissetus in diebus patrum nostrorum, nō essemus socij eorum in sanguine prophetarū. itaque testimonio estis vobismet ipsis, quia filij estis eorum qui prophetas occiderūt. Et vos implete mensuram patrum vestrorū. Serpentes, genimina viperarum, quomodo fugietis à iudicio gehēnæ? Ideo dico vobis. Ecce ego mitto ad vos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & ex eis flagellabit̄ in synagogis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatem. vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, vsq; ad sanguinē Zacharię filij Barachię, quem occidistis inter templum, & altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia super generationem istā. Ierusalem Ierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas eos q̄ ad te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quæadmodum gallina congregat pullos

suos sub alas, & noluit? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis amodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine domini.

Secundum Matth. cap. 16.

Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua.

Homilia sancti Ambr. episcopi.

Nolite solliciti esse animæ vestræ, quid manducetis: neque corpori vestro, quid induamini. Nonne anima plus est, quàm esca? & corpus plus, quàm vestimentum Nihil enim moralius ad faciendam fidem omnibus credentibus à Deo possèt cõferri: quàm quod aereus ille spiritus vitale collegiũ, animę corporisq̃ cõtubernio fœderatũ, sine nostro labore perpetui nec salutaris vsus deficit alimẽti: nisi cùm venerit suprema dies moriendĩ. Cũ igitur anima indumento corporis vestiatur, vt vigore animæ corpus animetur:

absurdũ est, vt victus nobis copiam defuturam deputemus, qui videndi iugem substantiam consequimur. Considerate (inquit) volatilia cæli. Magnum fanẽ, & aptum quod fide sumamus exemplum. Nam si volatilibus cæli, quib⁹ nullum exercitium cultionis: nullus de messium fœcunditate prouentus est, inefficientem tamen prouidentia diuina largitur alimoniam: verũ est causam inopie nostrę auaritiam videri. Etenim illic idcirco sine labore populi vsus exuberat, quod fructus sibi cõmunem ad escã datos speciali quodã nesciunt vèdicare dominatu. Nos communia amisimus: dũ propria vendicamus. *Oratio.*

Custodi domine ecclesiam tuam propitiatione perpetua: & quia sine te labitur humana mortalitas, tuis semper auxiliis, & abstrahatur à noxiis, & ad salutaria dirigatur. Per dominũ nostrũ Iesum Christum filium.

¶ Feria secunda, ex primis Regum. Lectio prima.

ET ait David ad viros qui stabant secum, dicēs. Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircuncisus qui exprobrauit aciem Dei vivētis? Reserebat autem ei populus eundem sermonē, dicens. Hæc dabantur viro qui percussit eū. Quod cum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cū aliis, iratus est contra David, & ait. Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oves illas in deserto? ego novi superbiam tuā, & nequitiam cordis tui, quia ut videres prælium, descendisti. Et dixit David, Quid feci? nūquid non verbū est? Et declinavit paululū ab eo ad alium, dixitque eūdem sermonem. Et respōdit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba quæ locutus est David, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem cū fuisset adductus, locutus est ei, Non cōcidat cor cuiusquā in eo: ego servus tuus va-

dam, & pugnabo aduersus Philisthæū. Et ait Saul ad David, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eū: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitque David ad Saul. Pascebat seruus tuus patris sui gregē, & veniebat leo, vel ursus, & tollebat arietē de medio gregis, & persequebatur eos, & percutiebam, eruebāque de ore eorū. & illi consurgebant aduersum me, & apprehēdebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebāmq; eos. Nam & leonem, & ursum interfeci ego seruus tuus. erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. Nunc vadam, & auferam opprobrium populi, quoniam quis est iste Philisthæus incircuncisus? quia ausus est maledicere exercitui Dei vivētis. Et ait David, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu ursi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad David. Vade, & dominus tecum sit.

Secundum Matth. Cap. x.

Lectio secunda.

ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt discipuli eius ut ostenderent ei ædificationes templi. Ipse autem respondens, dixit illis, Videtis hæc omnia. Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidē, qui non destruat. Sedente autem eo super montem oliueti, accesserunt ad eum discipuli secreta, dicentes, Dic nobis quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Respondens Iesus, dixit eis, Videte ne quis vos seducat, multi enim venient in nomine meo, dicentes, Ego sum Christus, & multos seducet. Auditori enim estis prælia, & opiniones præliorū. Videte ne turbemini oportet enim hæc fieri: sed nōdū est finis. cōsurgat enim gens in gentē, & regnum in regnū: & erūt pestilentie, & fames, & terrymotus per loca. hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tūc tradet vos in tribulationem, & occident vos: & eritis o-

dio omnibus gētibus propter nomen meū. Et tunc scandalizabuntur multi, & inuicem tradet & odio habebunt inuicem. Et multi pseudopropheteæ surgent: & seducēt multos. Et quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum: qui autem perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc euangeliū regni in vniuerso orbe: in testimonium omnibus gētibus: & tunc veniet consummatio. Cū ergo videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant ad montes, & qui in tecto: non descēdat tollere aliquid de domo sua. & qui in agro: nō reuertatur tollere tunicam suā. Vx autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autem, ut nō fiat fuga vestra in hyeme, vel sabbato. erit enim tunc tribulatio magna, qualis nō fuit ab initio mūdi vsq; modō, neque fiet. Et nisi breuiatū

fuiſſent dies illi, non fieret ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc, ſi quis vobis dixerit, Ecce hic eſt Chriſtus, aut illic: nolite credere: ſurgent enim pseudo Chriſti, & pseudo prophete: & dabunt ſigna magna, & prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi fieri poteſt) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deſerto eſt nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & parit vſque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis: Vbi cū que fuerit corpus illuc cōgregabūtur & aquilæ. Statim autē poſt tribulationem dierū illorū ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ cadēt de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: & tunc parebit ſignum filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt ſilium hominis, venientem in nubibus cæli, cum virtute multa, & maiestate. Et mittet angelos ſuos cum tuba

& voce magna: & cōgregabunt electos eius, à quatuor vêtis, à ſummis cælorū, vſque ad terminos eorum. Ab arbore autē ſici diſcite parabolā, cū iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, ſentis quia prope eſt æſtas: ita & vos, cū videritis hæc omnia ſcitate quia prope eſt in ianuis. Amen dico vobis: quia nō præteribit generatio hæc, donec hæc omnia fiāt. Cæli, & terra tranſibunt, verba autē mea nō præteribunt.

Feria tertia, ex libro primo Regum. Lectio. j.

ET induit Saul David veſtimētis ſuis, & impoſuit galeam græna ſuper caput ei⁹, & veſtiuit eū lorica. Accinctus ergo David gladio ei⁹ ſuper veſtem ſuam, cœpit tentare ſi armat⁹ poſſet incedere: nō enim habebat conſuetudinem. Dixitque David ad Saul. Nō poſſum ſic incedere, quia nō vſum habeo. Et depoſuit ea, & tulit baculū ſuum, quem ſemper habebat in manibus: & elegit ſibi quinque limpidiſſimos lapides de torrente, & miſit

eos in perâ pastorale, quâ habebat secum, & fundam manu tulit: & processit aduersum Philisthæum. Ibat autē Philisthæus incedēs, & appropinquans aduersum David, & armiger ei⁹ ante eū. Cūmq; inspexisset Philisthæus, & vidisset David, despexit eum. Erat autem adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad David, Nū quid ego canis sum, quod tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus David in diis suis: dixitque ad David, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cæli, & bestis terræ: Dixit autem David ad Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta, & clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituum dei agminum Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te dominus in manu mea, & percutiam te, & auferā caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthæim hodie volatilibus cæli, & bestis terræ: ut sciat omnis terra, quia est deus in Israel. Et noue-

ris vniuersa ecclesia hæc, quia non in gladio nec in hasta saluat dominus. ipsi⁹ enim est bellum, & trades vos in manus nostras. Cū ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret contra David, festinavit David & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi. Et misit manū suam in peram, tulitque vnum lapidem, & funda iecit, & percussit Philisthæū in fronte: & infixus est lapis in frōte eius, & cecidit in faciē suā super terram. Prævaluitque David aduersum Philisthæū in funda, & lapide, percussumq; Philisthæū interfecit. eūq; gladium nō haberet in manu David, cucurrit, & stetit super Philisthæū, & tulit gladiū ei⁹, & eduxit eū de vagina sua: & interfecit eū, præciditq; caput eius.

Secundum Matth. Lect. ij.

DE die autem illa, & hora, nemo scit, neque angeli cælorū, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hominis, sicut enim erant in diebus

ante diluuium comedentes, & bibentes, nubentes, & nuptui tradentes, vsque ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt, donec venit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij hominis. Tunc duo erunt in agro. vnus assumetur, & vnus relinquetur. duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur: duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinquetur. **Vigilate ergo**, quia nescitis qua hora dominus vester venturus sit. Illud autem scitote, quonia si sciret pater familias qua hora fur venturus esset, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Ideo & vos estote parati: quia nescitis qua hora filius hominis venturus est. **Quis** putas est fidelis seruus, & prudens, quem constituit dominus suus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille seruus, quem cum venerit dominus eius inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus

ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & ceperit percutere conseruos suos, manducet autem, & bibat cum ebriosis: veniet dominus serui illius in die quo non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypocritis, illic erit fletus, & stridor dentium. Tunc simile erit regnum celorum decem virginibus: quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso. **Quinque** autem ex eis erant fatuæ, & quinque prudentes: sed quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes vero, acceperunt oleum in vasis suis, cum lampadibus. **Moram** autem faciente sponso, dormitaerunt omnes, ac dormierunt. Media autem nocte, clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ: & ornaerunt lampades suas: fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extinguuntur. Responderunt prudentes, discentes,

Ne fortè non sufficiat nobis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, venit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniunt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens, ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaq;: quia nescitis diem neque horam.

Epistola quarta, ex primo Regum. Lectio prima.

Videntes autem Philisthim, quòd mortuus esset fortissimè eorum, fugerunt. Et confurges viri Israel, & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos, vsque dum venirent in vallem, & vsque ad portas Accaron: cecideruntque vulnerati de Philisthim in via Saraim, & vsque ad Geth, & vsque ad Accaron. Et reuertentes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, inuasertunt castra eorum. Assumens autè David caput Philisthæi, attulit il-

lud in Ierusalem. arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat Saul David egressentem còtra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ. De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitque Abner. Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex. Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cùmque regressus esset David, percussit Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul. De qua progenie es ò adolescens? Dixitque David. Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum. Et factum est: cùm compleisset loqui ad Saul, anima Ionathæ còglutinata est animæ David & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulitque eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem David, & Ionathas fœdè. diligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliavit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit

ei David, & reliqua vesti-
meta sua usque ad gladium,
& arcum suum, & usque ad
balthazum. Egrediebatur
quoque David ad omnia
quęcunque misisset eum
Saul, & prudenter se age-
bat: posuitq; eum Saul su-
per viros belli, & acceptus
erat in oculis vniuersi po-
puli, maximęque in con-
spectu famulorum Saul.

Secundum Matthzum.

Lectio secunda.

Sicut enim homo pere-
gre proficiscens, voca-
uit seruos suos, & tra-
didit illis bona sua. Et vni
dedit quinque talenta, alij
autem duo, alij verò vnũ,
vnicuique secundum pro-
prium virtutem: & profec-
tus est statim. Abiit autē
qui quinque talenta acce-
perat, & operat⁹ est in eis,
& lucratus est alia quinque.
Similiter & qui duo acce-
perat lucratus est alia duo.
Qui autem vnum accepe-
rat, abiens, fodit in terram
& abscondit pecuniam do-
mini sui. Post multum ve-
rò temporis, venit Domi-
nus seruorum illorum, &
posuit rationem cum eis.

Et accedens qui quinque
talenta acceperat, obtulit:
alia quinque talenta, dicens.
Domine, quinque talenta
tradidisti mihi: ecce alia
quinque superlucrat⁹ sum.
Ait illi dominus eius, Euge
serue bone, & fidelis, quia
super pauca fuisti fidelis,
super multa te cōstituam,
intra in gaudium Domini
tui. Accessit autem & qui
duo talenta acceperat, &
ait. Dñe, duo talenta tra-
didisti mihi: ecce alia duo
superlucrat⁹ sum. Ait illi
dominus eius, Euge serue
bone, & fidelis, quia super
pauca fuisti fidelis, super
multa te constituam, intra
in gaudium dñi tui. Acce-
dens autem & qui vnũ ta-
lentum acceperat, ait, Do-
mine, scio quia homo du-
rus es, metis vbi non semi-
nasti, & congregas vbi non
sparsisti, & timens abij, &
abscondi talentum tuum in
terra: ecce habes quod tuũ
est. Respondens autem do-
minus eius, dixit ei. Serue
male, & piger, sciebas quia
meto vbi nō semino, & cō-
grego vbi nō sparsi: oport-
uit ergo te cōmittere pe-

eunlam meam numulariis, & veniens ego recepiffem utique quod meum est cū vſura. Tollite itaque ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. omnium habēti, dabitur, & abū dabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et in utilem ſeruum eicitis in tenebras exteriores. illic erit fletus, & ſtridor dentium.

Peria. v. ex primo Regum. Lectio prima.

Porro cū reuertetur percuffo Philistæo David, egreſſæ ſunt mulieres de vniuerſis vrbibus Iſrael, cantantes, chorōſque ducentes in occurſum Saul regis, in tympanis lætitiæ, & in ſiſtris. Et præcinebant mulieres, ludentes, atque ducentes, Percuſſit Saul mille, & David decem millia. Iratus eſt autem Saul nimis, & diſplicuit in oculis eius ſermo iſte: dixitq; Dederunt David decem millia, & mihi mille dederunt, quid ei ſuper eſt, niſi ſolū regnū? Non rectis ergo oculis Saul aſpiciebat David à

die illa, & deinceps. Poſt diem autem alteram inuaſit ſpiritus Dei mal^o Saul, & prophetabat in medio domus ſuę: David autem pſallebat manu ſua, p ſingulos dies. Tenebatque Saul lanceam, & miſit eā, putās quōd configere poſſet David cum pariete: & declinauit David à facie eius ſecundō. Et timuit Saul David, eō quōd dñs eſſet cum eo, & à ſe receſſiſſet. Amouit ergo eum Saul à ſe, & fecit eū tribunum ſuper mille viros: & egrediebatur, & ingrediebatur in cōſpectu populī in omnib^o quoq; viis ſuis. David prudēter agebat, & dñs erat cū eo. Vidit itaq; Saul quōd prudēs eſſet nimis, & cœpit cauere eum. Omnis autem Iſrael, & Iſaida diligebat David: Ipſe autē egrediebatur, & ſgrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad David, Ecce ſilia mea maior Merob, ipſam dabo tibi vxorem: tātummodo eſto vir fortis, & ſiliare bella domini. Saul autē reputabat, dicens, Non ſit manus mea in eum, ſed

fit super eum manus Philistinorum. Ait autē David ad Saul. Quis ego sum, aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, ut siam gener regis?

Secundum Matth. Lec. ij.

Cum autē venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeliscum eo: tūc sedebit super sedē maiestatis suæ, & congregabūtur ante eū omnes gentes, & separabit eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hœdis: & statuet oves quidem à dextris suis, hœdos autē à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erūt, Venite bñdicti patris mei, possidete paratū vobis regnum, à constitutione mūdi. esuriui enim, & dedistis mihi manducare. sitiui: & dedistis mihi bibere. hospes erā: & collegistis me. nudus: & operuistis me. infirmus. & visitastis me. in carcer eram: & venistis ad me. Tunc respondebūt ei iusti, dicentes, domine, quando te vidimus esuriētem, & paupim: sitiētem, & dedimus tibi potū? quā-

do autem te vidim⁹ hospitem, & collegimus te, aut nudū, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmū, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondēs rex, dicit illis. Amen dico vobis, quādiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt. Discedite à me maledicti, in ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius, esuriui enim: & non dedistis mihi manducare, sitiui: & non dedistis mihi potū, hospes erā: & non collegistis me. nudus: & non operuistis me. infirmus, & in carcere: & non visitastis me. Tūc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine, quādo te vidimus esurientem, aut sitiētem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & nō ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens. Amen dico vobis: quādiu non fecistis vni de minorib⁹ his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi, in supplicium æternū: iusti autē, in vitam æternam.

¶ *1^a Reg. vj. ex. j. Reg. Lec. j.*

FActum est autem tempus cum deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor. Dilexit autem Michol filia Saul altera, Dauid. Et nuntiarum est Saul, & placuit ei. Dixitq; Saul, Dabo eum illi, vt fiat ei in scâdalum, & sit super eum manus Philisthinorû. Dixitq; Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clam me, dicentes. Ecce places regi, & oēs serui eius diligunt te. Nunc ergo esto gener regis. Et loquuti sunt serui Saul in auribus Dauid omnia verba hæc, & ait Dauid. Num parû videtur vobis generum esse regis? ego autem sum vir pauper, & tenuis. Et renuntiauerunt serui Saul, dicentes. Huiuscemodi verba loquitur est Dauid. Dixit autem Saul, Sic loquimini ad Dauid, Nô habet rex sponsalia necesse, nisi tantum cennum præputia Philisthinorum, vt fiat ultio de inimicis regis. Porrò Saul cogi-

B.

N.

tabat tradere Dauid in manus Philisthinorû. Cumq; renuntiauerent serui eius Dauid verba q̄ dixerat Saul, placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener regis. Et post paucos dies surgens Dauid, abiit cum viris qui sub eo erant. Et percussit ex Philisthiim ductos viros: & attulit eorû præputia, & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. Dedit itaq; Saul ei Michol filiam suam vxorê. Et vidit Saul, & intellexit quod dominus esset cum Dauid. Michol autem filia Saul, diligebat eum. Et Saul magis cepit timere Dauid: factusq; est Saul inimicus Dauid, cunctis diebus. Et egressi sunt principes Philisthinorû: a principio autem egressionis eorum prudentius se gerebat Dauid, quàm omnes serui Saul, & celebre factum est nomen eius nimis.

¶ *Beati Iudæ Apostoli epistola catholica. Cap. 1.*

Lectio secunda.

Iudas Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: his qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu cõ-

C

seruatis, & vocatis, Misericordia vobis, & pax. & charitas adimpleatur. Charissimi, omnem sollicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans superceteri semel traditæ sanctis fidei. Subintroierunt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium, impij), Domini nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem, & dominum nostrum Iesum Christum negantes. Cōmonere autem vos volo, scientes semel omnia, quod Iesus, populū de terra Aegypti saluans, secundò eos qui non crediderūt, perdidit. angelos vero qui non seruauerūt suū principatū, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut Sodoma, & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeūtes post carnem alteram, facti sunt exemplum ignis æterni, pœnam sustinentes, simili-

ter & hi carnē quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. Cū Michael archāgelus, cū diabolo disputans altercetur de Mosi corpore, nō est ausus iudicium inferre blasphemiz, sed dixit, Imperet tibi Deus. hi autem quæcunque quidem ignorant, blasphemant. quæcunque autem naturaliter, tanquam muta animalia, norunt, in his corrumpūtur.

¶ Sabbato ex primo Regum. cap. 19. Lectio. j.

Loquutus est autem Saul ad Ionathā filiū suū, & ad omnes seruos suos, vt occiderēt Dauid. Porro Ionathas filius Saul, diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te: quapropter obserua te quæso mane, & manebis clam, & abscondes. Ego autē egrediens stabo iuxta patrem meum in agro, vbicunque fueris: & ego loquar de te ad patrem meum, & quodcunque videro, nuntiabo tibi. Loquutus est ergo lo-

nathas de Dauid bona, ad Saul patrē suum: dixitque ad eum. Ne peccet rex in seruum suum Dauid, quia non peccauit tibi, & opera eius bona sunt tibi valdē, & posuit animā suā in manu tua: & percussit Philisthū, & fecit dominus salutē magnā vniuerso Israel: vidisti, & lætatus es. quare ergo peccas ī sanguine innoxio, interficiēs Dauid, qui est absq; culpa? Quod eū audisset Saul, placat^o voce Ionathæ, iurauit. Viuit dñs, quia non occidetur. Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei oīa verba hæc: & introduxit Ionathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut erat heri & nudiustertius. Mortū est autē rursus bellum: & egressus Dauid, pugnavit aduersus Philisthim: percussitq; eos plaga magna, & fugerunt à facie eius. Et factus est spūs dñi malus in Saul: sedebat autē in domo sua, & tenebat lanceā: porrò Dauid psallebat manu sua. Nisusq; est Saul configere Dauid lanceā in pariete: & declinauit Da-

uid à facie Saul: lancea autē casto vulnere perlata est in parietem, & Dauid fugit, & saluatus est nocte illa.

¶ *Ex epistola iudæ Apostoli. Lectio secunda.*

Vae illis qui, in via Cain abierunt: & errore Balaan, merce effusi sunt, & in contradictione Corę perierunt. Hi sunt in epulis suis, maculæ coniuantes, sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuę, eradicatę, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sidera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. Prophetauit autē & de his septimus ab Adā, Enoch, dicens. Ecce venit dominus in sanctis millib^{us} suis, facere iudicium cōtra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorū, quibus impiē egerunt, & de omnibus duris quæ loquuti sunt contra eum peccatores impij. Hi sunt murmuratores querulosi, se-

eundem desyderia sua ambulantes, & os eorum loquitur superbiam, mirantes personas quæstus causa. Vos autem charissimi, memores estote verborum quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebât vobis, Quoniã in rousimis temporibus venient illusores, secundũ desyderia sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritũ non habentes. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectates misericordiam dñi nostri Iesu Christi in vitam æternã. Et hos quidem arguite iudicatos: illos verò saluate, de igne rapietes. Aliis autem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est maculatã tunicã. Hi autẽ, qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante cõspectum gloriæ suæ immaculatos in exultatione in aduentu dñi no-

stri Iesu Christi solum Deo saluatori nostro per Iesum Christũ dñm nostrũ, gloria, & magnificentia, imperiũ, & potestas ante oĩa secula, & nunc, & in omnia secula seculorum. Amen.

¶ Dominica xv. post Pentecost. ex primo Regum. Lect. j.

Miste ergo Saul satellites suos in domũ Dauid, vt custodirent eum, & interficeretur mane. Quod cũ annuntiasset Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi saluaueris te nocte hac, eras morieris: deposuit eum per fenestrã: porro ille abiit, & fugit atq; saluatus est. Tulit autem Michol statuam, & posuit eam super lectũ, & pellem pilosam caprarũ posuit ad caput eius, & operuit eam vestimẽtis. Misit autem Saul apparitores qui raperent Dauid, & responsum est quod ægrota-ret. Rursumque misit Saul nuntios, vt videret Dauid, dicens, Afferte eum ad me in lecto, vt occidatur. Cũque venissent nuntij, inuentum est simulachrum super lectum, & pelles capra-

rum ad caput eius. Dixit-
 que Saul ad Michol, *Qua-*
re sic illustrasti mihi, & dimi-
stisti inimicum meum, ut fu-
geret? Et respondit Michol
 ad Saul, *Quia ipse loquu-*
tus est mihi. Dimitte me, a-
lioquin interficiam te. Da-
 uid autem fugiens, saluatus
 est, & venit ad Samuel in
 Ramatha, & nuntiauit ei
 omnia quae fecerat sibi Saul:
 & abierunt ipse, & Samuel,
 & morati sunt in Naioth.
 Nuntiatum est autem Sau-
 li à dicentibus, Ecce Da-
 uid in Naioth in Ramatha.
 Misit ergo Saul lictores,
 ut raperent Dauid: qui cum
 vidissent cuneum propheta-
 tarum vaticinatum, & Sa-
 muelem stantem super eos,
 factus est etiam spiritus do-
 mini in illis, & prophetare
 coeperunt etiam ipsi. Quod
 cum nuntiatum esset Sau-
 li, misit & alios nuntios:
 prophetauerunt autem &
 illi, Et rursus misit Saul
 tertios nuntios: qui & ipsi
 prophetauerunt. Abiit e-
 tiam ipse in Ramatha, & ve-
 nit usque ad cisternam ma-
 gnam, quae est in Socho,
 & interrogauit, & dixit, In

quo loco sunt Samuel, &
 Dauid? Dictumque est ei,
 Ecce in Naioth sunt in Ra-
 matha. Et abiit in Naioth
 in Ramatha, & factus est
 etiam super eum spiritus do-
 mini, & ambulabat ingre-
 diens, & prophetabat usque
 dum veniret in Naioth in
 Ramatha. Ex expoliavit
 etiam ipse se vestimentis
 suis, & prophetauit cum cae-
 teris coram Samuele, & ceci-
 nit nudus tota die illa, &
 nocte. Unde & exiuit pro-
 uerbum. Num & Saul in-
 ter prophetas?

¶ *Epistola beati Pauli A-*
postoli, Ad Hebr. Cap. 2.
Lectio secunda.

Multifariam, mul-
 tisque modis, olim
 Deus loquens pa-
 tribus, in prophetis: nouis-
 sime diebus istis, loquutus
 est nobis in filio, quem con-
 stituit heredem vniuerso-
 rum, per quem fecit & sae-
 cula. qui cum sit splendor
 gloriae, & figura substantiae
 eius, portansque omnia verbo
 virtutis suae, purgatio-
 nem peccatorum faciens,
 sedet ad dexteram maiesta-
 tis in excelsis: tanto melior

angelis effectus, quãtò dif-
ferentius præ illis nomen
hæreditauit. Cui enim di-
xit aliquando angelorum,
Filius meus es tu, ego ho-
die genui te? Et rursum. E-
go ero illi in patrem & ip-
se erit mihi in filium. Et cū
iterum introducit primoge-
nitum in orbem terræ,
dixit, Et adorent eum om-
nes angeli Dei. Et ad ange-
los quidem dicit. Quifã-
cit angelos suos spiritus, &
ministros suos flammam
ignis. Ad filiũ autẽ, Thro-
nus tuus Deus in sęculum
sęculi: virga æquitatis, vir-
ga regni tui. Dilexisti iusti-
tiam & odisti iniquitatem,
propterea vnxit te Deus,
Deus tuus oleo exultatio-
nis præ participibus tuis.
Et, Tu in principio domi-
ne terrã fundasti: & opera
manuũ tuarum sunt cęli.
Ipsi peribunt, tu autẽ per-
manebis: & oēs vt vestimẽ-
tum veterascent. Et velut
amicũ mutabis eos, & mu-
tabũtur: tu autẽ idem ipse
es, & anni tui non deficiẽt.
Ad quem autẽ angelorum
dixit aliquãdo, Sede à de-
xtris meis, Quoadusq; po-

nam inimicos tuos scabel-
lum pedum tuorũ? Nonne
omnes sunt administrato-
rij spiritus, in ministeriũ
missi proter eos qui hære-
ditatem capient salutis?

¶ *Secundũ Lucã. Cap. 7.
Lectio tertia.*

IN illo tempore: Ibat Je-
sus in ciuitatem quæ vo-
catur Naim: & ibant cū
eo discipuli eius, & turba
copiosa. Et reliqua.

¶ *Homilia scti Augu. epi.*

DE iuvene illo resu-
scitato gauisa est ma-
ter vidua. De homi-
nibus quoidie in spiritu re-
suscitatis gaudet mater ec-
clesia. Ille quidẽ mortuus
erat corpore: illi autẽ men-
te. Illius mors visibilis visi-
biliter plangebatur: illorũ
mors inuisibilis alibi nec
quærebatur, nec videba-
tur. Quæsiuit ille qui no-
uerat mortuos. Ille solus no-
uerat mortuos, qui pote-
rat facere viuos. Nisi enim
ad mortuos suscitandos ve-
nisset: Apostolus non dice-
ret, surge q dormis, & ex-
urge à mortuis, & illumi-
nabit te Christus. Dormiẽ-
tem audis cū dicit, surge

qui dormis. Sed mortuum intellige cūm audis: & exurge à mortuis. Dicti sunt sæpe dormientes morientes visibiler, & planè omnes ei qui potest excitare, dormiunt. Mortuus enim tibi mortuus est: qui quantumlibet expulses, quantumlibet lanies, quantumlibet vellices non expergi scitur. Christo autē ille dormiebat: cui dictū est. Surge: & cōtinuò surrexit. Nemo tam facillè excitat in lecto: quā facile Christus in sepulchro. Tres enim mortuos inuenimus à dño resuscitados visibiler: milia inuisibiler. *Oratio.*

Ecclēsiā tuā domine miseratio continuata mundet, & muniat: & quia sine te non potest salua consistere: tuo semper munere gubernetur. Per.

¶ Peria. ij. ex libro primo Regum. cap. 30. Lectio. j.

Fugit autem David de Naioth quæ est in Ramatha, veniensque loquutus est coram Ionatha, *Quid fecit? quæ est iniquitas mea? & quod peccatum meum in patrē tuum, quia*

querit animā meā? Qui dixit ei, Absit, nō morieris: neq; enim faciet pater me⁹ quicquam grāde, vel paruum, nisi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit à me pater meus sermone tantummodo? Nequaquam erit istud. Et iurauit rursus Dauid, & ille ait, Scit profecto pater tuus quia inueni gratiā in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimo uiuit dominus, & uiuit anima tua, quia vno tantum (vt ita dicā) gradu, ego, morsq; diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcumq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionatham, Ecce calendæ sunt crastino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem, ad vescendū: dimitte ergo me, vt abscondar in agro, vsque ad vesperā diei tertie. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Rogauit me David vt iret celeriter in Bethlehem ciuitatem suā, quia victimæ solenes ibi sunt vniuersis cō-

tribulibus suis. Si dixerit, bene pax erit seruo tuo. si autem fuerit iratus, scito quia cōpleta est malitia eius. Fac ergo misericordiā in seruum tuū: quia fœdus Domini me famulū tuum tecum inire fecisti. si autē est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introduces me. Et ait Ionathas, Absit hoc à te: neque enim fieri potest, vt si certē cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, nō annuntiem tibi.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. cap. 1. Lectio. ij.*

Propterea abundātius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortē peresfluamus. Si em̄ qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis pr̄uaricatio, & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus si tantam neglexerimus salutem? quæ eū initiū accepisset enarrari per dominum: ab eis qui audierunt, in nos confirmata est, conestante Deo signis, & por-

tentis, & variis virtutibus: & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit Deus orbem terrę futurum, de quo loquimur. Testatus est autē in quodā loco quis dicēs, Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniā uisitas eum? Minuisti eum paulō min⁹ ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarū. Omnia subiecisti sub pedib⁹ eius. In eo enim quod omnia ei subiecit: nihil dimisit non subiectum ei. Nunc autē needū uidem⁹ omnia subiecta ei. Eum autem qui modicō q̄ angeli, minoratus est, uideamus lesū propter passionem mortis, gloria, & honore coronatum: vt gratia Dei, pro omnib⁹ gustaret mortē. Decebat enim, eū propter quē omnia, & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat: authorē salutis eorum, per passionē cōsummari. Qui enim sanctificat, & qui sanctificatur: ex vno omnes.

Propter quam causam, nō
cōfunditur fratres eos vo-
care: dicens. Nuntiabo no-
men tuū fratribus meis. in
medio ecclesię, laudabo te.
Et iterū, Ego ero fidens in
eum. Et iterū. Ecce ego &
pueri mei: quos dedit mihi
Deus. Quia ergo pueri cō-
municauerunt carni, & san-
guini: & ipse similiter par-
ticipauit eisdē, vt per mor-
tem destrueret eū, qui ha-
bebat mortis imperium, id
est, diabolus: & liberaret
eos qui timore mortis per
totam vitam, obnoxierāt
seruituti. Nusquā enim an-
gelos apprehendit: sed se-
men Abrahę apprehēdit.
Vnde debuit per oīa fratri-
bus similari: vt misericors
fieret & fidelis pontifex ad
deum, vt repropitiaret de-
licta populi, in eo enim in
quo passus est ipse, & ten-
tatus: potens est & eis qui
tentantur auxiliari.

¶ *Feria. iij. ex. j. Reg. Lc. j.*

Respōditque Dauid
ad Ionathan. **Q**uis
renuntiabit mihi, si
quid fortē responderit ti-
bi pater tuus durē? Et ait
Ionathas ad Dauid, Veni,

& egrediemur foras ī agrū.
Cumque exissent ambo in
agrum, ait Ionathas ad Da-
uid: domine Deus Israel, si
inuestigauero sententiam
patris mei crastinō vel pe-
rendie: & aliquid boni fue-
rit super Dauid, & non sta-
tim misero ad te, & notum
tibi fecero, hęc faciat Do-
minus Ionathā & hęc au-
geat: si autem perseueraue-
rit patris mei malitia ad-
uersum te, reuelabo aurē
tuam: & dimittam te, vt va-
das in pace, & sit dominus
tecum sicut fuit cum patre
meo? Et si vixero, facies
mihi misericordiam domi-
ni: si verō mortuus fue-
ro, non auferes misericor-
diam tuā à domo mea, vs-
que in sempiternum. Aut
si non fecero, quando era-
dicauerit dominus inimi-
cos Dauid, vnumquēque
de terra. Pepigit ergo Io-
nathas fœdus cum domo
Dauid: & requisit dominus
de manu inimicorum
Dauid. Et addidit Ionathas
deierare Dauid, eò quòd
diligeret illum: sicut enim
animā suā, ita diligebat eū
Dixitq; ad eum Ionathas.

Cras calēdx sunt, & requireris. requiretur enim sessio tua, vsq; perendie. Descēdes ergo festinus, & venies in locum, vbi eglādus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidē, cui nomē est Ezel, Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercēs me ad signum. Mittam quoq; & puerū, dicens ei. Vade, & affer mihi sagittas, Si dixerō puero, Ecce sagittæ circa te sunt, tolle eas; tu veni ad me, q̄a pax tibi est, & nihil est mali, viuit dominus. Si autē sic loquutus fuero puero, Ecce sagittæ ultra te sunt: vade in pace, quia dimisit te dominus. De verbo autē quod loquuti sumus ego, & tu, sit dominus inter me, & te, vsque in sempiternum.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. cap. j. Lectio. ij.*

Vnde fratres sancti, vocationis cælestis participes considerate apostolum, & pontificem confessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei q̄a præfecit illum, sicut & Moses, in omni domo ei⁹. Am

plioris em̄ gloriæ iste præ Mose dignus est habitus: quātō ampliorē honorem habet domus qui fabricauit illam. Omnis nanq; domus, fabricatur ab aliquo, qui autem oīa creauit De⁹ est. Et Moses quidem fidelis erat in tota domo eius, tanquam famulus, in testimonium eorū, quæ dicenda erant. Christus verō tanquam filius in domo suarū quæ domus, sumus nos, si fiduciā & gloriā spei vsq; ad finē, firmam retineam⁹.

Quapropter sicut dicit spiritus sc̄tus, Hodie si vocē ei⁹ audieritis: nolite obdurare corda vestra, sicut in exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea. Quædraginta annis, propter quod inensus fui generationi huic: & dixi. Semper errant corde. Ipsi autē non cognouerūt vias meas, quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meā. Videte fratres, nequando sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis, disceda-

di à deo viuo: sed adhorta-
mini vosmetipsos, per sin-
gulos dies, donec hodie co-
gnominatur, vt nō obdure-
tur qs ex vobis fallacia pec-
cati. Participes enim Chri-
sti effecti sumus, si tamen
initiū substantiæ eius vsque
ad finē, firmū retineamus,
dum dicitur, Hodie si vo-
cem eius audieritis, nolite
obdurare corda vestra quæ
admodum in illa exacerba-
tione. Quidā enim audien-
tes, exacerbauerūt: sed nō
vniuersi, qui profecti sunt
ab Agypto, p̄ Mosen. Quib-
us autē infensus est qua-
draginta annis? Nōne illis
qui peccauerunt, quorum
cadauera prostrata sunt in
deserto? Quibus autem iu-
rauit nō introire in requiē
ipsius: nisi illis qui incredu-
li fuerūt? Et videmus, quia
non potuerunt introire in
requiem ipsius propter in-
credulitatem.

¶ Per. iij. ex. i. Reg. I. es. j.

Absconditus est er-
go David in agro,
& venerunt calen-
dz, & sedit rex ad comedē-
dum panem. Cumque sedi-
disset rex super cathedram

suam secundum consuetu-
dinem, quæ erat iuxta pa-
rietem, surrexit Ionathas,
& sedit Abner ex latere Sa-
ul, vacuusque apparuit lo-
cus David. Et non est lo-
quutus Saul quicquam in
die illa: cogitabat enim, qd̄
fortē euenisset ei, vt nō es-
set mūdus, nec purificat⁹.
Cumque illuxisset dies se-
cunda post calendas, rur-
sus apparuit vacuus locus
David. Dixitq; Saul ad Io-
natham filium suum, Cur
nō venit filius Isai, nec he-
ri, nec hodie ad vescendū?
Responditq; Ionathas Sau-
li, Rogauit me obnixē, vt
iret in Bethlehem, & ait, di-
mitte me, quoniam sacrifici-
um solemne est in ciuita-
te, Vnus de fratribus meis
accersuit me: nunc ergo si
inueni gratiā ī oculis tuis,
vadam citō, & videbo fra-
tres meos, ob hanc causam
non venit ad mēsam regis.
Iratus autē Saul aduersum
Ionatham, dixit ei, Fili mu-
lieris virum vltro rapiētis,
nunquid ignoro quia dili-
gis filiū Isai in confusiōe
tuā, & in cōfusiōe igno-
miniosæ matris tuæ? Omni-

bus enim diebus quibus si-
lius Isai dixerit super ter-
ram, non stabilieris tu, ne-
que regnum tuum. Itaque
iam nunc mitte, & adduc
eū ad me: quia filius mor-
tis est. Respondens autem
Ionathas Sauli patri suo,
ait, Quare morietur? quid
fecit? & arripuit Saul lan-
ceam, ut percuteret eum.
Et intellexit Ionathas, quod
definitū esset à patre suo,
ut interficeret Dauid.

**¶ Ex epistola Pauli ad He-
breos. Cap. 4. Lectio. ij.**

Timeam⁹ ergo ne for-
tè relicta pollicita-
tione introeundi in
requiem eius, existimetur
aliquis ex nobis deesse. Et
enim & nobis nuntiatum
est, quæadmodum & illis,
sed non profuit illis sermo
auditus, non admistus fi-
dei, ex iis quæ audierunt.
Ingrediemur enim in re-
quie qui credidimus: quæ-
admodum dixit. Sicut iu-
raui in ira mea, si introibūt
in requiem meam: & qui-
dem operib⁹ ab institutio-
ne mundi perfectis, dixit
enim in quodam loco de
die septima, sic, Et requie-

uit Deus die septima ab o-
mnibus operibus suis. Et
in isto rursus. Si introi-
būt in requie meā. Quo-
niam ergo superest introi-
re quosdā in illā, & ij qui-
bus prioribus annūtiatum
est, non introierunt, pro-
pter incredulitatē: iterum
terminat diem quendā, hō-
die, in Dauid dicēdo post
tantū tēporis, sicut supra-
dictum est, Hodie si vocē
eius audieritis: nolite ob-
durare corda vestra. Nam
si eis Iesus requiem præsti-
tisset: nunquam de alia lo-
queretur posthac die. Ita-
que relinquitur sabbatis-
mus populo Dei. Qui em̄
ingressus est in requie ei⁹:
etiā ipse requieuit ab ope-
rib⁹ suis, sicut & à suis de⁹.
festinem⁹ ergo ingredi in
illam requiem: ut ne in id-
ipsum quis incidat incredu-
litatis exemplū. Viuis est
enim sermo dei, & efficax,
& penetrabilior omni gla-
dio ancipiti: & pertingens
vsq; ad diuisionem animæ,
ac spiritus, compagū quo-
que ac medullarum, & di-
cretor cogitationū, & in-
tentionum cordis. Et non

est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia autem nuda, & aperta sunt oculis ei⁹, ad quæ nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnū, qui penetravit cælos, Iesum filiū Dei: teneam⁹ spei nostræ cōfessionē. Non enim habemus pontificem, qui nō possit compati infirmitatibus nostris: tētatum autē per omnia pro similitudine, absq; peccato. Ad eam ergo cū fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam cōsequamur, & gratiā iueniamus i auxilio opportuno.

¶ Feria quinta, ex primo Regum. cap. 21. Lectio. 1.

Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secūda, panem. Contristatus est enim super Dauid, eò quòd confudisset eū pater suus. Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrū iuxta placitum Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerum suū. Vade, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumq; puer cucurisset, iecit aliam sagittā trans

puerum. Venit itaq; puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergū pueri, & ait. Ecce ibi est sagitta, portò vltra te. Clamauitq; iterum Ionathas post tergum pueri, dicens. Festina velociter, ne steteris. Collegit autē puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominū suum, & quid ageretur, penitus ignorabat. tantū modo enim Ionathas, & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei. Vade, & defer in ciuitatem. Cumq; abiisset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrū, & cades pronus in terram, adorauit tertio: & osculantes se alterutrū, fleuerūt pariter, Dauid autē amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcūque iurauimus ambo in nomine domini dicentes. Domin⁹ sit inter me, & te, & inter semen tuum, & semen meū vsq; in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abiit: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem. Venit autem Dauid in Nobē ad

Achimelech ſacerdotē : & obſtupuit Achimelech, eo quod veniſſet David. Et dixit ei, **Q**uare tu ſolus, & nullus eſt tecū? Et ait David ad Achimelech ſacerdotem, Rex præcepit mihi ſermonem, & dixit, Nemo ſciat rem, propter quā miſus es à me, & cuiuſmodi præcepta tibi dederim: nā & pueris meis condixi in illum, & illum locū. Nunc ergo ſi quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et reſpondens ſacerdos ad David illi, Non habeo laicos panes ad manū, ſed tantū panem ſanctum, ſi mundi ſunt pueri maxime à mulieribus? Et reſpondit David ſacerdoti, & dixit ei, Equidē ſi de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri, & nudiuſtertijs, quando egrediebamur, & fuerunt vaſa puerorū ſancta. porro via hæc, polluta eſt, ſed & ipſa hodie ſanctificabitur in vaſis. Dedit ergo ei ſacerdos ſanctificatum panē : neque enim erat ibi panis, niſi tantū panes propoſitionis, qui ſublati

fuerant à facie Domini, ut ponerentur panes calidi.

¶ Ex epiſtola Pauli ad Hebræos. cap. 5. Leſtio. ij.

OMnis nanque pontifex ex hominibus aſſumptus, pro hominibus conſtituitur in iis quæ ſunt ad Deum: ut offerat dona, & ſacrificia pro peccatis, qui cōdolere poſſit iis, qui ignorāt, & errāt: quoniam & ipſe circumdatus eſt infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiā & pro ſemetipſo offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorē ſed, qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron. Sic & Chriſtus non ſemetipſam clarificauit, ut pontifex fieret: ſed qui locutus eſt ad eū, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in æternum, ſecundum ordinē Melchizedech. Qui in diebus carniſux, preces, ſupplicationeſque ad eum, qui poſſit illū ſaluū facere à morte, eū clamore valido, & lachrymis offerens exauditus eſt

pro sua reuerētia. Et quidem cū esset filius Dei, dicit ex eis quæ passus est, obedientiam: & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ appellat⁹ à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendū. Etenim cū deberetis magistrī esse propter tēpus, rursum idigetis, vt vos doceamini quæ sint elemēta exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, nō solido cibo. Omnis enī qui lactis est particeps: expers est sermonis iustitiæ: paruul⁹ enim est. Perfectorum autē est solidus cibus eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni ac mali.

¶ *Feria. vj. ex. j. Reg. Le. j.*

ERat autem ibi vir quidam de seruis Saul, in die illa intus in tabernaculo domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potētissimus pastorū Saul. Di-

xit autem Dauid ad Achimelech, Si habes hīc ad manum hastā aut gladiū: quia gladium meū & arma mea non tuli mecū, sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos, Ecce gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in valle Terbinthi, est inuolut⁹ pallio post Ephod: si istū vis tollere, tolle: neque enim hic est alius absque eo. Et ait Dauid, Non est huic alter similis, da mihi eū. Surrexit itaque Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regē Geth. Dixeruntque serui Achis ad eum. Nunquid nō iste est Dauid rex teræ? nonne huic cantabāt per choros, dicētes. Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? posuit autē Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valdē à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum corā Achis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portę, defluebantque saluæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos: Vidistis hominem insanū:

quare adduxiſtis eum ad me? An deſunt nobis furioſi, q̄ introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? Hiccine ingrediatur domum meam?

¶ *Ex epiſtola Pauli ad Hebræos. Cap. 6. Lectio. ij.*

Quapropter itermit-
tentes inchoationis
Chriſti ſermo-
nem, ad perfectionē ſera-
mur, nō rurfum iacentes
fundamentum pœnitentię
ab operibus mortuis & fi-
dei ad Deum, baptiſmatis,
doctrinæ, iſpoſitionis quo-
que manuū, ac reſurrectio-
nis mortuorum, & iudiciij
zterni. Et hoc faciemus: ſi
quidem permiferit Deus.
Impoſſibile enim eſt eos,
qui ſemel ſunt illuminati,
gultaerunt etiã donū cœ-
leſte, & participes facti ſūt
ſpiritus ſancti, gultaue-
runt nihilominus bonum
Dei verbum, virtutesq̄; ſc̄-
culi vêturi, & p̄lapſi ſunt:
rurfus renouari ad pœnitē-
tiã, rurfus cruciſigentes ſi-
bimetipſi filii dei, & oſtē-
tui habētes. Terra enim ſc̄-
pe venientē ſuper ſe bibēs
umbrem, & germinans her-

bã opportunã illis à quib⁹
colitur accipit benedictio-
nem à Deo, proferens au-
tem ſpinas ac tribulos, re-
proba eſt, & maledictō p̄-
xima, cuius conſummatio
in cōbuſtionem. Confidi-
mus autē de vobis dilectiſ-
ſimi, meliora, & viciniora
ſaluci: tamen iſi ita loqui-
mur. Non enim iniuſtus
Deus, vt obliſcatur ope-
ris veſtri, & dilectiōis, quã
oſtendiſtis in noſte ipſius,
qui miniſtraſtis ſanctis, &
miniſtratis. Cupimus autē
vnumquēque veſtrum ean-
dē oſtentare ſollicitudinē,
ad expletionem ſpei vſque
in finem, vt non ſegnes ef-
ficiamini, verū imitatores
eorum qui fide, & patiētia
hēreditabunt p̄miſſiones.
Abrahæ nanq; promittens
Deus: quoniam neminem
habuit per quem iuraret
maiorē, iuravit per ſemet-
ipſum, dicens. Niſi benedi-
cens benedicam te: & mul-
tiplicans, multiplabo te.
Et ſic longanimiter ferēs,
adeptus eſt repromiſſio-
nem. Homines em̄ per ma-
iorem ſe iurāt: & omnis cō-
trouerſiæ eorum finis, ad
conſe-

confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens deus ostendere sollicitationibus hæredibus immobilitatem cõsilijs sui: interposuit iururadũ, vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mētiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus ad tenēdā propositam spem, quā sicut ancoram habemus an imæ tutā, ac firmā, & incedētem vsq; ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

¶ **Sabbato, ex primo Regũ Cap. 22. Lectio prima.**

Abit ergo Dauid in spelũ de, & fugit in spelũ cam Odollã. Quod cum audissent fratres eius, & omnes domus patris ei⁹, descenderũt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorũ princeps: fuerũtque cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est Dauid inde in

B.

N.

D

Maspha, q̄ est Moab: & dixit ad regē Moab. Maneat oro pater meus, & mater mea vobiscum, donec sciã, quid faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manserũtque apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. Dixitque Gad propheta ad Dauid. Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in terram Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in saltum Hareth. Et audiuit Saul, quod apparuisset Dauid, & viri qui erant cũ eo. Saul autem cũ maneret in Gabaa: & esset in nemore quod est in Rama: hastam manu tenens, cunctique serui eius circumstarent eum, ait ad seruos suos, qui assistebant ei, Audite me nunc filij Iemini: nũquid omnibus vobis dabit filius Isai agros, & vineas, & vniuersos vos faciet tribunos, & Centuriones, quoniam cõiurastis omnes aduersũm me, & nõ est qui mihi renuntiet: maxime cũ & filius meus tædus inierit cũ filio Isai? Nõ est qui vicem meam doleat

ex vobis, nec qui annūtiat mihi: eò quòd suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie. Respōdens autē Doeg Idumęus, qui assisitebat, & erat prim⁹ inter seruos Saul, Vidi, inquit filium Isai in Nobe apud Achimelech filiū Achitob. Qui consuluit pro eo dominū, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthęi dedit illi.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebręos, cap. 7. Lectio. ij.

Hic enim Melchisedech rex salē, sacerdos Dei summi, qui obuiauit Abraham regresso à cæde regum, & benedixit ei, cui & decimas omnium dimisit Abraham. primū quidem, qui interpretatur rex iustitię: deinde autem & rex Salem, quòd est rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitę habens, assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuū. In tuemini autem quantus sit hic: cui & decimas dedit de præcipuis Abraham pa-

triarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habēt decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis: quanquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Cuius autem generatio non annumeratur in eis: decimas sumpsit ab Abraham, & hunc qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione: quòd minus est, à meliore benedicatur. Et hic quidē decimas morientes homines accipiūt: ibi autem cōtestatur, quia viuuit, Et (vt ita dictum sit) per Abraham, & Leui qui decimas accipit, decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiauit ei Melchisedech. Si ergo consummatio per sacerdotium Leuiticum erat (populus enim sub ipso legem accepit) quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio: necesse est, vt & legis translatus fiat. In

quo enim hæc dicuntur: de alia tribu est, de qua nullus altario præsto fuit. Manifestum est enim, quod ex Iuda ortus sit dominus noster in qua tribu nihil de sacerdotibus Moses locutus est. Et ampli⁹ adhuc manifestum est: si secundum similitudinem Melchisedech, exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Cõ testatur enim, Quoniam tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Reprobatio quidem sit præcedentis mandati: propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quã proximamus ad deũ. Et quantum est non sine iureiurando (alij quidẽ, sine iureiurando sacerdotes facti sunt, hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iuravit dominus, & non pœnitebit eũ: tu es sacerdos in æternum) in tantũ melioris testamẽti spõ-

for factus est Iesus.

¶ Dominica. xvj. post Pentecost. ex primo Regum. Lectio prima.

Misit ergo rex ad Achimelech sacerdotem filium Achitob, & omnem domũ patris eius sacerdotum, qui erant in Nobe. qui vniuersi venerunt ad regem. Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui respondit, Præsto sum domine. Dixitque ad eum Saul, Quare cõiurastis aduersum me, tu, & filius Isai, & dedisti ei panes, & gladium, & consuluisti pro eo dominum, vt confurgeret aduersum me insidiator, vsque hodie permanens? Respondensque Achimelech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuũ, & gloriosus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo consulere dominum? absit hoc à me, ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. nõ enim scuit seruus tuus

quicquam super hoc negotio, vel modicum vel grade. Dixitque rex, Morte morieris Achimelech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex emissarius, qui circum stabant eum. Conuertimini, & interficite sacerdotes domini: nam manus eorum cum Dauid est: scientes quod fugisset, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem serui regis extendere manus suas, in sacerdotes domini. Et ait rex ad Doeg. Conuerte tu, & irruere in sacerdotes. Conuersusque Doeg Idumæis, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa, octogintaquinque viros, vestitos Ephod lineo. Nobis autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros, & mulieres, & paruulos, & lactentes, bouemque, & asinum, & oues in ore gladij. Euadens autem vnus filius Achimelech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annuntiauit ei quod occidisset Saul sacerdotes domini. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, quod cum ibi esset Doeg

Idumæus proculdubio annuntiaret Sauli: ego sum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, ne timeas, si quis querierit animam meam, queret & animam tuam, mecumque seruaberis.

¶ Ex epistola pauli ad Hebræos. Lectio secunda.

ET alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberetur permanere. hic autem, eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare imperpetuum potest accedentes per ipsum, ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, ut nobis esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus, qui non habet necessitatem quotidie (quemadmodum sacerdotes) prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi. hoc enim fecit semel, se offerendo. Lex enim homines constituit sacerdotes, infirmitatem habentes: sermo autem iurif-

iuradi, qui post legem est, filium in aeternum perfectum. Capitulum autem super ea quae dicuntur. Talem habemus pontificem, qui cõsedit in dextera sedis magnitudinis in cõlis: sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hostias cõstituitur, vnde necesse est & huc habere aliquid, quod offerat, si ergo esset super terram nec esset sacerdos: cõ essent qui offerrent secundum legem munera, qui exemplari, & vmbrae deseruiunt celestium, sicut responsum est Moysi, cõ consummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito, secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Nunc autem melius sortitus est ministerium, quãtõ & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus sanctum est. Nam, si illud prius culpa vacasset: non utique secundi loci inquireretur. Vituperans enim eos dixit. Ecce dies veniet, dicit dominus,

& consummabo super domum Israel, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem illos de terra Aegypti. quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo: & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus. Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum scribam eas: & ero eis in deum, & ipsi erunt mihi in populum, & non docebit vnusquisque proximum suum, & vnusquisque fratrem suum dicens, Cognosce dominum quoniam omnes sciet me a minore vsque ad maiorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum: & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouum, veterauit prius. Quod autem antiquatur, & senescit: prope interitum est.

¶ Secundum Lucam.
Lectio secunda.

IN illo tempore: Cùm intraret Iesus in domũ cuiusdã principis Phariseorum, sabbato manducare panem: & ipsi obseruabãt eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et reliqua.

Momilia sancti Ambr. epi.

Curatur hydropicus: in quo fluxus carnis exuberans animæ grauabat officia: spiritus extinguebat ardorem: deinde docetur humilitas: dũ in illo conuiuio nuptiali appetentia loci superioris arcetur. Clementer tamẽ, vt persuasionis humilitas, asperitatem coercionis excluderet: ratio proficeret ad persuasionis affectũ: & correctio emundaret effectum. Huic quasi proximo lumine humanitatis copulatur. Quæ ita dominicæ diffinitione distinguitur, si in pauperes, & debiles conferatur. Nã hospitale esse remuneraturis affectus avaritiæ est. Postremo quasi emeritæ militiæ viro contemnendarum stipendium præscribitur facultatum: quod neque ille

qui studiis intentus inferioribus, possessiones sibi terrenas coemit, regnum cælorum possit adipisci: cùm dominus dicat: Vende omnia tua, & sequere me. Impio quippe fitire, est huius mundi bona concupiscere. Vnde & redemptor intra Pharisei domũ hydropicum curat: & cum contra avaritiam disputaret, scriptum est. Audiebãt autem hæc omnia Pharisei, qui erant auari: & deridebant illum. **Q**uid ergo est, quod intra Pharisei domum hydropicus curatur? nisi, quod per alterius ægritudinem corporis in altero exprimitur ægritudo cordis? **Oratio.**

Tva nos quæsumus domine, gratia semper & præueniat, & sequatur: ac bonis operibus iugiter præstet esse intentos. Per dominũ nostrum.

Feria secunda, ex primo Regum. Cap. 13. Lectio. j.

ET annuntiauerunt Dauid, dicentes, Ecce Philistiim oppugnant Ceilam & diripiunt areas. Cõsuluit ergo Dauid do-

minum, dicens. Num vadam, & percutiam Philisthæos istos? Et ait dominus ad David, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erant cum David, ad eum, Ecce nos hic in Iudæa, cōsistentes timemus: quāto magis si ierimus in Ceilam, aduersum agmina Philisthinorum? Rursum ergo David consuluit dominum, **Q**ui respondens, ait ei. Surge & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos ī manu tua. Abiit ergo David, & viri eius in Ceilam, & pugnavit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna, & saluavit David habitatores Ceilæ. Porro eo tempore quo fugiebat Abiathar filius Achimelech ad David in Ceilam, ephod secum habens descenderat. Nuntiatum est autem Sauli, quod venisset David in Ceilam & ait Saul, Tradidit eū dñs in manus meas, conclususque est introgressus urbem in qua portæ, & seræ sunt, Et præcipit Saul

omni populo, vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret David, & viros eius. Quod cū David rescisset, quia præpararet ei Saul clam malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica ephod. Et ait David, domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus, quod disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat urbem propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? Et si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine deus Israel indica seruo tuo. Et ait dominus, descendet. Dixitque David, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum in manus Saul? Et dixit Dominus. Tradent, Surrexit ergo David, & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, huc atque illuc vagabantur incerti.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectione secunda.

HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sancti seculari. Tabernaculum enim factum est primum, in quo erant candelabra,

& mensa: & propositio panum: quæ dicitur sancta. Post velamentum autem secundum: tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum, aureum habens thuribulum: & arcam testamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua, urna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti. superque eam erant Cherubin gloriæ obumbrantia propitiatorium, de quibus non est modo dicendum per singula. His verò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. in secundo autem semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quem offerret pro sua, & populi ignorantia: hoc significatè spiritu sancto, nondum propalatum esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum, quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera, & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere struientem, solummodo

in cibis, & in potibus, & in variis baptismatibus, & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis impositis. Christus autem, assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius, & perfectius, tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introiit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. si enim sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum deo viuenti? Et ideo, noui testamenti mediator est: ut morte intercedente, in redemptionem earum preuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hereditatis. Vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat

testatoris. Testamētum enim, in mortuis confirmatum est, Alioquin nōdum valet, dum viuit, qui testatus est. Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Mo se vniuerso populo: accipiēs sanguinem vitulorū, & hircorum, cum aqua, & lana coccinea, & hyssopo, ipsum quoque librū, & omnem populū aspersit dicens. Hic sanguis testamēti quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculū, & omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia bene in sanguine, secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio.

¶ Feria tertia, ex primo Regum. Lectio prima.

Nuntiatusq; est Sauli, quod fuisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quamobrē dis simulauit exire. Morabatur autem Dauid in deserto in locis firmissimis, mansitque in monte solitudinis Ziph, in monte opaco: querebat eum tamen Saul cū-

ctis diebus: & non tradidit eum dominus in manibus eius. Et vidit Dauid quod egressus esset Saul vt quæreret animam eius. Porro Dauid erat in deserto Ziph, in sylua. Et surrexit Ionathas filius Saul, & abiit ad Dauid in syluam, & confortauit manus eius in Deo, dixitque ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis super Israel, & ego ero tibi secundus: sed & Saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterque fœdus coram Domino: mansitque Dauid in sylua, Ionathas autem reuersus est in domum suam. Ascenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes. Nonne Dauid latitat apud nos, in locis tutissimis syluæ, in colle Hachilæ, quæ est ad dexteram deserti? Nunc ergo sicut desiderauit anima tua, vt descenderes, descende. nostrū autē erit, vt tradamus eū in manus regis. Dixitque Saul, benedicti vos à domino, quia doluistis vicem meā. Abite ergo oro, & diligentius præpa-

rate, & curiosius agite, & considerate locum, vbi sit pes ei⁹, vel quis viderit eū ibi, recogitat enim de me, q̄ callidē insidiet ei. Considerate, & videte omnia laeibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt vadā vobiscum, quōd si etiam in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio secunda.*

Necessē est ergo exemplaria quidem cęlestium, his mundari: Ipsa autem cęlestia, melioribus hostiis quā istis. Nō enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cęlum, vt appareat nunc vultui dei, pro nobis. Neque, vt sæpe offerat semetipsū, quemadmodum pontifex intrat in sancta, per singulos annos in sanguine alieno. (Alioquin oportebat eum frequēter pati ab origine mundi.) Nunc autem semel, in cōsummationem seculorum, ad destitutionem peccati, per hostiā suā

apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciū: sic & Christus semel oblatus est, ad multorū exhaustiōem peccata, secundo sine peccato, apparebit omnibus expectantibus se, in salutē. Vmbram enim habens lex futurorum bonorū, nō ipsam imaginem rerum: per singulos annos, eisdem ipsis hostiis quas offerūt indefinenter, nunquam potest accedētes perfectos facere: alioquin cessassent offerri: ideo quōd nullam haberent vltra conscientiam peccati, cultores semel mūdati: sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. impossibile enim est, sanguine taurorum, & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mūdum dicit, Hostiam, & oblationem noluit: corpus autē aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius di-

rens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio, vt faciam Deus volūtatē tuam: aufert primū, vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos, præsto est quotidie ministrās, & easdem sæpe offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata: hic autē vnā pro peccatis offerēs hostiā in sempiternum sedet in dextera dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius, scabellum pedum eius. Vna enim oblatione, cōsummauit in sempiternum sanctificatos.

¶ Feria quarta, ex primo Regum. Lectio prima.

AT illi surgētes abiērunt in Ziph ante Saul. Dauid autē, & viri eius, erāt in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul, & socij eius, ad quærendum eum; & nun-

tiatum est Dauid, statimq; descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. quod cū audisset Saul, persecut⁹ est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul ad latus mōtis ex parte vna, Dauid autem, & viri eius erant in latere montis, ex parte altera porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaque Saul, & viri eius in modū coronæ cingebant Dauid & viros eius, vt caperent eos. Et nūtius venit ad Saul, dicens, Festina, & veni, quoniā infuderunt se Philisthim super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philistinorum. propter hoc vocauerūt locū illū petrā diuidentem. Ascendit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cūq; reuersus esset Saul, postquā persecut⁹ est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicentes. Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria milia electorum virorum ex omni Israhel, perrexit ad

vestigandum Dauid, & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti, eratq; ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret vë trem: porro Dauid, & viri eius in interiore parte spelunçæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum. Ecce dies de qua locutus est dominus ad te. Ego tradã tibi inimicum tuũ, vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter. Post hæc percussit eor suũ Dauid, eò quòd absceidisset oram chlamydis Saul. Dixitque ad viros suos. Propitius sit mihi dominus, ne faciam hanc rem dño meo Christo domini, vt mittam manum meã in eũ, quia Christus domini est. Viuit dñs, quia nisi dominus percussit eũ, aut dies eius venerit, vt moriatur, aut descẽdens in prælium perierit propitius mihi sit Dñs, vt nõ mittam manum meã in Christum dñi. Et cõfregit

Dauid viros suos sermonibus: & non permisit eos, vt consurgerent in Saul.

¶ Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio secunda.

Contestatur autẽ nos & spiritus sanctus, postquam enim dixit, Hoc autem testamẽtũ quod testabor ad illos, post dies illos, dicit Dñs, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum inscribã eas: & peccatorum, & iniquitatũ eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horũ remissio: iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam iníitauit nobis, viam nouam, & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à cõscientia mala, & abluti corpus aqua mũda, teneamus spei noitræ confessionem indeclinabilem, fidelis em̃ est qui repromisit, & cõsideremus inuicem, in pro-

uocationem charitatis, & bonorum operum: nō deferentes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tantō magis quāto videritis appropinquan- tem diem. Voluntariē enī, peccantibus nobis, post ac- ceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quādā expectatio iudicij, & ignis xmulatio, quæ consumptura est ad- uersarios. Irritam quis fa- ciens legem Mosi: sine vlla miseratione, duobus, vel tribus testibus moritur, quāto magis putatis dete- riora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinē testamenti pol- lutum duxerit, in quo san- ctificat⁹ est, & spiritui gra- tiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mi- hi vindictam: & ego retri- buam. Et iterum. Iudicabit dominus populum suum. Horredum est incidere in manus Dei viventis. Re- memoramini autem pristi- nos dies: in quibus illumi- nati, magnum certamen su-

stinuistis passionum, & in altero quidē opprobriis, & tribulationibus specta- culum facti: in altero autē socij talibus conuersantiū effecti. Nam & vincētis cō- passi estis: & rapinam bo- norum vestrorum cū gau- dio suscepistis, cognoscen- tes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Nolite itaque amittere cō- fidenciam vestrā: quæ ma- gnā habet remuneratio- nem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatē Dei faciētes, reportetis p- misionem. Adhuc enim modicum, aliquantulum- que, qui venturus est ve- niet, & nō tardabit, iustus autem meus, ex fide viuit, quōd si subtraxerit se: non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus substra- tionis filij in perditionē: sed fidei in acquisitionem animæ.

¶ *Feria. v. ex. j. Reg. Lxxij.*

Porro Saul exurgens de spelunca, pergebat cæpto itinere. Surre- xit autem Dauid post eū, & egressus de spelunca, cla- mauit post tergum Saul,

dicēs, Domine mi rex. Et respexit Saul post se, & inclinās se Dauid pronus in terram, adorauit, dixitque ad Saul. **Q**uare audis uerba hominum loquentium, Dauid querit malum aduersum te? Ecce hodie uiderunt oculi tui, quod tradiderit te dominus in manu mea in spelunca: & cogitauit ut occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim. Non extendam manum meam in dominum meum, quia Christus domini est. **Q**uin potius pater mi, uide, & cognosce ora chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summitatē chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & uide, quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem infidiaris animæ meæ, ut auferas eam. Iudicet dominus inter me, & te, & uisceratur me dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur. Ab impiis egredietur impietas: manus

ergo mea non sit in te. **Q**uæ persequeris rex Israel? quæ persequeris? carnem mortuum persequeris, & pulicem unum. Sit dominus iudex, & iudicet inter me, & te: & uideat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autem complisset Dauid loquens sermones huiusmodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid uox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul uocem suam, & fleuit, dixitque ad Dauid, iustior tu es, quam ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me dominus in manum tuam, & non occideris me. **Q**uis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in uia bona? Sed dominus reddat tibi uicissitudinē hanc, pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc, quia scio, quod certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: iura mihi in domino, ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen

meū de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abiit ergo Saul in domū ſuam: & Dauid, & viri eius aſcenderūt ad tutiora loca.

¶ *Ex epiſtola Pauli Apoſtoli ad Hebræos. ca. ii.*

Leſtio ſecunda.

Eſt autem fides, ſperādarum ſubſtantia rerum, argumentū non apparētium. In hac enim, teſtimonium conſequuti ſunt ſenes. Fide, intelligimus aptata eſſe ſecula verbo Dei: vt ex inuiſibilibus viſibilia fierent. Fide, plurimam hoſtiam Abel quā Cain, obtulit deo: per quā teſtimonium conſequutus eſt eſſe iuſtus, teſtimoniū perhibente muneribus ei⁹ Deo, & per illā defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch translatus eſt, ne videret mortem, & non inueniebatur: quia tranſtulit illum Deus. ante tranſſationem enim, teſtimoniū habuit placuiſſe Deo. Sine fide autem, impoſſibile eſt placere Deo. Credere em̄ oportet accedentē ad deū, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit. Fide,

Noe reſponſo accepto, de iis quæ adhuc nō videbantur: metuens, aptauit arcā in ſalutem domus ſuę, per quam damnauit mūdum, & iuſtitie quæ per fidem eſt hæres eſt inſtitutus. Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locum exire quem accepturus erat in hereditatē, & exiit, neſciēs quo iret. Fide, demoratus eſt in terra repromiſſionis tanquam in aliena, in caſulis habitando, cum Iſaac, & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiufdem. Expectabat enim fundamēta habētē ciuitatem: cuius artifex, & conditor, Deus, Fide, & ipſa Sara ſterilis, virtutē in cōceptione ſeminis accepit, etiam præter tēpus ætatis, quoniā fidelem credidit eſſe eū qui repromiſerat. Propter quod & ab vno orti ſunt (& hoc emortuo) tanquam ſydera cæli in multitudinem, & ſicut arena, quæ eſt ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti ſunt omnes iſti, non acceptis repromiſſionibus: ſed à longe eas aſpicientes, &

salutantes, & confitentes, quia peregrini, & hospites sunt super terrā. **Q**ui em̄ hęc dicunt: significant se patriā inquirere. Et si quidem ipsius meminissent de qua exierunt: habebāt utique tempus reuertēdi. nūc autem meliorem appetūt, id est, cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari deus eorum, parauit enim illis ciuitatem.

Feria sexta, ex primo Regum. cap. 25. Lectio. 1.

Mortuus est autem Samuel, & cōgregatus est vn̄iuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua, in Ramatha. Consurgensque Dauid, descendit in desertū Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erātque ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit, ut tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigail. eratq; mulier illa prudentissima, & speciosa, porro

vir eius, durus & pessim⁹, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. Cū autē audisset Dauid in deserto, quōd tonderat Nabal gregem suum, misit decē iuuenes, & dixit eis. Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eū ex nomine meo, pacificē. Et sic dicetis. Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuę pax, & omnibus quęcunque habes, sit pax. Audiui quōd tonderent pastores tui, qui erāt nobiscū in deserto, nunquam eis molesti fuimus, nec aliquādo defuit quicquā eis de grege, omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus, quodcunque inuenierit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cūque venissent pueri Dauid locuti sunt ad Nabal omnia verba hęc ex nomine Dauid: & siluerunt, Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait.

Quis

Quis est David? & quis est fili⁹ Isai? hodie increuerunt serui, qui fugiunt dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorū quæ occidi tōsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio. ij.*

Ide, obtulit Abraham Isaac: cum tentaretur. & vnigenitum offerebat, i quo susceperat reprobmissiones. ad quem dictū est. In Isaac vocabitur tibi semen, arbitrans quia & à mortuis suscitare potēs est Deus. vnde eum & in parabolam accepit. Fide, & de futuris benedixit Isaac, Iacob & Esau. Fide, Iacob moriēs, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigiū virgæ eius. Fide, Ioseph moriēs, de profectiōe filiorū Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus occultatus est mensibus trib⁹ à parētibus suis: eò quòd vidissent elegantem infantē, & non timerunt regis edictum. Fide, Moyses grandis factus, ne-

gauit se esse filiū filiz Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans, thesauro Aegyptiorū, improperiū Christi. aspiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum: non veritus animositatē regis. inuisibilem enim, tanquā vidēs sustinuit. Fide, celebrauit pascha, & sanguinis effusionem: ne qui vastabat primitiua, tangeret eos. Fide, trāsierunt mare rubrū, tāquam per aridam terrā: quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fide, muri Iericho corruerant, circuitu dierum septem. Fide, Raab meretrix nō periit cum incredulis: excipiens exploratores cum pace. Et quid adhuc dicā? Desiciet enim me tempus, enarrātem de Gedeon, Barac, Samson, Iephte, David, Samuel, & prophetis: qui per fidē vicerunt regna, operati sunt iustitiā, adepti sunt reprobmissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis. effugerunt

B.

N.

E

Sabbato.

aciem gladij, cōualuerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra vertērunt exterorū. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autē distenti sunt, non suscipientes redemptionē. vt meliorē inuenirent resurrectionem. Alij verò ludibria, & verbera experti, insuper, & vincula, & carceres: lapi dati sunt, secti sunt, tentati sunt, s̄ occisiōe gladij mortui sunt, circuierūt in melotis, in pellibus caprinis, egētes, angustiati, afflicti: quibus dignus nō erat mūdus in solitudinibus errantes, in montibus, & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, nō acceperunt repromissionē, deo pro nobis melius aliquid providente, vt nō sine nobis cōsummarentur.

¶ Sabbato ex primo Regum. Lectio prima.

Regressi sunt itaque pueri Dauid per viā suā, & reuersi venerunt, & annuntiauerunt ei omniā verba quæ dixerat Nabal. Tūc ait Dauid pue-

ris suis, Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladiis suis, accinctusq; est & Dauid ense suo: & sequuti sūt Dauid, quasi quadringenti viri: porro ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigail autē vxori Nabal, nuntiauit vnus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent domino nostro, & auersatus est eos. homines isti boni satis fuerunt nobis: & nō molesti: nec quicquam aliquādo periit, omni tēpore, quo fuimus conuersati cum eis in deserto. pro muro erant nobis tam in nocte, quā in die, omnibus diebus quibus paui-mus apud eos greges. **Q**uā ob rem cōsidera, & recogita quid facias: quoniā completa est malitia aduersum virum tuū, & aduersam domum tuā, & ipse est filius Belial, ita vt nemo possit eī loqui. Festinauit igitur Abigail, & tulit ducentos panes, & duos vtres vini, & quinque arietes coctos, & quinque sata polentę, & centum ligaturas vucę passę, &

ducetas massas caricarum, & imposuit super asinos, dixitque pueris suis, Præcedite me, & ecce ego post tergum sequar vos. viro autem suo Nabal non indicauit, Cùm ergo ascendisset asinum, & descenderet ad radicem montis, Dauid, & viri eius descendebat in occursum eius: quibus & illa occurrit. Et ait Dauid, Vere frustra seruaui oĩa quæ huius erant in deserto, & non perii quicquã de cunctis quæ ad eum pertinebat. & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat deus inimicis Dauid, & hæc addat, Si reliquero de oĩbus quæ ad ipsum pertinet usque mane mingentem ad parietem.

Ex epistola Pauli ad Hebræos. cap. 12. Lectio. ij.

Ideoq; & nos tantam habentes impositam nubem testium: deponentes omnem pondus, & circumstantes nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, aspicientes in auctorem fidei, & consummatorum lesu. qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem, confusione con-

tempta, atq; in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui tale sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionem: ut ne fatigemini, animis vestris deficientes. Nondum enim usque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnantes: & oblitiscitis consolationis, quæ vobis tanquam filiis loquitur, dicens. Filii mi, noli negligere disciplinam domini. neque fatigeris, dum ab eo argueris. Quæ enim diligit dominus, castigat: flagellat autem omnem filium quæ recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filiis vobis offert se deus. quis enim filius, quæ non corripit pater? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerrebamur eos: num multo magis obtenerabimur patri spirituum, & viuemus? Et illi quidem, in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem suam erudiebant nos: hic autem ad id quod

Dominica .xvij. post Pentecosten.

utile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in presenti quidem, videtur non esse gaudij, sed mœroris: post eam autem, fructum pacatis simû exercitatis per eam, reddet iustitię. Propter quod remissas manus, & soluta genua erigite: & gressus rectos facite pedibus vestris: ut non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum, contemplates ne quis desit gratię Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germians impediatur, & per illam inquinetur multi. Ne quis fornicator, aut prophanus: ut Esau: qui propter unam escam vendidit primitiua sua. scitote enim, quoniam & postea cupiens hæreditate benedictionem, reprobatus est, non enim inuenit penitentię locum: quâquam eum lachrymis inquisisset eam.

**¶ Dñica .xvij. post Petec.
ex .j. Reg. Lectio prima.**

Cum autem vidisset
Abigail David, se
clinavit, & descendit

de asino, & procidit coram
David super faciem suam,
& adoravit super terram, &
cecidit ad pedes eius, & di-
xit, In me sit dñe mi hæc
iniquitas. loquatur obsecro
ancilla tua in auribus tuis,
& audi verba famulæ tuæ.
Ne ponat, oro, dominus
meus rex cor suum, super
virum istum iniquum Na-
bal: quia secundum nomē
suum stultus est, & stultitia
est cum eo. ego autem an-
cilla tua, non vidi pueros
tuos domine mi, quos mi-
sisti. nunc ergo domine mi
viuit dominus, & viuit ani-
ma tua, quod prohibuit te ne
venires in sanguinem, & sal-
uauit manum tuam tibi: &
nunc sicut Nabal ini-
mici tui, & qui querunt do-
mino meo malum. Quia
propter suscipe benedictio-
nem hanc, quam attulit an-
cilla tua tibi domino meo:
& da pueris qui sequuntur
te dominum meum. Aufer ini-
quitatem famulæ tuæ: facies
enim faciet dño tibi domi-
no meo domum fidelem,
quia prælia dñi dñe mi tu
præliaris: malitia ergo non
inueniatur in te, omnibus

diebus vitæ tuæ. Si enim surrexerit aliquando homo persequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei: custodia quasi in fasciculo viuentium apud dominum Deum tuum: porro inimicorum tuorum anima rotabitur, quasi in impetu, & circulo fundæ. Cùm ergo fecerit dominus, tibi domino meo, omnia hæc quæ loquutus est bona de te, & constituerit te ducem super Israel, non erit tibi hoc in singultu, & in scrupulū cordis domino meo, quod effuderis sanguinem innoxium, aut ipse te ultus fueris: & cùm benefecerit dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus dominus Deus Israel, qui misit te hodie in occursum meum, & benedictum eloquium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuisti me hodie, ne irerem ad sanguinem, & vleiscerer me manu mea. Alioquin uiuit dominus Deus Israel qui prohibuit me ne malum facerem tibi: nisi cito venisses in occursum mihi, non re-

mansisset Nabal, vsq; ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suscepit ergo Dauid de manu eius oſa quæ attulerat ei, dixitq; ei. Vade pacifice in domum tuam: ecce, audiui vocem tuam & honorauit faciem tuam.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio. ij.*

Non enim accessistis ad tractabilem montem, & accessibilem ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum (quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant, quod dicebatur. Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur. Moses dixit, Exterritus sum, & tremebundus.) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem caelestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum, qui conscripti sunt in caelis, & iudicem omnium Deum, & spiritus iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & san-

gulis asperione, melius loquentem, quam Abel. vide ne recusetis loquentē. Si enim illi non fugerunt, recusantes eum, qui super terram loquebatur: multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis, auertimus, cuius vox mouit terrā tūc. nunc autem repromittit dicens. Adhuc semel: & ego induebo non solum terrā, sed & cælum. Quod autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationē tanquam factorū, vt maneat ea quæ sunt, immobilia. Itaque regnū immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes deo, cum metu, & reuerentia. Etenim deus noster ignis cōsumens est. Caritas fraternitatis maneat in vobis. Et hospitalitatem nolite obliuisci. per hanc enim latuerunt quidam angelis hospitio receptis. Memētote vincitorū, tanquam simul victi: & laborantium, tanquam & ipsi in corpore morātes. Honorabile connubiū in omnibus: & thorus immaculatus. Fornicatores enim, &

adulteros iudicabit Deus. Sint mores sine avaritia: contenti præsentibus: ipse enim dixit, Non te deserā, neque derelinquam, ita vt confidēter doceamus. Dominus mihi adiutor: non timebo qd faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt verbū dei: quorum intuentis exitum conuersationis, imitamini fidem. Iesus Christus, heri, & hodie ipse, & in secula.

¶ Secundum Marthæum. Cap. 22. Lectio tertia.

In illo tempore: Accesserunt ad Iesum Pharisæi, & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tētans eum. Et reliqua.

¶ Homilia sancti Iohannis oris auri.

Conuenerunt, vt in multitudine vincerent, quem ratione superare non poterant. A veritate nudos se esse professi sunt: qui multitudine se armauerunt. Dicebant enim apud se. Vnus loquatur pro omnibus: & omnes loquamur per vnum. Vt si quidem vicerit, omnes vi-

deamur vicisse. Si autē victus fuerit: vel solus videtur confusus. O Pharisei qui omnia propter hoīes cogitatis, & facitis. Primū quidem venientes cū vno, vincendi estis per vnū. Tamen posito quia vno victo homines nō intelligūt vos oēs esse victos, Nunquid conscientie vestre nō sentiunt se esse cōfusos? Leuis est enim consolatio qui in seipso cōfusus est, quod ab aliis ignoratur. Interrogauit Iesum vn⁹ ex Phariseis legis doctor tētans eū. Magister, quod est mandatum magnū in lege? Magistrum vocat cuius, nō vult esse discipulus. Simplicissim⁹ interrogator, & malignissimus insidiator, de magno mandato interrogat. q̄ nec minimum obseruat. Ille enim debet interrogare de maiori iustitia: qui iam minorem cōpleuit. *Oratio.*

DA QUÆSUMUS domine, populo tuo, diabolica vitare contagia: & te solum Deum, pura mente sectari. Per dñm. *¶ Feria secunda, ex primo Regum. Lectio prima.*

VENIT autem Abigail ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quasi conuiuiū regis, & cor Nabal iucundum, erat enim ebrius nimis: & non indicabit ei verbum pusillum, aut grande, vsque mane. Diluculo autem cū digessisset vinum Nabal, indicauit ei vxor sua verba hæc, & mortuū est cor eius intrinsecus, & factus est quasi lapis. Cūq; pertransissent decem dies, percussit dominus Nabal, & mortuus est. *Q*uod cū audisset David mortuum Nabal, ait, Benedictus dominus, qui iudicauit causam opprobrij mei de manu Nabal, & seruum suum custodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit dominus in caput eius. Misit ergo David, & loquutus est Abigail, vt sumeret eam sibi in vxorem. Et venerunt pueri David ad Abigail in Carmelū, & loquuti sunt ad eam, dicētes. David misit nos ad te, vt accipiat te sibi in vxorem. *Q*uæ con surgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula

tua sit in ancillam, vt lauet pedes seruatorum Dñi mei. Et festinauit, & surrexit Abigail, & ascendit super asinum, & quinque puellę ierunt cum ea, pedissæque eius, & sequuta est nuntios Dauid, & facta est illi vxor. Sed & Achinoham accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraq; vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam suã vxorẽ Dauid, Phati, filio Laïs, q̄ erat de Gallim.

¶ *Ex epistola Pauli ad Hebræos. Lectio secunda.*

DOctrinis variis, & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim, gratia stabilire cor, non escis quæ non profuerunt ambulatibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habet potestatem qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalis infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portã passus est. Exeamus igitur ad eũ, extra castra: im-

properium eius portantes. Nõ enim habemus hęc manentem ciuitatem, sed futuram inquirim⁹. Per ipsum ergo offeramus hostiã laudis semper Deo, id est, fructum labiorum cõfitentiu nomini eius. Beneficentię autem & cõmunicationis nolite obliuisci, talibus enim hostiis p̄meretur de⁹. Obedite p̄positis vestris, & subiacete eis. ipsi enim peruigilat, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. confidimus enim quod bonam conscientiam habemus in omnibus bene volentes cõuersari. Ampli⁹ autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastore magnum ouium in sanguine testamenti æterni, dominũ nostrum Iesum Christum: aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatẽ, faciẽs in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in sæcu-

la seculorum. Amen. Rogo autē vos fratres, vt sufferatis verbū solatiij. Etenim per paucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrum Timotheum dimissum: cū quo (si celerius venerit) vi debo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia, fratres. Gratia cū omnibus vobis. Amen.

¶ *Feria. iij. ex libro. j. Regum. cap. 26. Lectio. j.*

ET venerūt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes. Ecce, David absconditus est in colle Hachilæ: quæ est ex aduerso solitudinis. Et surrexit Saul, & descendit in desertum Ziph, & cū ea tria millia virorum, de electis Israel, vt quæreret David in deserto Ziph. Et crastinatus est Saul in Gabaa Hachilæ quæ erat ex aduerso solitudinis in via: David autem habitabat in deserto. Videns autem quod venisset Saul post se in desertum, misit exploratores, & didicit quoddam venisset certissimè. Et surrexit David, & venit ad locum, vbi erat

Saul: cumque vidisset locū in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner princeps militiæ eius, & Saul dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, ait David ad Achimech Hethæum, & Abisai filium Saruiz, fratrem Ioab, dicēs. Quis descendet mecum ad Saul in castra? Dixitq; Abisai, Ego descendam tecum. Venerunt ergo David, & Abisai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem, dormientem in tentorio, & hastam fixam in terra ad caput eius: Abner autem, & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque Abisai ad David. Concluserit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lanceâ in terra semel, & secundò opus non erit. Et dixit David ad Abisai, Ne interficias eum. quis enim extendet manum suam in Christum domini, & innocens erit? Et dixit David, Viuit dominus, quia nisi dominus percusserit eum, aut dies eius yenerit, vt moria-

122
 tur, aut in prælium descen-
 dens perierit, propitius sit
 mihi dominus, ne extendã
 manum meã in Christum
 domini. nunc igitur tolle
 hastam, quæ est ad caput
 eius, & cyphũ aquæ, & ab-
 eamus. Tulit igitur David
 hastam, & cyphum aquæ,
 qui erat ad caput Saul, &
 abierunt: & non erat quis-
 quam qui videret, & intel-
 ligeret, & euigilaret, sed om-
 nes dormiebant, quia so-
 por dñi irruerat super eos.

¶ *Ex epistola Pauli ad Phi-
 lippenfes. cap. 1. Lect. ij.*

PAULUS & Timotheus
 serui Iesu Christi: om-
 nibus sanctis in Chri-
 sto Iesu, qui sunt Philip-
 pis cum episcopis, & dia-
 conis, gratia vobis, & pax
 à deo patre nostro, & do-
 mino Iesu Christo. Gra-
 tias ago deo meo in omni
 memoria vestri semper in
 cunctis orationibus meis,
 pro omnib⁹ vobis: cū gau-
 dio deprecationem faciēs
 super communicatione ve-
 stra in euangelio Christi à
 prima die vsq; nunc, confi-
 dens hoc ipsum, quia qui
 cepit in vobis opus bonũ

perficiet vsq; in diem Chri-
 sti Iesu, sicut est mihi iustũ
 hoc sentite pro omnib⁹ vo-
 bis: eò quòd habeã vos in
 corde, & in vinculis meis,
 & in defensione, & confir-
 matione euangelij, cū so-
 cij gaudij mei omnes vos
 sitis. Testis enim mihi est
 deus, quomodo cupiã om-
 nes vos in visceribus Iesu
 Christi. Et hoc oro, vt cha-
 ritas vestra, magis, ac ma-
 gis abundet in omni scien-
 tia, & in omni sensu: vt p-
 betis potiora, vt sitis synce-
 ri, & sine offensa i diẽ Chri-
 sti, repleti fructu iustitiæ
 per Iesum Christũ, in glo-
 riam, & laudem dei. Scire
 aut volo vos fratres, quod
 quæ circa me sunt, magis
 ad profectũ venerũt euan-
 gelij: ita vt vincula mea ma-
 nifesta fierent in Christo
 in omni prætorio, & in cæ-
 teris omnibus, & plures è
 fratribus in domino confi-
 dētes in vinculis meis, abũ-
 dātius auderent sine timo-
 re, verbũ dei loqui. Qui-
 dam quidem & propter in-
 iudiam, & contentionem:
 quidã autē, & propter bo-
 nam voluntatem, Christũ

prædicant. Quidam ex charitate: sciētes, quoniam in defensionem euangelij positus sum. quidam autē ex contentione Christum annuntiant non sincere existimantes pressurā se suscitare vinculis meis. Quid enim? Deum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem, & subministracionem spiritus Iesu Christi, secundum expectacionem & spem meā, quod in nullo confundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortē.

Feria quarta, ex primo Regum. Lectio prima.

Cumq; transisset Dauid ex aduerso, & stetit in vertice montis de longe, & esset grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens. Nonne respondetis Abner? Et respondens

Abner, ait. Quis es tu qui clamas, & inquietas regē? Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius similis tui in Israel? quare ergo nō custodisti dominū tuum regē? ingressus est enim vnus de turba, vt interficeret regē dominum tuū. Non est bonū hoc quod fecisti: viuit dominus quoniam filij mortis estis vos, qui non custodistis dominū vestrū Christum dñi, nunc ergo vide vbi sit hasta regis, & vbi sit cyphus aquæ, qui erat ad caput eius. cognouit autē Saul vocē Dauid, & dixit, Nunquid vox hæc tua, fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. Et ait **Quā** ob causam dñs meus persequitur seruum suū? Quid feci? aut quod est malum in manu mea? Nunc ergo audi oro dñe mi rex verba serui tui, Si dñs sciat te aduersum me, odoretur sacrificium. si autem filij hominum: maledicti sunt in conspectu domini, quia eiecerūt me hodie, vt non habitem in hereditate domini, dicentes.

Vade, serui diis alienis. Et nunc non effundatur sanguis meus in terra, coram domino: quia egressus est rex Israel, ut querat pulicem vnum, sicut persequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui reuertere fili mi David, nequaquam enim ultra tibi malefaciam, eod quod pretiosa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quod stultem egerim, & ignorauerim multa nimis. Et respondens David, ait, Ecce hasta regis: transeat vnus de pueris regis, & tollat eam, dominus autem retribuet vnicuique secundum iustitiam suam, & fidem. tradidit enim te dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in Christum domini. Et sicut magnificata est anima tua hodie in oculis meis: sic magnificetur anima mea in oculis domini, & liberet me de omni angustia. Ait ergo Saul ad David, Benedictus tu fili mi David: equidem facies facies, & potens poteris. Abiit autem David in viam suam, & Saul reuersus est

in locum suum.

Ex episto. Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. Quod si viuere in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coartor autem est duobus: desiderium habens dissolui, & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne necessarium propter vos. Et hoc confidens, scio, quia manebo, & permanebo omnibus vobis ad profectum vestrum, & gaudium fidei. ut gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum dignum euangelio Christi conuersumini: ut siue cum venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis: quia statis in vno spiritu, vnanimis collaborantes fidei euangelij, & in nullo terreamini ab aduersariis, quae illis est causa perditionis: vobis autem salutis, & hoc a deo. quia vobis donatum est pro Christo non solum, ut in eum credatis, sed ut etiam

pro illo patiamini, idē certamen habētes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me. Si qua ergo consolatio in Christo, si quod solatio in Christo, si quod solatio charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eādē charitatē habentes vnanimēs, id ipsum sentientes. nihil per cōtentionē, neq; per inanē gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrātes. nō quę sua sunt singuli cōsiderantes: sed & ea quę aliorū. Hoc enim sentite in vobis, quōd & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiēs, in similitudinē hominum factus, & habitu iuuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediēs vsq; ad mortem: mortē autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen, quod est super omne nomen: n vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cęlestiū ter-

restrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur: quia dominus Iesus Christus ī gloria est dei patris.

¶ Feria quinta, ex primo Regum. cap. 27. Lectio. j.

ET ait Dauid in corde suo, Aliquando incidam vna die in manu Saul: nonne melius est vt fugiā, & saluer in terra Philistinorū, & desperet Saul, cęsetq; me querere in cunctis sinibus Israel? fugiā ergo manus eius. Et surrexit Dauid, & abiit ipse, & sexcenti viri cū eo, ad Achis filium Maach regē Geth. Et habitauit Dauid cum Achis, in Geth ipse, & viri eius, vir & domus eius, Dauid, & duę vxores eius, Achinoā Iezrahelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et nuntiatū est Saul quōd fugisset Dauid in Geth, & non addidit ultra querere eum. Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiā in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbiū regionis huius: vt habitem ibi: cur em̄ manet seruus tuus in ciuitate regis tecū? Dedit itaque ei Achis in die

illa Siceleg: propter quam causam facta est Siceleg regum Iuda, vsq; in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philisthinorum quatuor mensum. Et ascendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Gesuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitantur in terra antiquituscuntibus Sur vsque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum, & mulierem: tollensque oues, & boues, & asinos, & camelos, & vestes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis. In quem irruisti hodie? Respondebat Dauid. Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni, virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens. Ne forte loquatur aduersum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc orat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philisthinorum. Credidit ergo Achis Da-

uid, dicens, Multa mala operatus est contra populum suum Israel: erit igitur mihi seruus sempiternus.

¶ *Ex epistola. Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.*

ITaque charissimi mei, sicut semper obedistis: non ut in presentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu, & tremore, vestram salutem operamini. Deus est enim, qui operatur in vobis, & velle, & perficere, pro bona voluntate. Omnia autem facite sine murmurationibus, & hesitationibus: ut sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehensione, in medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo: verbum vite continentes ad gloriam meam, in diem Christi: quia non in vacuum cucurri: neque in vacuum laboravi. Sed & si immolor supra sacrificium, & obsequium fidei vestræ: gaudeo, & congratulor omnibus vobis. Id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in domino Iesu, Timotheum

me citò mittere ad vos, vt
& ego bono animo sim, co-
gnitis quæ circa vos sunt.
Neminè enim habeo tam
vnanimè, qui sincera affe-
ctione pro vobis sollicitus
sit. Oès enim quæ sua sunt
quærunr: non quæ sunt Ie-
su Christi. Experimètur au-
tem eius cognoscite, quia
sicut patri filius mecù ser-
uiuìt in euangelio. Hunc
igitur spero me mittere ad
vos, mox vt videro quæ cir-
ca me sunt. Còfido autem
in dño, quoniam & ipse ve-
niam ad vos citò. Necessa-
rium autè existimaui, Epa-
phroditum fratrem & coope-
ratorem, & còmilitonem
meum, vestrum autè apo-
stolum, & ministrum neces-
sitaris meæ, mittere ad vos,
quoniam quidem oès vos
desyderabat: & moris erat,
propterea quòd audierat
illum infirmatum. Nam &
infirmatus est, vsq; ad mor-
tem. sed Deus miseratus est
eius, non solum autè eius:
verum etià & mei, ne tristi-
tiam super tristitiam habe-
rem. Festinatus ergo misi
illum: vt viso eo, iterum gau-
deatis, & ego sine tristitia

sim. Excipite itaque illum
cù omni gaudio in domi-
no, & eiusmodi cum hono-
re habetote, quoniã pro-
pter opus Christi, vsq; ad
mortem accessit: tradens ani-
mam suam, vt impleret id,
quod ex vobis deerat, erga
meum obsequium.

¶ Feria. vj. ex primo Reg.
Cap. 28. Lectio. ij.

FActum est autè in die-
bus illis, congregauerunt
Philistiim agmi-
na sua, vt præpararentur
ad bellum contra Israel: di-
xitq; Achis ad Dauid, scis
nunc scito, quoniã mecum
egredieris in castra, tu &
viri tui. Dixitq; Dauid ad
Achis. Nunc scies quæ fac-
turus est seruus tuus. Et
ait Achis ad Dauid. Et ego
custodè capitis mei po-
nam te cunctis diebus. Sa-
muel autem mortuus est,
planxerunt eum omnis Is-
rael, & sepelierunt eum in
Ramatha vrbe sua. Et Saul
abstulit magos, & ariolos
de terra. Congregatiq; sunt
Philistiim. & vene-
runt, & castrametati sunt
in Sunam: congregauit au-
tem & Saul vniuersum Is-

rael & venit in Gelboe. Et vidit Saul castra Philistinim, & timuit, & expauit cor eius nimis. Consulitque dominum, & non respondit ei, neque per somnia, neque per sacerdotes, neque per prophetas. Dixitque Saul seruis suis, **Q**uærite mihi mulierem habentem pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum. Est mulier pythonem habens, in Endor. Mutauit ergo habitum suum vestitusque est aliis vestimentis, & abiit ipse, & duo viri cum eo. veneruntque ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi que dixero tibi. Et ait mulier ad eum. Ecce tu nosti, quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos, & ariolos de terra. quare ergo infidiaris animæ meæ, vt occidas? Et iurauit ei Saul in domino, dicens, Viuit dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali, propter hanc rem, Dixitque ei mulier, **Q**uem suscitabo tibi? **Q**ui ait, Samuelem mihi

suscita. Cùm autem vidisset mulier Samuelē, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, **Q**uare sponsumisti mihi tu es enim Saul. Dixitque ei rex. Noli timere: quod vidisti? Et ait mulier ad Saul. Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei, **Q**ualis est forma eius? **Q**uæ ait. Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul, quod Samuel esset, & inclinauit se super faciem suam in terra, & adorauit.

¶ Ex epistola. Pauli ad Philippenses. Lectio secunda.

DE cætero fratres mei, gaudete in domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrum: vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios: videte concisionem. Nos enim sumus circumcisio, qui spiritu seruium deo. & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur considerare in carne: ego magis circumcisus octauo die, ex genere Israel de tribu Benjamin.

Hebræus

Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, secundum emulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra: hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi Domini nostri: propter quæ omnia detrimentum feci, & arbitror, ut stercora: ut Christum lucrificam, ut & inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex deo est iustitia in fide. ad cognoscendum illum, & virtutem resurrectionis eius, & societatem passionum illius configuratus morti ei, si quo modo occurrã ad resurrectionem, quæ est ex mortuis. Nõ quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: se quor autem, si quo modo comprehendam in quo & comprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me nõ arbitror comprehendis-

B. N.

se. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extendens meipsum ad destinatũ persequor, ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. **Quicumque** ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, ut idem sapiamus, in eadẽ permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos quæ ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autẽ & flens dico) inimicos crucis Christi: quorũ finis interitus: quorum deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersio in cælis est: vnde etiam saluatorem expectamus dñm nostrum Iesum Christum, quæ reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratũ corpori claritatis suæ, secundum operationem virtutis suæ qua etiam posuit subicere sibi omnia,

F

¶ Sabbato, ex primo Regum.

Lectio prima.

Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietasti me, ut succitarer? Et ait Saul, Coartor nimis: si quidem Philisthim pugnāt aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarū, neque per somnia: vocaui ergo te, ut ostenderes mihi quid faciā. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cūm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuū? Faciet enim tibi dominus sicut locutus est in manu mea, & scindet regnū tuū de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia non obedisti voci domini, neque fecisti iram furoris eius in Amalec. idcirco quæ pateris, fecit tibi dominus hodie, & dabit dñs etiā Israel tecum, in manus Philisthim: eras autem tu, & filij tui mecū eritis, sed & castra Israel tradet dñs in manū Philisthim. Statimque Saul cecidit porrectū in terrā, extimuerat enim valdè verba Samuelis, &

robur non erat in eo, quia nō comederat panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, & vidit (conturbatus enim erat valdè) dixitque ad eum, Ecce obediuit ancilla tua vocituz, & posui animā meam in manu mea: & audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellā panis, ut comedēs cōualescas, & possis iter agere. Qui reuicit, & ait, Non comedam. Coegerūt autē eū serui sui, & mulier, & tandem audita voce eorū surrexit de terra, & sedit super lectū. Mulier autē illa habebat vitulum pascualem in domo, & festinauit, & occidit eum tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azima, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cūm comedissent, surrexerunt, & ambulauerūt per totam noctem illam.

¶ Ex epistola Pauli ad Philippenses, cap. 4. Lectio. ij.

ITaque fratres mei charissimi, & desideratissimi, gaudium meum, &

corona mea: sic stete in domino charissimi. Eundem rogo, & Syntichen deprecor id ipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te Germane compar: adiuta illas quæ mecum laborauerunt in euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ: Gaudete in domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, & obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud deum. Et pax dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate, Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. hæc agite, & deus pax erit vobiscum. Gaudisus

sum autem in domino vehementer: quoniam tandem aliquando resloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis, occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari: scio & abundare, ubique, & in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Verumtamen bene fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenses, quod in principio euangelij, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi in ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicam semel, & bis in usum mihi misistis. Non quod quaero datum: sed requiro fructum abundantem in rationem vestram. Habeo autem omnia: & abundo, repletus sum acceptis ab Epaphrodito, quæ misistis, in odore suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus

Dominica. xviii. post Pentecosten.

impleat omne desiderium vestrum, secundum diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autem, & patri nostro, gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctum, in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres, Salutant vos omnes sancti: maximè autem, qui de Cæsaris domo sunt. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

¶ Dñica. xviii. post Pentecosten. ex primo Reg. ca. 19.

Lectio prima.

Congregata sunt ergo Philisthim vniuersa agmina, in Apher: sed & Israel castrametatus est super fontem, qui erat in Iezrael. Et satrapæ quidem Philisthim incedebant in centuriis, & milibus: David autem, & viri eius erant in nouissimo agmine, cum Achis. Dixeruntque principes Philisthim. Quid sibi voluit Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthim, Nūquid ignoratis David, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis

diebus vel annis: & non inueni in eo quicquā, ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc? Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthim, & dixerunt ei, Reuertatur vir & sedeat in loco suo, in quo constituitis eum: & non descēdat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cum præliari cœperimus, quomodo enim aliter poterit placare dominum suū nisi in capitibus nostris? Nōne iste est David, cui cantabāt in choris, dicētes. Percussit Saul in millibus suis, & David in decem millibus suis? Vocauit ergo Achis David, & ait ei, Viuit Dominus, quia reclusus es tu, & bonus in conspectu meo, & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris, & nō inueni in te quicquā mali, ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc, sed satrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendes oculos satraparum Philisthim.

¶ Sanctū Iesu Christi euāgelium secundū Marc. cap. 1.

Lectio secunda.

Initium euangelij Iesu Christi filij Dei, sicut scriptum est in Isaia propheta, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui preparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto, Parate viam domini. rectas facite semitas eius, fuit Ioannes in deserto baptizans, & predicans baptismum penitentiae, in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudaeae regio, & Ierosolymitae uniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas, & mel syluestre edebat. Et predicabat, dicens. Venit fortior me post me cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui vos, aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto. Et factum est in diebus illis, venit Iesus a Nazareth Galilaeae: & baptizatus est a Ioanne, in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit caelos aper-

tos, & spiritum sanctum, tanquam colubam, descendentem, & manentem in ipso. Et vox facta est de caelis, Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur a satana, eratque cum bestiis: & angeli ministrabant illi. Postquam autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilaeam, predicans euangelium regni Dei, & dicens, Quonia impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei, penitemini, & credite euangelio. Et praeteriens secus mare Galilaeae, vidit Simonem, & Andream fratrem eius, mittentes retia in mare (erat enim piscatores) & dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri pisces hominum. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacobum Zebedaei, & Ioannem fratrem eius, & ipsos componentes retia in nauis: & statim vocauit illos. Et relicto patre

suo Zebedæo in nauim cum mercenariis secuti sunt eū.

¶ *Secundū Matth. cap. 9.*

Lectio tertia.

In illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam transfretauit: & venit in ciuitatē suam. Et reliqua.

¶ *Homilia sancti Iohannis oris auri.*

Christum in humanis actibus diuina gessisse mysteria: & in rebus visibilibus inuisibilia exercuisse negotia, lectio hodierna monstrauit. Ascendit (inquit) in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem suā. Nōne ipse est qui fugatis fluctibus maris profundā nauis dedit: vt Israeliticus populus inter stupentes undas: sicco vestigio, velut montium cōcaua transiret? Nōne hic est qui Petri pedibus marinos vertices inclinauit: vt iter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequiū? & quid est, quod ipse sibi sic maris denegat seruitutem, vt breuissimi lacu transitum sub merce nautica transfretate? Ascendit (inquit) in

nauiculā, & transfretauit. Et quid mirū fratres? Christus venit suscipere infirmitates nostras: & suā nobis conferre remedia sanitatis: quia medicus qui nō infert sanitatem, infirmitates curare nescit. Et qui nō fuerit cū infirmo infirmatus: infirmo non potest cōferre sanitatē. Christus ergo, si in suis mansisset virtutibus: commune cum hominibus nihil haberet. Et si non impleisset carnis ordinem: carnis in illo esset otiosa susceptio. *Oratio.*

Dirigat corda nostrā quæ sumus dñe, tuæ miserationis operatio, quia tibi, sine te, placere nō possumus. Per dñm.

¶ *Feria secunda, ex primo Regum. Lectio prima.*

Dixitque Dauid ad Achis. Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo, à die qua fui in conspectu tuo, vsque in diem hanc, vt nō veniam, & pugnem contra inimicos domini regis? Respondens autem Achis, locutus est ad Dauid. Scio, quia bonus es tu in oculis

mels, sicut angelus dei, sed principes Philistinorum dixerunt. Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane, tu & serui Domini tui, qui venerunt tecum. & cū de nocte surrexeritis, & cœperit dilucescere, pergite. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse, & viri eius, vt proficisceretur mane, vt reuenterentur ad terram Philisthiim: Philisthiim autem ascenderūt in Israel. Cūque venissent Dauid, & viri eius in Siceleg die tertia: Amalecitarū impetū fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succederant eam igni. Et captiuas duxerant mulieres, ex ea, à minimo, vsque ad magnum: & non interfecerāt quenquam, sed secū duxerant, & pergebant itinere suo. Cū ergo venissent Dauid, & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eā succēsam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuaerūt Dauid & populus qui erat cum eo voces suas, & planxerunt, donec desice-

rent in eis lachrymar. Si quidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant Achinoam lezraelitis, & Abigail vxor Nabal Carmeli. Et cōtristatus est Dauid valdē: volebat enim eū populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusque viri super filiis suis, & filiabus.

Secūdum Marc. Lect. ij.

ET ingrediuntur Capharnaum: & statim sabbatis ingressus in synagogā, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius, erat enim docens eos, quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Et erat in synagoga eorum homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicens, quid nobis, & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quod sis sanctus dei. Et cōminatus est ei Iesus, dicens. Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exiit ab eo. Et mirati sunt omnes: ita, vt cōquirerent inter se, dicentes. Quidnam est hoc? quænam doctrina

hæc nona: quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Et processit rumor eius statim in omnem regionem Galilee. Et protinus egredientes de synagoga, venerunt in domum Simonis, & Andreæ cum Iacobo, & Ioâne. Decumbabat autem Socrus Simonis febricitans: & statim dicit ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & continuo dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto cum occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes, & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & dæmonia multa eiciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgens, egressus abiit in desertum locum: ibique orabat. Et persecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei. **Quia** omnes querunt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicus, & ciuitates:

vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat predicans in synagogis eorum in omni Galilea: & dæmonia eiciebat. Et venit ad eum leprosus deprecans eum: & genu flexo, dixit ei. Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suam: & tangens eum, ait illi. Volo, mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei, statimque eiecit illum: & dixit ei, Vide, nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis. Et egressus cepit predicare & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse, & conueniebant ad eum undique.

Feria tertia, ex primo Regum. Lectio prima.

Confortatus est autem David in Domino Deo suo. Et ait ad Abiathar sacerdotem filium Achimelech, Applica ad me Ephod. Et applicauit

Abiathar Ephod ad Dauid, & cōsuluit Dauid dominum, dicens, Persequar latrunculos hos, & cōprehendā eos, an non? Dixitque ei dominus, Persequere, absque dubio enim cōprehendes eos, & excuties prædā. Abiit ergo Dauid, ipse & sexcēti viri, qui erāt cum eo, & venerunt vsque ad torrentem Besor. & lapsi quidā substiterunt. Persecutus est autē Dauid, ipse, & quadringēti viri: substiterant enim ducenti, qui lapsi transire non poterant torrentem Besor. Et inuenierunt virum Aegyptium in agro & adduxerūt eum ad Dauid: dederuntque ei panem, ut comederet, & biberet aquā: sed & fragmen massæ caricarū, & duas ligaturas vix passæ. Quæ eū comidisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: nō em̄ comederat panē neque biberat aquā tribus diebus, & tribus noctibus. Dixit itaque ei Dauid, Cuius es tu? vel vnde? & quo pergis? Qui ait, Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalecitz: dereliquit

autem me dominus meus: quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidem nos erupimus ad australem plagā Cerethi, & contra Iuda, & ad meridiem Caleb, & Sic leg succendimus igni. Dixitque ei Dauid, Potes me ducere ad cuneū istū? Qui ait, Iura mihi per Deum, quod nō occidas me, & nō tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istū. Qui cum dixisset eum, ecce illi discubebant super faciē vniuersæ terræ, comedētes, & bibentes, & quasi festū celebrantes diem, pro cuncta præda, & spoliis quæ cœperant de terra Philisthiim, & de terra Iuda. Et percussit eos Dauid, à vespere, vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquā, nisi quadringenti viri adoleſcentes, qui ascēderant camelos, & fugerāt.

¶ *Secūdum Marcū. cap. 2.*

Lectio secūda.

ET iterū intrauit Capharnaum post dies octo, & auditum est quoddam in domo esse, & cōfestim cōuenerunt multi:

Ita ut non caperent neque ad grabato, abijt inde coram omnibus, ita ut miraretur oēs & honorificarent deū, dicentes. Quia nunquā sic vidim⁹. Et egressus est rursus ad mare: omnisque turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cū præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgēs, secutus est eum. Et factum est: cū accumberet in domo illius, multi publicani, & peccatores simul discubebāt cum Iesu, & discipulis eius, erant enim multi qui & sequebatur eum: Et Scribæ, & Pharisei videntes, quia māducaret cū publicanis, & peccatorib⁹: dixerūt discipulis suis, Quare cum publicanis, & peccatoribus manducat, & bibit magister vester? Hoc audito, Iesus ait illis, Non necesse habent sani, medico: sed qui male habent: non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et errāt discipuli Ioānis, & Phariseorum ieiunantes: & veniunt, & dicūt illi, Quare discipuli Ioannis & Phariseorum ieiunāt: tui autem

discipuli nõ ieiunãt? Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij nuptiarum, quãdiu ſponſus cum illis eſt, ieiunare? **Q**uãto tempore habent ſecum ſponſum, nõ poſſunt ieiunare. Venient autem dies cùm auferetur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo aſſumentũ panni rudis aſſuit veſtimento veteri: alioquin auferit ſupplementum nouum à veteri: & maior ſciſſura fit. Et nemo mittit vinũ nouũ, in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribũt: ſed vinũ nouum, in vtres novos mitti debet.

¶ *Feſtia iij. ex. j. Regum.*

Leſtio prima.

ERuit ergo Dauid oĩa quæ tulerant Amalecitz, & duas vxores ſuas eruit. Nec deſuit quicquã à paruo uſque ad magnũ tam de filiis q̃ de filiabus, & de ſpolijs: & quæ cũque rapuerãt, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuerſos greges, & armẽta, & in nauit ante faciẽ ſuã: dixeruntq;: **H**ęc eſt præda Da-

uid. Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui laſſi ſubſtiterant, nec ſequi poterãt Dauid, & reſidere eos iuſſerat in torrente Beſor: qui egreſſi ſunt obuiã Dauid, & populo qui erat cũ eo. **A**ccedẽs autẽ Dauid ad populum, ſalutauit eos pacificè. Reſpõdẽsque omnis vir peſſimus, & iniquus de viris qui ierant cũ Dauid, dixit. **Q**uia nõ uenerunt nobiſcum, nõ dabi mus eis quicquã de præda quã eruiſimus: ſed ſufficiat vnicuiq; vxor ſua, & filij, quos cùm acceperint, recedãt. Dixit autẽ Dauid. **N**õ ſic facietis: fratres mei de his quæ tradidit nobiſdñs, & cuſtodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduerſum nos, i manus noſtras, nec audiet vos quicquã ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcendentis ad prælium, & remanentis ad ſarcinas: & ſimiliter diuidẽt. Et factum eſt hoc ex die illa, & deinceps conſtitutum, & præſinitũ, & quaſi lex in Iſrael, uſque in diem hanc. Venit ergo Dauid in Siceleg, & miſit

domina de praeda, senioribus Iuda, proximis suis, dicēs. Accipite benedictionē de praeda hostiū domini. His qui erant in Bethel, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Cāni, & qui in Harama, & qui in lacu Asan, & qui in Arach, & qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis, in quibus cōmoratus fuerat Dauid ipse, & viri eius.

¶ *Secundū Marcū. Lec. ij.*

ET factum est iterum cū sabbatis ambularet per sata, & discipuli eius cōperūt progredi, & vellere spicas. Pharisei autem dicebant ei. Ecce, quid faciunt discipuli tui sabbatis, quod non licet? Et ait illis, Nunquā legistis quid fecerit Dauid, quādo necessitatē habuit, & esuriit ipse, & qui cū eo erant? quomodo introiuit in domū dei sub Abiathar principe sacerdotū, & panes propositionis mandu-

cavit, quos non licebat mē ducare, nisi solis sacerdotibus & dedit eis, & qui cum eo erat? Et dicebat eis. Sabbatum propter hominē factum est: & non homo propter sabbatū. Itaque dominus est filius hominis, etiā sabbati. Et introiuit iterū in synagogā: & erat ibi homo habens manum aridā. & obseruabant eum, si sabbatis curaret. vt accusarent illum. Et ait homini habenti manum aridam, Surge in medium. Et dicit eis. Licet sabbatis benefacere, an male animā saluam facere, an perdere? At illi tacebāt. Et circūspiciens eos cum ira, cōtristatus super cecitate cordis eorū, dicit homini. Extēde manum tuā. Et extendit: & restituta est manus illi. Exeūtes autem Pharisei, statim cū Herodianis consiliū faciebant aduersus eum quomodo eū perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare. & multa turba à Galilæa, & Iudæa secuta est eū, & ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanē, & qui circa Tyrū, & Sydo-

nem multitudo magna, au-
dientes quæ faciebat, vene-
runt ad eum. Et dixit Jeſus
discipulis ſuis, vt nauicula
ſibi deſeruiret propter tur-
bam, ne cõprimerent eũ.
multos enim ſanabat, ita,
vt irruerent in eum, vt illũ
tangerent quotquot habe-
bant plagas. Et ſpiritus im-
mundi cũ illum videbant,
procidebãt ei: & clamabãt,
dicentes. Tu es filius Dei.
Et vehementer commina-
batur eis, ne manifeſtarent
illum. Et aſcendens in mõ-
tẽ, vocauit ad ſe quos vo-
luit ipſe: & venerũt ad eũ.
Et fecit, vt eſſent duode-
cim cum illo: & vt mitteret
eos prædicare. Et dedit il-
lis poteſtatem curandĩ in-
firmitates, & eiiciendi dæ-
monia. Et impoſuit Simo-
ni nomen Petrus, & Iaco-
bũ Zebedæi, & Ioannẽ fra-
trem Iacobi: & impoſuit
eis nomina Boanerges, quod
eſt, filij tonitruĩ, & An-
dram, & Philippũ, & Bar-
tholomæum, & Matthæũ,
& Thomam, & Iacobũ Al-
phæi, & Thaddæum, & Si-
monem Cananzum, & Iu-
dam Iſcariotem, qui & tra-

didit illum.

**¶ Peria quinta, ex primo
Regum. cap. 31. Lectio. j.**

Philistiim autem pu-
gnabant aduersum Is-
rael: & fugerunt viri
Israel ante faciem Philisti-
him, & ceciderunt interfe-
cti in monte Gelboe. Irrue-
runtq; Philistiim in Saul
& in filios eius, & percusse-
runt Ionatham, & Abina-
dab, & Melchisua filios Sa-
ul, totũque pũdus prælij
uersum est in Saul: & cõse-
cuti sunt eum viri sagitta-
rij, & vulneratus est vehе-
menter à sagittariis. Dixit-
que Saul ad armigerũ suũ,
Euagina gladium tuum, &
percute me. ne fortẽ veniãt
incircuncisi isti, & interfi-
ciant me illudẽtes mihi. Et
noluit armiger eius: fuerat
enim nimio terrore perter-
ritus. arripuit itaque Saul
gladium suum, & irruit su-
per eum. Quod cũ vidisset
armiger eius, videlicet
quod mortuus eſſet Saul,
irruit etiam ipſe super gla-
dium suum, & mortuus est
cum eo. Mortuus est ergo
Saul, & tres filij eius, & ar-
miger illi⁹, & vniuerſi viri

eius in die illa pariter. Videntes autē viri Israel, qui erāt trās vallē, & trans Iordanem, q̄ fugissēt viri Israelitæ, & quōd mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: veneruntq; Philisthiim, & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philisthiim, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul, & tres filios eius iacentes in monte Gelboe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserūt in terram Philistinorum per circumitū, vt annūtiaretur in templo idolorū, & in populis. Et posuerūt arma eius in templo Astaroth, corpus verò eius suspenderunt in muro Bethsan. Quod cū audissent habitatores Iabes Galaad, quęcūque fecerāt Philisthiim Saul, surrexerūt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorū eius de muro Bethsan: veneruntq; Iabes Galaad, & combusserunt ea igni: & tulerunt of-

sa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

¶ *Secundū Matth. Lec. iij.*

ET veniunt ad domū, & conuenit iterū turba, ita vt nō possent, neque panem manducare. Et cū audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniam in furorem versus est. Et scribz q̄ ab Ierosolymis descendebant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet, & quia in principe demoniorum, elicit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis. Quomodo potest satanas satanam eiicere? Et si regnum in se diuidatur, non potest regnum illud stare. Et si domus super semetipsam dispartiat: nō potest domus illa stare. Et si satanas cū surrexerit in semetipsum: dispartitus est, & nō poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domū diripere, nisi prius fortem alliget, & tūc domum eius diripiet. Amen dico vobis, qm̄ omnia dimittentur filis hominū peccata,

& blasphemiz, quibus blasphemauerint, qui autem blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Et veniunt mater eius, & fratres: & foris stantes, miserunt ad eum, vocantes eum. Et sedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce mater tua, & fratres tui foris querunt te. Et respondens eis, ait. **Quæ** est mater mea, & fratres mei? Et circumspiciens eos, qui in circumitu eius sedebant, ait, Ecce mater mea, & fratres mei. **Qui** enim fecerit voluntatem Dei: hic frater meus, & soror mea, & mater est. Et iterum cepit docere ad mare: & congregata est ad eum turba multa, ita ut nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terram erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, Audite, Ecce, exiit seminans ad feminandum. Et dum seminabat: aliud cecidit circa

viam, & venerunt volucres cæli, & comederunt illud. Aliud verò cecidit super petrosam, ubi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ, & quando exortus est sol, exarsit, & eò quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerunt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem & crescentem, & asseribat unum trigesiumum, & unum sexagesimum, & unum centesimum. Et dicebat, **Qui** habet aures audiendi audiat. Et cum esset singularis, interrogauerunt eum, hi qui cum eo erant duodecim, parabolam, & dicebat eis. **Vobis** datum est nosse mysterium regni dei, illis autem qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, ut videtes videant, & non videant, & audientes audiant, & non intelligant, nequando conuertantur, & dimittantur eis peccata.

¶ Peris sexta, secundus li-
ber Samuelis, **Q**uem nos
secundū Reg. dicimus. ca.1.
Lectio prima.

FActum est autē post
quā mortuus est Saul,
vt Dauid reuenteretur
à cede Amalec, & maneret
in Sicelech duos dies. In
die autem tertia apparuit
homo veniens de castris
Saul veste conuicta, & pul-
uere conuersus caput, &
vt venit ad Dauid, cecidit
super faciem suam, & ado-
rauit. Dixitque ad eū Da-
uid, Vnde venis? **Q**ui ait
ad eum, de castris Israel fu-
gi. Et dixit ad eum Dauid,
Quod est verbū, quod fa-
ctum est? indica mihi. **Q**ui
ait. Fugit populus ex præ-
lio, & multi corruentes è
populo mortui sunt, sed &
Saul, & Ionathas fili⁹ eius
interierunt. Dixitque Da-
uid ad adolescentem, qui
nūtiabat ei, Vnde scis quia
mortuus est Saul, & Iona-
thas filius eius? Et ait ado-
lescēs qui nūtiabat ei, Ca-
su veni in mōtem Gelboe,
& Saul incumbēbat super
hastam suā: porrò cur rus,
& equites appropinquabāt

ei, & conuersus post tergū
suum, vidēnsque me voca-
uit. Cui cum respōdissem,
Adsum: dixit mihi. **Q**uis-
nam es tu? Et aio ad eum
Amalecites ego sum & lo-
cutus est mihi, Sta super
me, & interfice me: quoniā
tenent me angustia, & ad-
huc tota anima mea in me
est. Stānsque super eum,
occidi illū: sciebam enim
quòd viuere non poterat
post ruinam: & tuli diade-
ma quod erat ī capite eius,
& armillam de brachio il-
lius: & attuli ad te dominū
meum huc. Apprehēdēs
autē Dauid vestimēta sua
scidit, omnesque viri qui
erant cum eo, & plāxerūt,
& fleuerunt, & ieiunauē-
runt vsque ad vesperā su-
per Saul, & super Ionathā
filium eius, & super popu-
lum domini, & super do-
mum Israel, eò quòd cor-
ruissent gladio. Dixitque
Dauid ad iuuenē, qui nū-
tiauerat ei. Vnde es tu?
Qui respondit, Filius ho-
minis aduenz Amalecitz
ego sum. Et ait ad eū Da-
uid, **Q**uare non timuisti
mittere manum tuam, vt
occideres

occideres Christum domini? Vocansque David vnū de pueris suis, ait. Accedēs irruē in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum David, Sāguis tuus super caput tuum: os enim tuum locutū est aduersum te, dicens. Ego interfeci Christum domini.

¶ *Secundu Marc. Les. ij.*

ET ait illis, Nescitis parabolam hāc? & quomodo omnes parabolās cognoscetis? Qui semināt, verbū semināt. Hi autem sunt qui circa viā: vbi seminatur verbum & cūm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbum quod seminātū est in cordibus eorum. Et hi sunt similiter qui super petrosā seminantur: qui cū audierint verbum, statim cū gaudio accipiunt illud: & non habēt radicē in se, sed temporales sunt. deinde orta tribulatione vel persecutione propter verbum, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminātur: hi sunt qui verbum audiunt, & æruanæ sæculi, & deceptio diuitiarum,

B.

N.

G.

& circa reliqua concupiscentiæ introeuntes, suffocāt verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbū, & suscipiunt, & fructificāt, vnum trigesimum, vnum sexagesimum, & vnum centesimum. Et dicebat illis. Nunquid venit lucerna, vt sub modio ponatur, aut sub lecto? Nonne, vt super candelabrū ponatur? Non est enim aliquid absconditum: quod non manifestetur, nec factū est occultū, quod nō veniat in palam. Si quis habet aures audienti, audiat. Et dicebat illis, Videte: quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, Qui enim habet, dabitur illi: & qui nō habet, etiā quod habet auferetur ab eo. Et dicebat, Sic est regnum dei. quemadmodū si homo iaciat semētē in terram, & dormiat, & exurgat nocte, & die, & semen germinet, & crescat dū nescit ille. Vltro enim terra fructificat, primum herbā, deinde spicam, deinde plenū fru-

mentum in spica. Et cum ex se produxerit fructus: statim mittit falcem, quonia adest messis. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? Sicut granum sinapis, quod cum seminum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cum seminum fuerit ascendit in arbore, & fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita, ut possint sub umbra eius aues cæli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterant audire: sine parabola autem, non loquebatur eis. seorsum autem discipulis suis diserebat omnia: Et ait illis in illa die, cum sero esset factum, Transeamus contra. Et dimittentes turbam assumunt eum: ita, ut erat in naui, & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna ventis, & fluctus mittebat in nauim, ita ut impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super cervical dormiens: & excitant eum & dicunt illi, Magister, non ad te perti-

net quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari, Tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna, Et ait illis, quid timidi estis, necdum habetis fidem? Et timuerunt timore magno & dicebant ad alterutrum, Quis putas est iste, quæ & ventus, & mare obediunt ei?

¶ *Sabba. ex. ij. Reg. Lec. 10.*

Planxit autem David proplacitum huiuscemodi, super Saul, & super Ionatha filium eius: & precepit, ut docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Et ait, Considera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. In clypei Israel super montes tuos interfecisti: quomodo ceciderunt fortes. Nolite annuntiare in Geth, neque annuncietis in compitis Ascalonis: ne forte latentur filie Philistinum, ne exultent filie incircuciforum. Montes Gelboe, nec ros, nec pluuia ventant super vos, neque sint agri primitiarum: quis ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul

quasi non esset vinctus oleo. A sanguine interfecto- rum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nūquam rediit retrorsum, & gladius Saul non est reuertus inanis. Saul & Ionathas amabiles, & decori valdè in vita sua in morte quoque non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores. Filia Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino, in deliciis, qui præbebat ornamenta aurea cultui vso. Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est. Doleo sup te frater mi Ionatha, decore nimis & amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium suū, ita & ego te diligebam. Quomodo ceciderūt robusti, & perierunt arma bellica?

¶ *Secundū Marcū. Lec. ij.*

ET venerunt trans fretum maris in regionē Gerasenorum. Et exeunt ei de nauī, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immundo: qui domiciliū habebat in monumentis, & neque ea-

tenis iam quisquam poterat eum ligare, quoniam sepe compedibus, & catenis vinctus dirupisset catenas, & compedes cōminuisset: & nemo poterat eum domare, & semper die ac nocte in monumentis, & in montibus erat, clamans, & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à lōgè, eucurrit, & adorauit eum: & clamans voce magna, dixit. Quid mihi, & tibi Iesu fili dei altissimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum: Quod tibi nomen est? Ea dicit ei. Legio mihi nomen est, quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autē ibi circa montem grex porcorū magnus, pascens in agris. Ea deprecabantur eū spiritus, dicentes. Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus, Et exeuntes spiritus immūdi, introierūt in porcos: & magno impetu grex præcipitatus est in mare,

Dominica. xix. post Pentecost.

ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autē pasciebant eos fugerūt, & nuntiauerūt in ciuitatem, & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum, & uenerunt ad Iesum, & uident illum qui à dæmonio vexabatur, sedentem, uestitum, & sanæ mētis: & timuerūt. Et narrauerunt illis: qui uiderant, qualiter factum esset ei qui dæmoniū habuerat: & de porcis. Et rogare cœperunt eum, ut discederet de sinib⁹ eorum. Cumque ascenderet nauim, cœpit illum deprecari, qui à dæmonio vexat⁹ fuerat, ut esset cum illo: & non admittit eum, se laicit illi, Vade in domum tuam, ad tuos, & annuntia illis quanta tibi dominus fecerit, & misert⁹ sit tui. Et abiit, & cœpit p̄dicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabantur. Et cum transisset Iesus in nauim, rursus trans fretum, cōuenit turba multa ad eum, & erat circa mare. Et uenit quidā de archisynagogis, nomine Iairus: & uidens eū prociuit ad pedes ei⁹, & depre-

cabatur eum multum, dicens. Quoniam filia mea in extremis est, Veni, impone manum tuam super eam, ut salua sit, & uiuat. Et abiit cum illo: & sequebatur eum turba multa, & cōprimebant eum.

¶ Dñica. xix. post P̄tee. ex tercio libro Regum. cap. 27. Lectio. i.

ET dixit Elias Thebites de habitatoribus Galaad, ad Achab, uenit dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his, ros, & pluuia, nisi iuxta oris mei uerba. Et factum est uerbum domini ad eum, dicens. Recede hinc, & uade contra orientem, & abscondere in torrente Carith, qui est cōtra Iordanem: & ibi de torrente bibes: coruisq; p̄cipi ut pascant te ibi. Abiit ergo, & fecit iuxta uerbum domini, cū abiisset, sedit in torrente Carith, qui est cōtra Iordanem. Corui quoque deferebāt ei panem, & carnes mane, similiter panem, & carnes uesperari, & bibit de torrente. Post dies autem aliquot siccatus est

torrens: non enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo domini ad eum, dicēs. Surge, & vade in Sarepta Sidoniorū, & manebis ibi. praecepi enim ibi mulieri viduae, vt pascat te. Surrexit, & abiit in Sarepta. Cumque venissent ad portam ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitque ei, Da mihi paululum aquae in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret, vt afferret, clamauit post tergum eius, dicēs, Affer mihi obsecro, & buccellam panis in manu tua. Quae respōdit, Viuit dñs Deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum pugill^o capere potest faring in hydria, & paululum olei in lecytho. en coligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi, & filio meo, vt comedam^o, & moriamur.

¶ *Secundū Marcū. cap. 15.*
Lectio secunda.

ET mulier quae erat in profluuio sanguinis annis duodecim, & fuerat multa perpeſſa à cōpluribus medicis, & erogauc-

rat oīa sua, nec quicquam profecerat, sed magis deteri^o habebat: cum audisset de Iesu, venit in turba retro, & tetigit vestimentū eius. dicebat enim, Quia si vel vestimentū eius tetigero, salua ero. Et confestim siccat^o est fons sanguinis eius: & sensit corpore, quia sana ta esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscēs virtutem, quae exierat de illo, conuersus ad turbam aiebat, Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebat ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te: & dicis, Quis me tetigit? Et circumspectabat videre eam, quae hoc fecerat. Mulier verò timens, & tremēs, sciens quod factum esset in se: venit, & procidit ante eum, & dixit ei omnē veritatem. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquēte veniunt nuntij ab archisynagogo, dicentes. Quia filia tua mortua est: quid ultra vexas magistrū? Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere: tamē-

summodo crede. Et nō admisit quemquam se sequi, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioānem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archi-synagogi, & vidit tumultum, & flentes, & eiulātes, multum. Et ingressus, ait illis. **Q**uid turbamini, & ploratis? puella nō est mortua, sed dormit. Et irridebant eum. Ipse verō eiecit omnibus, assumit patrē, & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenēs manum puellæ, ait illi. **T**alitha cumi, quod est interpretatū, Puella, tibi dico, surge. Et confestim surrexit puella: & ambulabat, erat autē annorū duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer, vt nemo id sciret: & iussit dari illi māducare. Et egressus inde, abiit in patriam suā. & sequebatur eum discipuli sui. Et factō sabbato, cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius, dicentes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapiētia quæ data est illi, &

virtutes tales, quæ per manus eius efficiuntur? Nonne hic est faber, filius Mariæ, frater Iacobi, & Ioseph, & Iudæ, & Simonis? nonne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus, **Q**uia nō est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutē vllā facere, nisi paucos infirmos, impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorū, & circuibat castella in circuitu, docens. ¶ **Secundū**

Matthæū. cap. 22. Lec. lii.

In illo tempore loquebatur Iesus principibus sacerdotum parabolam hanc. Simile factum est regnum cælorū, homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et reliqua.

¶ **Homilia Icti Greg. psp.**

Textum lectionis euangeliæ, fratres charissimi, volo (si possem) sub breuitate trāscurrere, vt in fine eius vacilem ad loquendum largius vacare. Sed quæren-

dum prius est, an hæc apud Mattheum ipsa sit lectio, quæ apud Lucam, sub appellatione cœnæ describitur. Et quidē sunt nonnulla, quæ sibi dissona esse videntur: quia hæc prædium, illic cœna memoratur. Hic qui ad nuptias non dignis vestibus intrauit, repulsus est: illic nullus intrasse dicitur qui repulsus esse perhibeatur. Quæ ex re rectè colligitur, quod & hic per nuptias præfens ecclesia: & illic per cœnam, æternum & vltimum conuiuium designatur: quia & hæc nonnulli exituri intrat: & ad illud quisquis semel intrauerit, vltius non exiit. Et si quis fortè contendat hæc eadem esse lectionem ego melius puto (salua fide) alieno intellectui cedere, quàm contentioibus deservire. Quoniam, & intelligi congruè forsitan potest, quia de proiecto eo, qui cū nuptiali veste nõ venerat: quæ Lucas tacuit, Matthæus dixit. Quod verò per alium cœna, per hunc autè prandium dicitur: nequaquam vel hoc nostræ intelligen-

tiz obssistit. quia, cū ad horam nonam apud antiquos quotidie prandium fieret: ipsum quoque prandium cœna vocabatur. *Oratio.*

Omnipotēs, & misericors Deus vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: vt mente, & corpore pariter expediti, quæ tua sunt liberis mentibus exequamur. Per do.
¶ *Peria secunda, ex. ij. Regum. Lectio prima.*

Ad quam Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: veruntamē mihi primū fac de ipsa farinula subcineritium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet, nec lechytus olei minuetur, vsq; ad diē in qua dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abiit, & fecit iuxta verbum Eliz: & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lechytus olei non est imminutus, iuxta verbū do-

mini quod loquutus fuerat in manu Eliæ. Factum eſt autē poſt verba hæc ægrotauit filius mulieris matrisfamilias, & erat læguor eius fortiffimus ita, vt non remaneret in eo halit⁹. Dixit ergo ad Eliam. Quid mihi, & tibi vir Dei? Ingreſſus eſt ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres. filium meum? Et ait ad eā, Da mihi filiū tuū. Tulitque eum de ſinu eius, & portauit in cœnaculum, vbi ipſe mabeat, & poſuit ſuper lectulū ſuū, & clamauit ad dominū, & dixit. Domine Deus me⁹, etiam ne viduā apud quā ego vtcunq; ſuſtentor, afflixifti, vt interficeres filiū eius? Et expandit ſe atque menſus eſt ſuper puerū tribus vicibus, & clamauit ad dominum, & ait, Domine Deus meus reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius. Et exaudiuit dñs vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitque Elias puerum, & depoſuit eū de cœnaculo in inferiorē domū, & tradidit matri ſuæ,

& ait illi, en viuut fili⁹ tuus. Dixitq; mulier ad Eliam. Nunc in iſto cognoui, quā vir Dei es tu, & verbū dñi in ore tuo verum eſt.

¶ **Secundū Marcu, cap. 6.**
Lectio ſecunda.

ET vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat eis potestatem ſpirituum immūdorū. Et præcepit eis ne quid tollerēt in via niſi virgam tantū: non peram, non panem, neq; in zona eſ, ſed calceatos ſandalis, & ne induerētur duab⁹ tunicis. Et dicebat eis, Quocunq; introieritis in domum, illuc manete donec exeatis inde. & quicunq; non receperint vos, nec auerſerint: exeuntes inde, excutite puluerem de pedib⁹ veſtris in teſtimoniū illis. Et exeuntes prædicabant, vt pœnitentiam agerent: & dæmonia multa eiciebāt, & ungebant oleo multos ægros, & ſanabantur. Et auerſus eſt rex Herodes (manifeſtum enim factum eſt nomen eius) & dicebat, Quia Ioannes Baptiſta reſurrexit à mortuis: & propterea

virtutes operantur in illo. Alij autem dicebat, Quia Elias est. Alij verò dicebant. Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait. Què ego decollocaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem, & vinxit eum in carcere, propter Herodiadem vxorem Philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi: & volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem, sciens eum virum iustum, & sanctum: & custodiebat eum: & audito eo, multa faciebat: & libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus, & tribunis, & primis Galilææ. Cumque introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset, & placuisset Herodi, simulque recubentibus: rex ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo tibi, & iurauit illi,

Quia quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exiisset: dixit matri suæ, Quid petita? At illa dixit. Caput Ioannis Baptistæ. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit dicens, Volo vt protinus des mihî in disco caput Ioannis Baptistæ. Et contristatus est rex. Propter iurandum, & propter simul discumbentes noluit eam contristare: sed misso spiculatore, præcepit afferri caput eius in disco, & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco. & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento.

Feria tertia, ex tertio Regum, cap. 18. Lectio. j.

Post dies multos factum est verbum domini ad Eliam, in anno tertio, dicens. Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. Iuit ergo Elias, vt ostenderet se Achab erat autem fames vehemens in Samaria, Vocauit Achab

Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat dominum Deum valde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas domini tulit ille ceterum prophetas, & abscondit eos quinquagenos, & quatuordecim in speluncis, & pavit eos pane, & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad universos fontes aquarum, & in cunctas valles: si forte possimus inuenire herbam, & saluare equos, & mulos, & non penitus iumenta intereant. Diuiseruntque sibi regiones, ut circumirent eas: Achab ibat per viam unam, & Abdias per viam alteram seorsum. Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei, qui cum cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait. Domine mi, Elias? Cui ille respondit, Ego vade, & dic domino tuo, Adest Elias. Et ille Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me seruum tuum in manu Achab, ut interficiat me? Vixit dominus deus tuus, quia non est gens aut regnum in quo non miserit dominus meus, te requi-

rens: & respondentibus cum eis, Non est hic: adiurauit regna singula, & gentes, eo quod minime repereris. Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. Cumque recessero a te, spiritus domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: seruus autem tuus timet dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatum est tibi domino meo, quid fecerim, cum interficeret Iezabel prophetas domini, quod absconderim de prophetis domini centum viros, quinquagenos & quatuordecim in speluncis, & paucim eos pane, & aqua? Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias: ut interficiat me. Et dixit Elias: Vixit dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei.

¶ *Secundum Marcum. Lec. iij.*

ET conuenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia, quæ egerat, & docuerant. Et ait illis. Venite seorsum in desertum locum, & re-

quiescite pusillum. Erant enim qui veniebant, & redibant multi: nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in nauim abierunt in desertū locū, secundum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerūt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cepit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes. Desertus est locus hic, & iam hora præterit dimitte illos, ut euntes in proximas villas, & vi eos emant cibos sibi quos manducant. Et respondens ait illis. Date illis manducare. Et dixerūt ei, Būtes emamus ducentis denariis panes: & dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot panes habetis? Ite, & videte. Et cum cognouissent, dicūt, Quinque, & duos pisces. Et præcepit illis, ut accubere facerent oēs secundum contubernia super viride fœnū.

Et discubuerunt in partes, per cœtenos, & quinquagenos. Et acceptis quinque panibus, & duobus piscibus: intuens in cælum benedixit & fregit panes, & dedit discipulis suis, ut ponerent ante eos, & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorū duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt, quinque millia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, ut præcederent eum trans fretū ad Bethsaidam. dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, abiit in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et vidēs eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos, ambulans supra mare. & volebat præterire eos. At illi, ut viderūt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes

enim viderunt eum: & con-
turbati sunt. Et statim lo-
quut⁹ est cū eis: & dixit eis,
Confidite, ego sum: nolite
timere. Et ascendit ad illos
in nauim: & cessauit vêtus.
Et plus magis intra se stu-
pebant: nō enim intellexe-
runt de panibus. erat enim
cor eorum obcæcatum.

¶ **Feria. iij. ex tertio Re-
gum. Lectio prima.**

Abiit ergo Abdias in
occursum Achab:
& idicauit ei: veni-
tūe Achab in occursum E-
liæ. Et cū vidisset eum,
ait. Tu ne es ille qui cōtur-
bas Israel? Et ille ait. Non
ego turbaui Israel, sed tu,
& dom⁹ patris tui, qui de-
reliquistis mandata domi-
ni, & sequuti estis Baalim.
Veruntamen nunc mitte,
& congrega ad me vniuer-
sum Israel, in monte Car-
meli, & pphetas Baal, qua-
dringentos quinquaginta,
prophetasq; lucorum qua-
dringentos, qui comedūt
de mensa Iezabel. Misit A-
chab ad omnes filios Isra-
el, & congregauit prophe-
tas, in monte Carmeli. Ac-
cedens autem Elias ad om-

nem populū Israel, ait. Vt-
quequo claudicatis i duas
partes? si dñs est Deus, se-
quimini eum: si autē Baal,
sequimini illum. Et nō re-
spondit ei populus verbū:
Et ait rursus Elias ad popu-
lum. Ego remansi prophe-
ta dñi solus: prophete autē
Baal quadringenti & quin-
quaginta viri sunt. Dentur
nobis duo boues, & illi eli-
gant sibi bouem vnum, &
in frustra cædentes, ponāt
super ligna, ignem autē nō
supponant: & ego faciā bo-
uem alterum, & imponam
super ligna, ignem autem
non supponam. Inuocate
nomina deorum vestrorū,
& ego invocabo nomē do-
mini, & Deus qui exaudie-
rit per ignem, ipse sit De⁹.
Respondens omnis popu-
lus, ait. Optima ppositio.

¶ **Secundū Marcu. cap. 6.**

Lectio secunda.

ET cū trās fretaissent
venerunt in terrā Ge-
nezareth: & applicue-
runt. Cumq; egressi essent
de nauī, continuō cogno-
uerunt eum & percurren-
tes vniuersam regionem il-
lam, cœperunt in grabatis

eos qui te malè habebant circumferre, vbi audiebant eum esse. Et quocunq; introibat in vicos, vel in villas, aut ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum, vt vel simbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant. Et conueniunt ad eum Pharisæi, & quidam de scribis, venientes ab Ierosolymis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius, communibus manibus, id est, non lotis, manducare panes: vituperauerunt. Pharisæi enim, & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro, nisi baptizentur, non comedunt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruari baptismata calicû, & vaceorum, & xamentorû, & lectorum. Et interrogabat eum Pharisæi, & Scribæ. **Q**uare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed cõmunibus manibus manducant panes? At ille respondens, dixit eis. Bene pphetauit Isaias

de vobis hypocritis, sicut scriptum est. Populus hic, labitis me honorat, cor autem eorum, longè est à me, in vanum autè me colunt, docètes doctrinas, & præcepta hominû. Relinquentes enim mandatû Dei, tenetis traditiones hominû: baptismata vaceorû, & calicum: & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis. Bene irritû fecistis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis. Moses enim dixit, Honora patrem tuum, & matrem tuam: & qui maledixerit patri, vel matri morte moriatur, Vos autè dicitis, Si dixerit homo patri, vel matri, Corbã, quod est donû, quocunq; ex me, tibi pferit: & ultra non dimittitis eum quicquã facere patri suo, aut matri, rescindètes verbum Dei, per traditionem vestram, quã tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis.

¶ Feria quinta, ex iij. Regum. Lectio prima.

Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite bouem vnum, & facite primi, quia vos plures

estis: & inuocate nomina
deorum vestrorum, igne-
que non supponatis. Qui
cum tulissent bouem, que
dederat eis, fecerunt: & in-
uocabant nomen Baal, de
mane, vsque ad meridiem,
dicentes. Baal, exaudi nos.
Et non erat vox, nec qui
responderet. transiliebant-
que altare quod fecerant.
Cumque esset iam meridies,
illudebat illis Elias, dicēs.
Clamate voce maiore: de-
enim est, & forsitan loqui-
tur, aut in diuersorio est,
aut in itinere, aut certe dor-
mit, vt excitetur. Clama-
bant ergo voce magna, &
incidebant se iuxta ritum
suū cultris, & lanceolis, do-
nec perfunderentur sangui-
ne. Postquam autē transit
meridies, & illis prophetā-
tibus venerat tempus quo
sacrificiū offerri solet, nec
audiebatur, vox nec aliqs
respondebat, nec attende-
bat orantes, dixit Elias om-
ni populo: venite ad me. Et
accedente ad se populo, cu-
rauit altare domini, quod
destructum fuerat. Et tulit
duodecim lapides, iuxta
numerum tribuum filiorū

Jacob, ad quem factus est
sermo domini, dicēs. Israel
erit nomen tuum, Et ædifi-
cauit de lapidibus altare,
in nomine domini: fecitque
aquæ ductū, quasi per duas
aratiunculas in circuitu al-
taris, & cōposuit ligna: di-
uisit per membra bouē, &
posuit super ligna, & ait,
Implete quatuor hydrias
aqua, & fundite super ho-
locaustum, & super ligna.
Rursumque dixit, Etiam se-
cundò hoc facite. Qui cum
fecissent secundò, ait. Etiam
tertio id ipsum facite. Feceruntque
& tertio, currebant
aquæ circum altare, & fossa
aquæ ductus repleta est.
Cumque iam tempus esset, vt
offerretur holocaustū, ac-
cedēs Elias propheta, ait,
dñe deus Abrahā, & Isāac,
& Israel, ostēde hodie, quia
tu es Deus Israel, & ego ser-
uus tuus, & iuxta præceptū
tuum feci oīa verba hæc.
Exaudi me domine, exaudi
me: vt discat popul⁹ iste,
quia tu es dñs Deus, & tu
conuertisti cor eorū iterū.
Cecidit autē ignis domini,
& vorauit holocaustum, &
ligna, & lapides, & pulue-

rem quoque & aquam que erat in aqua ductu, labens. Quod cum vidisset omnis populus cecidit in faciem suam, & ait, Dominus ipse est Deus dominus ipse est Deus. Dixitq; Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal, Et ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendissent, auxit eos Elias ad torrentem Cison, & interfecit eos ibi.

¶ *Secundū Marcū. Lec. ij.*

ET aduocans iterum turbam, dicebat illis. Audite me omnes, & intelligite. Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare. sed que de homine procedunt, illa sunt que coinquinant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis. Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis, quia omne intrinsecus introiens in hominem, non potest eum coinquinare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit, purgans omnes

escas? Dicebat autem, quoniam que de homine exeunt, illa coinquinant hominem. abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitia, dolus, impudicitia, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt: & coinquinant hominem. Et inde surgens, abiit in fines Tyri, & Sidonis: & ingressus domum, reminem voluit scire, & non potuit latere. mulier enim statim ut audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit, & prociuit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Sirophœnissa genere. Et rogabat eum, ut demonium eiceret de filia eius. Qui dixit illi. Sine prius saturari filios. non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et illa respondit, & dicit illi. Utique domine: nam & catelli comedunt sub mensa, de micis puerorum. Et ait illi. Propter hunc sermonem vade, exiit demonium à si-

Ha tua. Et cum abiisset domum, inuenit puellā iacentem supra lectū, & dæmonium exiisse. Et iterū exiens de sinibus Tyri, venit per Sidonem, ad mare Galilææ, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdū, & mutum: & deprecabantur eum, vt imponeret illi manū. Et deprehendēs eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius, & expuens, tetigit linguam eius, & suspiciēs in cælū, ingemuit, & ait illi, Hephethath, qđ est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculū linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne eui dicerent. **Q**uandò autem eis præcipiebat, tantò magis plus prædicabāt, & eo amplius admirabantur, dicentes. Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

¶ Peria. vj. ex. iij. Regum.

Cap. 19. Lectio prima.

Et ait Elias ad Achab, Ascende, comede, & bibe: quia sonus multæ pluuiæ est. Ascendit A-

chab, vt comederet, & biberet: Elias autem ascendit in vertice Carmeli, & pronus in terram posuit faciē suam inter genua sua, & dixit ad puerū suum. Ascende, & prospice contra mare. Qui cum ascendisset, & contēplatus esset, ait, Non est quicquā. Et rursū ait illi. Reuertere septem vicibus. In septima autē vice. ecce nubecula parua: quasi vestigium hoīs ascendebat de mari. **Q**ui ait, Ascēde, & dic Achab, Iunge, & descende, ne occupet te pluuia. Cūq; se verteret huc, atq; illuc, ecce cæli cōtēnē brati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuiā grādis. Ascendēs itaq; Achab abiit in Iezrahel, & manus dñi facta est super Elhā, accinctusq; lumbis currebat ante Achab. Donec veniret in Iezrahel. Nuntiauit autem Achab Iezabel oīa quæ fecerat Elias: & quomodo occidisset vniuersos prophetas Baal gladio. Mī sitque Iezabel nantium ad Eliam, dicens. Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, nisi hac hora cras posuero animā

animam tuam, sicut animam
vnius ex illis. Timuit ergo
Elias, & surgens abiit, quo-
cūque eum ferebat volun-
tas, venitque in Bersabee
Iuda, & dimisit ibi puerum
suum, & perrexit in deser-
tum via vnius diei. Cūq;
venisset, & sederet subter
vnā iuniperū, petiuit ani-
mæ suæ, vt moreretur, &
ait. Sufficit mihi domine,
tolle animam meam, neque em̄
melior sum quàm patres
mei. Proiecitque se, & ob-
dormiuit in vmbra iunipe-
ri: & ecce angel⁹ tetigit eū,
& dixit illi, Surge, & come-
de. Et respexit, & ecce ad
caput suum subcineritius
panis, & vas aquæ: comedit
ergo, & bibit, & rursus ob-
dormiuit. Reuersusque est
angelus domini secū dō, &
tetigit eū, dixitq; illi, Sur-
ge: comede: grandis enim
tibi restat via. Qui cū sur-
rexisset, comedit, & bibit,
& ambulauit in fortitudi-
ne cibi illius, quadraginta
diebus & quadraginta no-
ctibus, vsque ad montem
Dei, Horeb.

¶ **Secundum Marc. cap. 8.**

Lectio secunda.

B.

N.

IN diebus illis, iterum eū
turba multa esset, nec ha-
berent quod manduca-
rent: conuocatis discipulis
ait illis. Misereor super tur-
bam, quia ecce iam triduo
sustinent me, nec habent
quod manducet: & si dimi-
sero eos ieiunos in domū
suam, deficient in via. qui-
dā enim ex eis de longe ve-
nerunt. Et responderunt ei
discipuli sui, Vnde istos q̄s
poterit hic saturare pani-
bus, in solitudine? Et inter-
rogauit eos, **Quot panes**
habetis? **Qui dixerunt, Se-
ptem.** Et præcepit turbę di-
scumbere super terram. Et
accipiēs septem panes, gra-
tias agens fregit: & dabat
discipulis suis vt appone-
rent, & apposuerūt turbę.
Et habebāt pisciculos pau-
cos: & ipsos benedixit, &
iulsit apponi. Et manduca-
uerunt, & saturati sunt: &
sustulerūt quod superaue-
rat de fragmentis, septem
sportas. Erāt autē qui mā-
ducauerant, quasi quatuor
millia: & dimisit eos. Et sta-
tim ascendens nauim cum
discipulis suis: venit in par-
tes Dalmanutha. Et exie-

H

runt Pharisei, & cœperunt
conquirere cū eo, quæren-
tes ab illo signū de cælo, tē-
tantes eum. Et ingemiscēs
spiritu ait. Quid generatio
ista signum quærit? Amen
dico vobis, si dabitur gene-
rationi isti signū. Et dimit-
tens eos, ascendit iterum
nauim & abiit trans fretū.
Et oblitī sunt panem sume-
re: & nisi vnum panem nō
habebāt secum in nauī. Et
præcipiebat eis, dicens. Vi-
dete, & cauetē à fermento
Phariseorum & fermento
Herodis. Et cogitabant ad
alterutrum, dicētes, Quia
panes nō habem⁹. Quo cō-
gnito, ait illis Iesus. Quid
cogitatis, quia panes non
habetis? nōdum cognosci-
tis nec itelligitis adhuc: cœ-
catum habetis cor vestrū?
oculos habentes non vide-
tis, & aures habentes non
auditis? Nec recordamini
quādo quinque panes fre-
gi in quinq; millia, & quot
cophinos fragmentorum
plenos sustulistis? Dicunt
ei. Duodecim. Quando &
septem panes in quatuor
millia quot sportas frag-
mentorū tulistis? Et di-

cūt ei, Septem. Et dicebat
eis. Quomodo nondū in-
telligitis? Et veniunt Beth-
saidam: & adducunt ei cœ-
cum, & rogabant eum, vt
illum tangeret. Et appre-
hensa manu cœci, eduxit
eū extra vicum: & expuēs
in oculos ei⁹ impositis ma-
nibus suis, iterrogauit eū,
si quid videret. Et aspiciēs
ait, Video homines velut
arbores, ambulātes. Dein-
de iterum imposuit manus
super oculos eius: & cœpit
videre, & restitutus est, ita
vt clarē videret omnia. Et
misit illum in domum suā,
dicens. Vade in domū tuā:
& si in vicum introieris,
nemini dixeris.

¶ *Sabbato, ex. iij. Regum.*

Lectio prima.

CUmq; venisset illuc,
mansit in spelūca &
ecce sermo domini
ad eū, dixitque illi: Quid
hic agis Elia? At ille respō-
dit: Zelo zelatus sum pro
domino deo exercituum,
quia dereliquerūt pactum
tuum filij Israel: altaria tua
destruxerunt, & prophe-
tas tuos occiderūt gladio,
& derelictus sum ego sol⁹,

& quærūt animā meam, vt auferant eā. Et ait ei, Egredere, & sta in mōte coram domino: & ecce dñs trāsit, & spiritus grādis, & fortis, & subuertens mōtes, & conterens petras, ante dominum: non in spiritu dominus, & post spiritam commotio. non in commotione dominus. Et post cōmotionē ignis, nō in igne dominus, & post ignē sibilus auræ tenuis. **Q**uod eū audisset Elias operuit vultū suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eū, dicēs. **Q**uid hic agis Elia? Et ille respondit. Zelo zelatus sum, pro domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactū tuum filij Israel: altaria tua destruxerūt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærūt animam meam, vt auferant eam. Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuere in viam tuam, per desertum in Damascum: cūmque perueneris illuc, vnge Hazael regem super Syriam, & Iehu filium. Nā si vnge regē super Israel.

Elisæum autem filium Saphat, qui est de Abelmeula, vnge prophetam pro te. Et erit, quicumque fugerit gladium Hazael, occidet eum Iehu, & quicumque fugerit gladium Iehu, interficiet eum Elisæus. Et derelinquam mihi in Israel, septem millia virorum, quorum genua non sunt incuruata ante Baal: & omne os quod non adorauit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias, reperit Elisæum filium Saphat, arantem in duodecim iugis bouum, & ipse in duodecim iugis bouum arantibus, vnus erat: cūmque venisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. **Q**ui statim relictis bobus, cucurrit post Eliam, & ait, Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitque ei, Vade, & reuerte: quod enim mecum erat, feci tibi, Reuersus autem ab eo, tulit par bouum, & mactauit illud, & in aratro bouum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt, confurgensque

abiit, & secutus est Eliam,
& ministrabat ei.

¶ *Secundū Marcū. Lec. ij.*

ET egressus est Iesus,
& discipuli eius, in ca-
stella Cæsareæ Philip-
pi: & in via interrogabat di-
scipulos suos, dicens eis.

Quem me dicunt esse ho-
mines? Qui responderunt
illi, dicentes. Ioanuem bap-
tistam, alij Eliam, alij ve-
rò, quasi vnum de prophe-
tis. Tūc dicit illis, Vos ve-
rò, quē me esse dicitis? Re-
spondens Petrus ait ei. Tu
es Christus. Et commina-
tus est eis, ne cui dicerent
de illo. Et cœpit docere
eos, quoniam oportet filiū
hominis pati multa, & re-
probari à senioribus, & à
summis sacerdotib⁹, & scri-
bis, & occidi: & post tres
dies resurgere. Et palā ver-
bum loquebatur. Et appre-
hendens eum Petrus, cœ-
pit increpare eum. Qui cō-
uersus & videns discipulos
suos, comminatus est Pe-
tro, dicens. Vade retro me
satana, quoniam non sapis
quæ dei sunt, sed quæ sunt
hominū. Et conuocata tur-
ba cū discipulis suis, dixit

eis. Si quis vult me sequi
deneget semetipsum: & tol-
lat crucem suam, & sequa-
tur me. Qui enim voluerit
animam suam saluam face-
re, perdet eā. qui autē per-
diderit animā suā propter
me, & euangelium, saluam
faciet eā. Quid enim pro-
derit homini, si lucretur
mundū totum: & detrimē-
tum animæ suæ faciat? Aut
quid dabit homo commu-
tationis p̄ animā suā? Qui
enim me confessus fuerit,
& verba mea in generatio-
ne ista adultera, & peccatri-
ce: & filius hominis confi-
tebitur eum, cū venerit
in gloria patris sui cum an-
gelis sanctis. Et dicebat il-
lis, Amen dico vobis, quia
sunt quidam de hic stanti-
bus, qui nō gustabūt mor-
tem, donec videant regnū
Dei, veniens in virtute. Et
post dies sex, assumpsit Ie-
sus Petrum, & Iacobum, &
Ioannem, & eduxit illos in
mōtem excelsum seorsum
solos, & transfiguratus est
coram ipsis. Et vestimenta
eius facta sunt splendētia,
& candida nimis velut nix,
qualia fulgo non potest su-

per terram candida facere. Et apparuit illis Elias cum Mose: & erant loquētes cū Iesu. Et respōdens Petrus, ait Iesu. Rabbi, bonum est nos hic esse: & faciam⁹ tria tabernacula, tibi vnum, & Mose vnum, & Eliq; vnum. Non enim sciebat quid diceret. erāt enim timore exterritū. & facta est nubes obūbrans eos: & venit vox de nube, dicens. Hic est filius meus charissimus: audite illum. Et statim circūspicientes, neminem amplius viderunt, nisi Iesum tantum secum.

Dominica, xx. post Pentecost. **Quartus liber Regum cap. i. Lectio prima.**

PRuaricatus est autē Moab in Israel, postquam mortuus est Achab. Ceciditq; Ochozias per cancellos cōnaculi sui quod habebat in Samaria, & egrotauit: misitque nūtiōs, dicens ad eos, Ite, confulite Belzeub deum Accaron vtrum viuere queā, de infirmitate mea hac. Angelus autem domini locutus est ad Eliam Thesbitē, dicens. Surge, & ascende in

occursum nūtiōrum regis Samar̄æ, & dices ad eos. Nunquid non est Deus in Israel: vt eatis ad consulendum Beelzeub Deū Accaron? **Q**uam ob rem, hæc dicit dominus. De lectulo super quem ascendisti, nō descendes, sed morte morieris. Et abiit Elias, reuersiq; sunt nūtiō ad Ochoziam. **Q**ui dixit eis, **Q**uare reuertī estis? At illi respōderunt ei. Vir occurrit nobis, & dixit ad nos. Ite, & reuertimini ad regem qui misit vos, & dicetis ei. Hæc dicit dominus. Nunquid quia nō erat deus in Israel, mittis vt consulatur Beelzeub Deus Accaron? Idcirco de lectulo super quē ascendisti, non descendes, sed morte morieris. **Q**ui dixit eis, Cui⁹ figuræ & habitus est vir ille, qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt vir pilosus, & zona pellicea ac cinctus renibus, **Q**ui ait. Elias Thesbitēs est. Misitque ad eum quinquagenariū principē, & quinquaginta qui erāt sub eo. **Q**ui ascendit ad eum: sedētiq;e

Diebus. xx. post Pentecosten.

in vertice montis, ait. Homo dei, rex præcepit, vt descendas. Respondesque Elias, dixit quinquagenario, Si homo dei sum, descēdat ignis de cælo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descēdit itaque ignis de cælo, & deuorauit eū, & quinquaginta qui erant cum eo.

¶ Secundum Marc. cap. 9.

Lectio secunda.

ET descendētibz illis de monte, præcepit illis, ne cuiquam quod vidissent narrarent: nisi cūm filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbum cōtinuerunt apud se: cōquirentes quid esset, Cūm à mortuis resurrexerit. Et interrogabant eum, dicentes. **Q**uid ergo dicūt Pharisei, & Scribæ, quia Eliam oporteat venire primum? **Q**ui respondēs, ait illis, Elias cūm venerit primo, restituet omnia: & quomodo scriptum est in filiū hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis, quia & Elias venit (& fecerunt illi quæcunq; vouerunt) sicut scriptum est de eo, Et veniēs ad discipu

los suos, vidit turbā magnā circa eos, & scribas cōquirentes cū illis. Et cōfestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt: & accurretes salutabāt eum. Et interrogauit eos. **Q**uid inter vos cōquiretis? Et respondēs vnus de turba, dixit, Magister, attuli filium meū ad te habentem spiritum mutum: qui vbiunque eum apprehenderit, allidit illū, & spumat, & stridet dentibus, & arefcit, & dixi discipulis tuis, vt eicerent illum, & non potuerūt. **Q**ui respondēs eis, dixit, **O** generatio incredula, quādiu apud vos ero? quādiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerūt eum. Et cūm vidisset eum, statim spiritus cōturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumās, Et interrogauit patrē ei. **Q**uātum temporis est, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eū in ignem, & in aquā misit vt eum perderet, sed si quid potes, adiua nos, misertus nostri. Iesus autē ait illi, Si potes credere, o-

omnia possibilis sunt credēti. Et cōtinuū exclamās pater pueri, cū lachrymis aiebat. Credo domine: adiuua incredulitatem meā. Et cū vidisset Iesus concurrētem turbā cōminatus est spiritui immūdo, dicēs illi. Surde, & mute spirit⁹, ego præcipio tibi, exi ab eo, & ampliūs ne introeas in eū. Et exclamans, & multum discernens eū, exiit ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortu⁹ est. Iesus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cū introisset in domum, discipuli ei⁹ secreto interrogabant eum. Quare nos non potuimus eucere eū? Et dixit illis. hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione, & ieiunio.

¶ Secundū Iōanem. cap. 6.

Lectio tertia.

In illo tēpore: Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.

Homilia sancti Greg. psp.

Lectio sancti euangelij quā modo fratres audistis; expositione

non indiget. Sed ne hanc tacite p̄teruisse videamur: exhortando potius, quā exponendo: in ea aliquid loquamur. Hoc autem vobis solummodo expositione video esse requirēdum: cur is qui ad salutem petēdam venerat, audiuit. Nisi signa, & prodigia videritis: nō creditis. Qui enim salutem quærebat filio: proculdubio credebat. Neque enī ab eo quæreret salutē: quē non crederet saluatorem.

Quare ergo ei dicitur: nisi signa, & prodigia videritis, non creditis: qui ante credidit quam signum videret? Sed mementote quid petiit: & apertē cognoscetis: quia in fide dubitauit. Poposcit nanque vt descenderet, & sanaret filium eius. Corporalē ergo præsentiam Domini quærebat qui per spiritum nusquam deerat. Minus itaque in illo credidit, quem non putauit salutē posse dare, nisi præsens esset & corpore. Si enim perfectē credidisset: proculdubio sciret: quia non esset locus vbi non esset Deus. Ex magna

ergo pater diffuſas eſt: qui virtutis honoré non dedit maieltati: ſed preſentis corporali. Et ſaluté itaq; filio petiit: & tamen in fide dubitauit: quia eum ad quem venerat & potentem ad curandum credidit: & tamen morietú filio eſſe abſentem putauit.

Oratio.

LArgire quæſumus domine fidelibus tuis, indulgentiam placatus, & pacem. vt pariter ab omnibus mundetur offenſis, & ſecura tibi mente deſeruiant. Per dominum.

¶ Feria ſecunda, ex quarto Regum. Lectio prima.

Rurſumque miſiſt ad eum principem quinquagenariú alterú, & quinquaginta cum eo. Qui locutus eſt illi. Homo Dei. hæc dicit rex, Feſtina, deſcende. Reſpondés Elias, ait. Si homo dei ego ſum, deſcendat ignis de celo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis de celo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. Iterum miſiſt principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui

erát cum eo. **Q**ui cum veniſſet: curuauit genua contra Eliá, & precatus eſt eú, & ait, Homo Dei, noli deſpicere animá meam, & animas ſeruorum tuorum qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de celo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: ſed nunc obſecro, vt miſerearis animæ meæ. Locutus eſt auté angelus domini ad Eliam, dicens, deſcende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & deſcendit cum eo ad regem, & locutus eſt ei. Hæc dicit Dominus. Quia miſiſti nuntios ad cõſulendum Beelzebub deú Accaron, quali non eſſet Deus in Iſrael, à quo poſſes interrogare ſermonem, ideo de lectulo ſuper quem aſcendiſti, nõ deſcendes, ſed morte morieris. Mortuus eſt autem iuxta ſermonem domini quẽ locutus eſt Elias & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Iorá filij Iofaphat regis Iudæ: nõ enim habebat ſiltú. Reliqua auté verborum Ochoziæ, quæ

operatus est, nōne hęc scri-
pta sunt in libro sermonū
dierum regum Israel?

¶ *Secūdum Marcū. Les. ij.*

ET inde profecti præ-
tergrediebantur Gali-
læa: nec volebat quē
quam scire. Docebat autē
discipulos suos, & dicebat
illis, Quoniam filius homi-
nis tradetur in manus ho-
minum, & occidēt eum, &
occisus tertia die resurget.
At illi ignorabant verbū:
& timebāt interrogare eū.
Et venerūt Capharnaum.
Qui cū domi esset, inter-
rogabat eos. Quid in via
tractabatis? At illi tacebāt.
Siquidem in via inter se di-
sputauerant, quis eorū ma-
ior esset. Et residens, voca-
uit duodecim, & ait illis, Si
quis vult primus esse, erit
omnium nouissimus, & o-
mnīū minister. Et accipiēs
puerū, statuit eū in medio
eorum. quem cū cōple-
xus esset, ait illis. Quisquis
vnum ex huiusmodi pue-
ris receperit in noīe meo:
me recipit, & quicūque me
susceperit: nō me suscipit,
sed eum qui misit me. Re-
spondit illi Ioannes, dicēs,

Magister, vidimus quēdā,
in nomine tuo eiicientē
dæmonia, qui nō sequitur
nos, & prohibuimus eum.
Iesus autem ait. Nolite p-
hibere eū, nemo est enim
qui faciat virtutem in no-
mine meo, & possit cito
male loqui de me. qui em̄
non est aduersum vos, pro
vobis est. Quisquis enim
potū dederit vobis, calicē
aque in nomine meo, quia
Christi estis: Amen dico
vobis, nō perdet mercedē
suam. Et quisquis scandali-
zauerit vnum ex his pusil-
lis, credentibus in me: bo-
num est ei magis, si circun-
daretur mola asinaria col-
lo eius, & in mare mittere-
tur. Et si scandalizauerit te
manus tua, abscinde illā,
bonū est tibi debilem, in-
troire in vitam, quā duas
manus habentem ire in ge-
hēnam, in ignem inextin-
guibilem, vbi vermis eorū
non moritur, & ignis non
extinguitur. Et si pes tuus
te scandalizat, amputa illū,
bonum est tibi claudū in-
troire in vitā æternā, quā
duos pedes habētē, mitti
in gehennam ignis in ex-

vinguibilis, vbi vermis eorū nō moritur, & ignis nō extinguitur. **Q**uod si oculus tuus scandalizat te, eice eum, bonum est tibi lucum introire in regnum dei, quā duos oculos habentem, mitti in gehēnam ignis, vbi vermis eorū non moritur, & ignis nō extinguitur. Omnis enim, igne salietur: & omnis victima, sale salietur. Bonū est sal: quod si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

Feria. iij. ex quarto Regum. cap. 2. Lectio prima.

Factum est autem: cū eleuare vellet Dñs Eliā per turbinē in cælum, ibant Elias, & Elifæus de Galgalis. Dixitq; Elias ad Elifæū, Sede hic, quia dominus misit me vsq; in Bethel. Cui ait Elifæus, Viuit dñs, & viuit anima tua, ga non derelinquā te. Cūq; descēdissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erant in Bethel, ad Elifæum, & dixerunt ei. Nūquid nosti quia hodie Dominus tollet Dominū tuū

à te? **Q**ui respōdit. Et ego noui: silete. Dixit autem Elias ad Elifæū, Sede hic, quia dominus misit me in Iericho. Et ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquā te. Cūq; venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum, qui erant in Iericho, ad Elifæum, & dixerunt ei, Nunquid nosti, ga dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait, Et ego noui: silete. Dixit autem ei Elias, sede hic, ga dominus misit me, vsque ad Iordanem. **Q**ui ait, Viuit dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquā te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filiis prophetarum, secuti sunt eos, qui & steterunt e contra longē: illi autē ambo stabant super Iordanem. Tulitq; Elias pālium suū, & inuoluit illud & percussit aquas: quæ diuisę sunt in vtrāque partē, & transierūt ambo per siccū. Cūq; trāsissent, Elias dixit ad Elifæum, Postula quod vis, vt faciā tibi, antequā tollar à te. Dixitq;

Elifæus, Obsecro, vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit, Rem difficile postulasti: attamē si videris me quādo tollar à te, erit tibi quod petisti, si autem non videris, non erit.

¶ *Secundū Marcū. cap. 10.*

Lectio secunda.

ET inde exurgens, venit in fines iudeæ ultra Iordanē: & conueniunt iterū turbæ ad eum, & sicut cōsueuerat: iterum docebat illos. Et accedētes Pharisæi, interrogabāt eū. Si licet viro vxorē dimittere: tentātes eū, At ille respondens, dixit eis. Quid vobis p̄cepit Moses? Qui dixerunt, Moses permisit libellum repudiij scribere, & dimittere. Quibus respōdens Iesus, ait. Ad duritiā cordis vestri scripsit vobis p̄ceptum istud. ab initio autē creaturæ masculū, & foeminam fecit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrē suū, & matrē: & adhærebit ad vxorē suā, & erūt duo in carne vna. Itaque iam non sunt duo, sed vna caro. Quod ergo deus cōiunxit, homo non sepa-

ret. Et in domo iterū discipuli eius de eodē interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicūque dimiserit vxorem suā, & aliam duxerit: adulterium cōmittit super eā. Et si vxor dimiserit virū suū, & alij nupsērit: mōchatur. Et offerebant illi paruulos, vt tāgeret illos. Discipuli autē cōminabātur offerētib⁹. Quos cūm videret Iesus, idignē tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne phibueritis eos. taliū enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnū dei, velut paruulus, nō intrabit in illud. Et cōplexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Et cūm ingressus esset in viam, procurrens quidā, genu flexo, ante eum, rogabat eū, dicēs, Magister bone, quid faciā, vt vitā æternā percipiam? Iesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi vnus Deus. P̄cepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem

feceris, Honora patrē tuū,
& matrem. At illis respon-
dens, ait illi. Magister, hæc
omnia obseruauī à iuuen-
tute mea. Iesus autē intui-
tus eum, dilexit eū, & dixit
ei. Vnum tibi deest, vade,
quæcunque habes vende,
& da pauperibus, & habe-
bis thesaurū in cælo, & ve-
ni, sequere me. Qui cōtri-
stus in verbo, abiit mœ-
rens. erat enim habēs mul-
tas possessiones. Et circun-
spiciens Iesus, ait discipulis
suis. Quam difficile qui pe-
cunias habent, in regnum
Dei introibunt. Discipuli
autem obstupescēbant in
verbis eius. At Iesus rursus
respondens, ait illis. Filio-
li, quā difficile est confi-
dētes in pecuniis, in regnū
Dei introire. Facili⁹ est ca-
melum per foramen acus
transire, quā diuitem in-
trare in regnum Dei. Qui
magis admirabantur: dicen-
tes ad semetipsos, Et quis
potest saluus fieri? Et in-
uens illos Iesus, ait. Apud
homines impossibile est,
sed nō apud Deum. omnia
enim possibilia sunt apud
Deum. Et post hæc cepit

ei Petrus dicere, Ecce nos
dimisimus omnia, & secuti
sumus te. Respondēs Iesus,
ait. Amē dico vobis, nemo
est qui reliquerit domum,
aut fratres, aut sorores, aut
patrē, aut matrē, aut filios,
aut agros propter me, &
propter euāgeliū: qui non
accipiat centies tantū nūc
in tempore hoc, domos, &
fratres, & sorores, & ma-
tres, & filios, & agros cum
persecutionibus, & in se-
culo futuro vitā æternā. Mul-
ti autem primi, erūt nouis-
simi, & nouissimi primi.

**¶ Feria quarta, ex quarto
Regum. Lectio prima.**

Cumque pergeret, &
incedentes sermo ci-
narētur, ecce currus
igneus, & equi ignei diui-
ferunt utrunque. & ascendit
Elias per turbineum in cæ-
lum, Eliseus autē videbat,
& clamabat. Pater mi, pa-
ter mi, currus Israel & au-
riga eius. Et non vidit eum
ampli⁹. apprehēditq; vesti-
menta sua, & scidit illa in
duas partes. Et leuauit pal-
lium Eliæ, quod ceciderat
ei, reuersusque stetit super
ripam Iordanis, & pallio

Eliz, quod ceciderat ei, percussit aquas, & nō sunt diuise, & dixit. Vbi est Deus Eliz etiā rīe? Percussitq; aquas, & diuisę sunt, huc, atque illuc, & transit Elisæus. Videntes autem filij prophetarum, qui erant in Iericho e contra, dixerunt. Requieuit spiritus Eliz super Elisæum. Et venientes in occursum eius, adoraue runt eum proni in terram, dixeruntque illi, Ecce, cū seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & querere domi eum tuū, ne fortē tulerit eum spiritus domini, & ptecerit eum in vnū mōtū, aut in vnam vallium. Qui ait. Nolite mittere. Cogere runtque eū donec acquiesceret, & diceret, Mittite. Et miserunt quinquaginta viros: qui cūm quæsisserunt tribus diebus, nō inuen erunt. Et reuersi sunt ad eū: at ille habitabat i Iericho, & dixit eis: Nunquid non dixi vobis, Nolite mittere? Dixerunt quoque viri ciuitatis ad Elisæum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse do

mine prospicis, sed aquę pessimę sunt, & terra sterilis. At ille ait, Afferte vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cū attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illū sal, & ait. Hęc dicit dominus, Sanaui aquas has, & nō erit vltra in eis mors, neque sterilitas. Sanatę sunt ergo aquę vsque in diem hanc, iuxta verbū Elisęi quod locutus est. Ascēdit autē inde Elisęus in Bethel: cūmque ascenderet per viam, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes. Ascende calue, ascēde calue. Qui cū respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine domini: egressi que sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerūt ex eis quadraginta duos pueros. Abiit autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

¶ *Secundū Marc. cap. 10.*
Lectio secunda.

ERāt autē in viā ascēdentes Ierosolymam: & præcedebat illos Iesus, & stupebant & sequentes timebant. Et assumens

terum duodecim, cepit illis dicere, quæ essent ei vtura, **Q**uia ecce ascendam Ierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum, & scribis, & senioribus, & damnabitur eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget, Et accedunt ad eum Iacobus, & Ioannes filij Zebedæi, dicentes, Magister, volumus ut quodcumque petierimus, facias nobis. At ille dixit eis. Quid vultis ut faciam vobis? Et dixerunt, Da nobis, ut vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis. Nescitis quid petatis, potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerunt ei. Possumus. Iesus autem ait eis. Calicem quidem, quem ego bibo bibetis, & baptismo, quo ego baptizor baptizabimini. sedere autem ad dexteram meam, vel ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus

paratum est. Et audientes decem indignati sunt de Iacobo & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis, Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum, potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicumque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit, ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam in redemptionem pro multis. Et veniunt Iericho, & proficiscente eo de Iericho, & discipulis eius, & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. **Q**ui cum audisset, quia Iesus Nazarenus est: cepit clamare, & dicere, Iesu fili David, miserere mei. Et comminabantur ei multi, ut taceret. At ille multo magis clamabat, Fili David, miserere mei. Et stans Iesus, præcepit illum vocari, Et vocant cæcum dicentes ei, Animæ quior esto, surge, vocat te. **Q**ui

proiecto vestimento suo, exiliés, venit ad eum, Et respondens Iesus, dixit illi. Quid tibi vis faciam, Cæcus autem dixit ei, Rabboni vt videā. Iesus ait illi, Vade, fides tua te saluū fecit. Et cōfestim vidit, & sequebatur eum in via.

¶ *Feria quinta, ex quarto Regum. cap. 3. Lectio. j.*

IOrā verò filius Achab regnavit super Israel in Samaria anno decimo octavo Iosaphat regis Iudæ. Regnavitque duodecim annis. Et fecit malum coram domino, sed nō sicut pater suus, & mater: tulit enim statuas Baal, quas fecerat pater eius. Veruntamen in peccatis Ieroboā filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. Porrò Mesa rex Moab, nutrebat pecora multa, & soluebat regi Israel centum millia agnorum, & centum millia arietū cum velleribus suis. Cūque mortuus fuisset Achab præuaricatus est fœdus, quod habebat cum rege Israel. Egressus est igitur rex Ioram in die illa de

Samaria, & recensuit vniuersum Israel. Misitque ad Iosaphat regē Iudæ, dicens, rex Moab, recessit à me, vni mecum contra eū ad prælium. Qui respondit, Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus, & equal mei, & equi tui. Dixitque. Per quā viam ascēdemus? At ille respondit. Per desertū Idumæ. Perrexerūt igitur rex Israel, & rex Iudæ, & rex Edom, & circumierunt per viā septem dierū, nec erat aqua exercitui, & iumentis quæ sequebatur eos. Dixitque rex Israel, Heu, heu, heu, congregavit nos dominus tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Iosaphat, Est ne hic propheta domini, vt deprecemur dominū per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel, est hic Elisæus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Iosaphat, Est apud eū sermo domini? Descenditque ad eum rex Israel & Iosaphat, & rex Edom. Dixit autem Elisæus ad regē Israel, Quid mihi, & tibi

est? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Israel, **Q**uare congregauit dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixitq; ad eum Eliſæus, Viuit dominus exercituum, in cuius conspectu ſto, quòd si nõ vultum Iosaphat regis Iudæ erubescerem, non attendissem quidem te, nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalterium.

¶ **Secundum Marcum. cap. 11.**

Lectio secunda.

ET cùm appropinquarent Ierosolymæ, & Bethaniæ, ad montem oliuarum, mittit duos ex discipulis suis & ait illis. Ite in castellum quod contra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatum, super quem nemo adhuc hominũ sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit: **Q**uid facitis? dicite, quia domino necessarius est: & continuo illum dimittet huc. Et abeuntes, inuenerunt pullum ligatum ante ianuam, foris, in biuio: & soluerunt eum. Et quidam de illic stantibus, di-

cebant illis, **Q**uid facitis, soluentes pullum? **Q**ui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus: & dimiserunt eos. Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via. Alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternerant in via. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes: Hosanna, benedictus qui venit in nomine domini, benedictum quod venit regnum patris nostri Dauid, hosanna in excelsis. Et introiunt Ierosolymam in templum: & circumspicis omnibus, cùm iam vespere esset hora, exiit in Bethaniam, cùm duodecim. Et alia die cùm exiret à Bethania, esuriit. Cumq; vidisset à longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea. Et cùm venisset ad eam, nihil inuenit præter folia, non enim erat tempus ficorum. Et respondens, dixit ei. Iam nõ amplius in æternum ex te fructum quisquam madducet. Et audiebant discipuli eius.

eius. Et veniunt Ierosoly-
 mam. Et cum introisset in
 templū, cœpit eicere, ven-
 dentes, & ementes in tem-
 plo, & mensas numulario-
 rum, & cathedras venden-
 tium columbas euertit: &
 non sinebat vt quisquam
 trāsferret vas per templū:
 & docebat, dicens eis. Nō-
 ne scriptum est, Quia do-
 mus mea, domus orationis
 vocabitur omnibus genti-
 bus? Vos autē fecistis eam
 speluncā latronum. Quo
 audito, principes sacerdo-
 tum, & scribæ quærebant,
 quomodo eum perderent,
 timebant enim eum: quo-
 niam vniuersa turba admi-
 rabatur sup doctrina eius.
 Et cum vespera facta esset,
 egrediebatur de ciuitate.
 Et cum mane trāsirent, vi-
 derunt sicum aridam factā
 à radicibus. Et recordatus
 Petrus, dixit ei. Rabbi, ec-
 ce sicus cui maledixisti, a-
 ruit. Et respondens Iesus,
 ait illis. Habete fidem dei.
 amen dico vobis, quia qui-
 cunq; dixerit huic monti,
 Tollere & mittere in mare,
 & non hēsitauerit in corde
 suo, sed crediderit, quia

B.

N.

quodcūq; dixerit, fiat: fiet
 ei. Propterea dico vobis,
 omnia quæcunq; orantes
 petitis, credite q̄ accipie-
 tis, & euenient vobis. Et cū
 stabitis ad orandum, dimit-
 tite si quid habeis aduer-
 sus aliquem: vt & pater ve-
 ster qui in cælis est, dimit-
 tat vobis peccata vestra.
 Quod si vos non dimiseri-
 tis: nec pater vester, qui in
 cælis est, dimittet vobis pec-
 cata vestra.

¶ *Festa sexta, ex. iij. Re-
 gum.*

LECTIO PRIMA.

Cumque caneret psal-
 tes, facta est super
 eum man⁹ domini,
 & ait, hæc dicit dñs. Facite
 in alueo torrētis huius fos-
 sas, & fossas. Hæc enim di-
 cit dñs. Non videbitis ven-
 tum, neq; pluuiā: & alueus
 iste replebitur aquis, & bi-
 betis vos, & familię vestrę,
 & iumenta vestra. Parum-
 que est hoc in cōspectu do-
 mini: insuper tradet etiam
 Moab in manus vestras. Et
 percutietis omnem ciuita-
 tem munitā: & omnē urbē
 electā, & vniuersum lignū
 fructiferū succidētis, cun-
 ctosq; fontes aquarū ob-

L

turabitis, & omnē agrum egregium operietis lapidibus. Factum est igitur mane, quando sacrificium offerri solet & ecce, aqua uenit per viam Edom: & repleta est terra aquis. Vniuersi autem Moabitæ, audientes, quod ascendissent reges, ut pugnarent aduersum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo desuper, & steterunt in terminis. Primoque mane surgentes & orto iam sole ex aduerso aquarum, uiderunt Moabitæ ecōtra aquas rubras, quasi sanguinem, dixeruntque, Sanguis gladij est: pugnaverunt reges contra se, & cæsi sunt mutuo: nunc perge ad prædam Moab. Perrexeruntque in castra Israel: porro confurgens Israel, percussit Moab: at illi fugerunt corā eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percusserunt Moab, & ciuitates destruxerunt & omnē agrum optimum, mittentes singuli lapides, & repleuerunt. & uniuersos fontes aquarum obturauerunt: & omnia ligna fructifera succiderunt,

ita ut muri tantum fideles remanerent: & circumdata est ciuitas à fundibulariis, & magna ex parte percussa. Quod cum uisisset rex Moab, præualuisse scilicet hostes, tulit secum septingentos viros educētes gladios, ut irrūperent ad regē Edom: & non potuerunt, Arripiensque filiū suū primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocaustum super murum: & facta est indignatio magna in Israel, statimque recesserunt ab eo, & reuersi sunt in terram suam.

¶ **Secundū Marcū. cap. II.**

Lectio secunda.

Et ueniunt rursum Ierosolymam. Et cum ambularet in templo, accedūt ad eum summi sacerdotes, & scribæ & seniores, & dicunt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hæc potestatem, ut ista facias? Iesus autē respondens, ait illis, Interrogabo vos & ego, unum uerbum, & respondete mihi. & dicā uobis, in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis de cælo erat, an ex homi-

nibus? Respondete mihi. At illi cogitabāt secum, dicentes. Si dixerimus de cælo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus ex hominibus timemus populum. omnes enim habebant Ioannem, quia verè propheta esset. Et respondentes, dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam. Et cepit illis in parabolis loqui, Vineam plantauit homo, & circumdedit sepem, & fudit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum ceciderūt: & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos aliū seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & cõtumeliis affecerūt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios, quosdam exidentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium charissimū:

& illum misit ad eos, nouissimum, dicens. Quia reuerbuntur filiū meum, Coloni autem dixerunt adiuicem, Hic est hères: venite occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eum occiderunt: & eiecerunt extra vineā. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & pedit colonos, & dabit vineā aliis. Nec scripturam hanc legistis, Lapidē quē reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A dño factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Et quærebant eū tenere: & timuerūt turbam. cognouerūt enim quoniam ad eos parabolā hanc dixerit. Et relicto eo, abierunt, Et mittunt ad eum quosdam ex Phariseis, & Herodianis: vt eū caperēt in verbo. Qui venientes, dicunt ei. Magister, scimus, quia verax es, & non curas quenquā: nec em̄ vilens in facie hoīm, sed in veritate viam dei doces. Licet dare tributū Cæsari: an nō dabimus? Qui sciens versutiā illorū, ait illis, Quid me tentatis?

Sabbato.

afferte mihi denarium, vt videam. At illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei. Cæsaris. Respondens autem Iesus, dixit illis. Reddite igitur quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo.

¶ Sabbato, ex. iij. Regū. cap. 4. Lectio prima.

Mulier autē quædā de vxoribus pphe tarū, clamabat ad Eliszum, dicens. Seruus tuus vir meus mortu⁹ est, & tu nosti quia seruus tu⁹ fuit, timens dominum. & ecce creditor venit, vt tollat duos filios meos: ad seruandū sibi. Cui dixit Eliszus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa respondit, Non habeo ancilla tua quicquā in domo mea, nisi parum olei quo vingar. Cui ait, Vade, pete mutuo ab omnibus vicinis tuis, vasa vacua, non pauca. Et ingredere, & claude ostium tuū, cūm intrinsecus fueris, tu, & filij tui: & mitte inde in omnia vasa hæc: &

cūm plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clausit ostium super se, & super filios suos: illi offerebant vasa, & illa infundebat. Cumque plena fuissent vasa, dixit ad filium suum, Affere mihi adhuc vas. Et ille respondit, Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autē illa, & indicauit homini dei. Et ille, vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem, & filij tui viuite de reliquo. Facta est autem quædā dies, & transibat Eliszus per Sunam: erat autem ibi mulier magna, quæ tenuit eum, vt comederet panem: eumq; frequenter inde transiret, diuertebat ad eā, vt comederet panē. Quæ dixit ad virū suū, Añaduerto, q̄ vir dei sanct⁹ est iste, qui transit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculū paruum, & ponamus ei in colectulū, & mensam & sellā, & candelabrū, & cūm venerit ad nos, maneat ibi. Facta est ergo dies quædā, & veniēs diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitq; ad Giezi puerū suū,

Voca Sunamitidē istam. Qui cū vocasset eam, & il-
la stetit coram eo, dixit
ad puerū suum, Loquere
ad eam? Ecce sedule in om-
nib⁹ ministrasti nobis, qd
vis vt faciam tibi? nunquid
habes negotiū, & vis vt lo-
quar regi, siue principi mi-
litæ? Quæ respondit, in
medio populi mei habito.
Et ait. Quid ergo vult vt
faciā ei? Dixitq; Giezi, Ne
quæras: filium enim nō ha-
bet, & vir eius senex est.

¶ **Secundū Marcū. Lec. ij.**

ET venerunt ad eum
Sadducæi, qui dicunt
resurrectionē non esse,
& interrogabāt eum, di-
cētes, Magister, Moses no-
bis scripsit, vt si cuius fra-
ter mortuus fuerit, & dimi-
serit vxorem, & filios non
reliquerit: accipiat frater
eius vxorem ipsius, & resu-
scitet semen fratri suo. Se-
ptē ergo fratres erāt: & pri-
mus recepit vxorē, & mor-
tuus est non relicto semi-
ne. Et secundus accepit eā,
& mortu⁹ est: & nec iste re-
liquit semen. Et tertius si-
militer. Et acceperunt eam
similiter septem: & non re-

liquerunt semen. Nouissi-
ma omnium defuncta est
& mulier. In resurrectione
ergo cū resurrexint, cuius
de his erit vxor? septē enī
habuerūt eam vxorem. Et
respondens Iesus, ait illis.
Nonne ideo erratis, non
scientes scripturas, neque
virtutē Dei? Cū enim à
mortuis resurrexerint, ne-
que nubēt, neq; nubētur,
sed sunt sicut angeli dei in
cælis. De mortuis autem,
quod resurgant, non legi-
stis in libro Mosi, super ru-
brum quomodo dixerit il-
li Deus, inquiēs, Ego sum
Deus Abraham, & Deus
Isaac, & Deus Iacob? Non
est Deus mortuorū, sed vi-
uorum. Vos ergo multum
erratis. Et accessit vnus de
scribis, q̄ audierat illos cō-
quirētes: & videns quoniā
bene illis responderit, in-
terrogauit eum, quod esset
primum omnium manda-
tum. Iesus autem respōdia
ei, quia primum omnium
mādatum est, Audi Israel,
dominus Deus tuus vnus
est. Et diliges dñm Deum
tuum ex toto corde tuo &
ex tota anima tua, & ex to-

ta mente tua, & ex tota vir-
tute tua. Hoc est primum
mandatum. Secundum au-
tem, simile est illi, Diliges
proximum tuum, tanquam
teipsum. Maius horum aliud
mandatum non est. Et ait
illi scriba. Bene magister,
in veritate dixisti, quia v-
nus est Deus, & non est al-
ius præter eum. Et vt dili-
gatur ex toto corde, & ex
toto intellectu, & ex tota
anima, & ex tota fortitudi-
ne, & diligere proximum
tanquam seipsum: maius est
omnibus holocaustomatibus,
& sacrificiis. Iesus autem
videns quod sapienter re-
spondisset, dixit illi. Non
es longè à regno Dei. Et ne-
mo iam audebat eum inter-
rogare. Et respondens Iesus
dicebat, docens in templo.
Quomodo dicunt scribæ
Christum filium esse Da-
uid? Ipse enim Dauid dixit
in spiritu sancto, Dixit do-
minus domino meo, sede
à dextris meis, Donec po-
nā inimicos tuos, scabellū
pedū tuorū. Ipse ergo Da-
uid dicit eum Dñm: & unde
est filius eius? Et multa tur-
ba eum libenter audiuit.

Dñica. xxj. post Pentecost.
ex quarto Regū Lectio. 1.

PRæcepit itaque vt vo-
caret eam: que cū voca-
ta fuisset, & steterisset an-
te ostium, dixit ad eam, In
tempore isto, in hac eadē
hora, si vita comes fuerit,
habebis in utero filium. At
illa respondit, Noli quæso
dñe mi, vir Dei, noli men-
tiri ancillæ tuæ. Et conce-
pit mulier, & peperit filiū
in tempore, & in hora eadē,
quæ dixerat ei Eliseus. Cre-
uit autē puer. Et cum esset
quædā dies, & egressus es-
set ad patrē suū, ad messo-
res, ait patri suo, Caput
meum, caput meū. At ille
dixit puero, Tolle, duc eū
ad matrem suam. Qui eū
tulisset, & duxisset eum ad
matrem suam, posuit eam
illa super genua sua, vsque
ad meridiem, & mortuus
est. Ascendit autem, & col-
locavit eum super lectulū
hominis Dei, & clausit ho-
stium, & egressū vocavit
virum suum, & ait, Mitte
mecum obsecro vnum de
pueris, & asinam, vt excur-
ram vsque ad hominem
Dei, & reuertar. Qui ait il-

li. **Q**uam ob causam vadis ad eum? hodie nō sunt Calendæ, neque Sabbatum. **Q**uæ respondit, Vadam. **S**trauitq; asinam, & præcepit puero Mina, & propera, ne mihi morā facias in eūdo: & hoc age quod præcipio tibi. **P**rofecta est igitur, & venit ad virum Dei in montē Carmeli: cumq; vidisset eam vir Dei, ē contra, ait ad Giezi puerū suū. **E**cce Sunamitis illa. **V**ade ergo in occursum eius, & dic ei, Rectē ne agitur circa te, & circa virum tuum, & circa filium tuum? **Q**uæ respōdit, Rectē, **C**umq; venisset ad virum Dei, in montem, apprehendit pedes eius, & accessit Giezi, vt amoueret eam. **E**t ait homo Dei. **D**imitte illā, anima enim eius in amaritudine est, & Domin⁹ celauit a me, & non indicauit mihi. **Q**uæ dixit illi, **N**unquid petiui filiū a domino meo? nunquid non dixi tibi, **N**e illudas me? **E**t illē ait ad Giezi, **A**ccige lūbos tuos, & tolle baculum meum in manu tua, & vade. **S**i occurrerit tibi homo, nō salutes

eū: & si saluauerit te quispian, non respondeas illi, & pones baculum meū super faciē pueri. **P**orrō mater pueri ait. **V**iuuit dominus, & viuuit anima tua, nō dimittā te. **S**urrexit ergo, & sequutus est eam. **G**iezi autē præcesserat ante eos, & posuerat baculum super faciē pueri: & non erat vox, neque sensus reuerfusq; est in occursum eius, & nuntiavit ei, dicēs, **N**on surrexit puer.

¶ **Secundum Marcum.**

Lectio secunda.

ET dicebat eis in doctrina sua, **C**auete a scribis, qui volunt in stolis ambulare, & saluari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis, qui deuorāt domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis, hi accipiēt prolixius iudicium. **E**t sedens Iesus cōtra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylaciū, & multi diuites iactabāt multa. **C**ū venisset autē vidua vna pauper misit, duo minuta, quæ

Dominica xxj. post Pentecosten.

est quadrās. Et conuocans discipulos suos, ait illis. Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper, plus omnibus misit, qui miserū in gazophylaciū. Omnes enim ex eō quoddā abundabat illis, miserunt: hæc vero de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum. Et cū egredere-
retur de tēplo, ait illi vnus ex discipulis suis. Magister aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respōdens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem, qui nō destruatur. Et cum sederet in monte oliuarum contra templū, interrogabāt eum separatim, Petrus, & Iacobus, & Ioānes, & Andreas, dic nobis quādo ista fient? & quod signum erit, quando hæc oīa incipient consummarī? Et respōdens Iesus, cœpit dicere illis. Videte, ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo, dicentes, quia ego sum: & multos seducēt. Cū audieritis autem bella, & opiniones bello-

rum, ne timueritis, oportet enim hæc fieri, sed nondum finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnū: & erūt terræ motus per loca, & fames. Initium dolorū, hæc. Videte autē vosmetipsos. Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides, & reges stabitis, propter me in testimonium illis. Et in omnes gentes primum oportet prædicari euangelium. Et cū duxerint vos tradentes, nolite p̄cogitare quid loquamini: sed quod datū vobis fuerit in illa hora, id loquamini: non enim vos estis loquentes, sed spiritus sanctus. Tradet autē frater fratrem in mortē, & pater filiū: & cōsurgent filij in parentes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meū. Qui autē sustinuerit in finem, hic saluus erit.

¶ Secundum Mattheum. cap. 18. Lectio tertia.

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc, Simile est regnum cælorum, ho-

mini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et reliqua.

¶ *Homilia scilicet Augu. epi.*

Narrauit dominus similitudinem valde terribilem, quia simile est regnum calorum homini patrifamilias: qui posuit rationem cum seruis suis: in quibus inuenit debitorem decem millium talentorum. Et cum iussisset, ut omnia quae habebat, & omnis eius familia, & ipse viderentur: & debitum solueretur: aduolutus genibus domini sui, rogabat eum dilationem, & meruit remissionem. Misertus est enim, dominus eius, sicut audiui mus. & omne debitum dimisit illi. At ille debito liber, sed iniquitatis seruus: postquam egressus est a facie domini sui: inuenit etiam ipse debitorem suum, qui debebat non decem millia talentorum, quantum ipsius debitum fuit: sed centum denarios, cepit suffocare eum: trahere, & dicere, redde quod debes. At ille rogabat conseruum, sicut ipse rogauerat dominum, sed non ta-

lem ipse inuenit conseruum, qualem ille dominum. Non solum illi remittere debitum noluit, sed nec dilationem dedit. Contortum rapiebat ad solutionem, iam debito dominico liber. Displicuit conseruis. & rerum uenturae domino suo quod actum esset.

Oratio.

Familiam tuam quaesumus domine, continua pietate custodi, ut a cunctis aduersitatibus te protegente, sit libera: & in bonis actibus, tuo nomini sit deuota: Per dominum.

¶ *Feria. ij. ex quarto Regum. Lectio prima.*

Ingressus est ergo Eliseus domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque clausit ostium super se: & super puerum. & orauit ad dominum. Et ascendit, & incubuit super puerum: posuitque os suum super os eius, & oculos suos super oculos eius, & manus suas super manus eius: & incuruauit se super eum, & calefacta est caro pueri. At ille reuersus, deambulauit in domo semel: huc atque illuc; & ascendit,

& incubuit super eum: & oscitavit puer septies, aperuitq; oculos. Et ille vocavit Giezi, & dixit ei, Voca Sunamitiden: hanc. Quæ vocata ingressa est ad eum. Qui ait, Tolle filium tuum. Venit illa, & corruit ad pedes eius, & adoravit super terram: tulitq; filium suum, & egressa est, & Eliseus reuersus est in Galgala. Erat autem fames in terra, & filij prophetarum habitabant coram eo, dixitque vni de pueris, Pone ollam grandem, & coque pulmentum filiis prophetarum. Et egressus est vnus in agrum vt colligeret herbas agrestes, inuenitq; quasi vitem silyuestrem, & collegit ex ea colocynthidas agri, & impleuit pallium suum, & reuersus conscidit in ollam pulmenti: nesciebat enim quid esset. Infuderunt ergo socijs, vt comederent: cumq; gustassent decoctionem: exclamauerunt dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille. Afferte, inquit, farinam. Cumq; tulissent, misit in ollam, & ait, Infunde turbam, vt comedant. Et non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Baalsalifa, deferens viro dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumetum nouum in pera sua. At ille dixit. Da populo, vt comedat. Responditque ei minister eius, Quantum est hoc vt apponam coram centum viris? rursus ille ait. Da populo, vt comedat. hæc enim dicit dominus, comedent, & supererit. Posuit itaq; coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum domini.

Secundum Marcum. Lec. ij.

Cum autem videritis abominationem desolationis stantem, vbi non debet (qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa sunt, fugiant in montes, & qui super tectum: ne descendant in domum, nec introeat, vt tollat quod de domo sua. & qui in agro erit: non reuertatur retro tollere vestimentum suum. Væ autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate verò, vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes

tales, quales nō fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus, vsque nūc, neque fient. Et nisi breuiasset dominus dies, non fuisset salua omnis caro, sed propter electos quos elegit, breuiavit dies. Et tunc si qz vobis dixerit, Ecce hic est Christus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent em̄ pseudochristi, & pseudo-phetæ: & dabunt signa, & portenta, ad seducēdos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte, ecce prędixi vobis omnia. Sed in illis diebus, post tribulationem illam, sol contenebrabitur, & luna nō dabit splēdorem suū, & stellæ cæli erunt decedentes, & virtutes quæ in cælis sunt, movebuntur. Et tunc videbunt filiū hominis venientē in nubibus, cum virtute multa, & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & cōgregabit electos suos, à quatuor vētis, à summo terræ, vsque ad summum cæli. A sicu autē discite parabola. Cū iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis, quia in proximo sit

æstas, sic & vos, cū videritis hæc fieri: scitote, qđ in proximo sit in ostiis. Amē dico vobis, quoniam non trāsibit generatio hæc, donec oīa ista fiant. Cælum, & terra trāsibunt, verba autem mea nō trāsibunt. De die autē illo, vel hora, nemo scit neq; angeli in cælo, neq; filius nisi pater. Videte, vigilate, & orate, nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo, qui peregre progressus, reliquit domum suam. & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori pręcepit vt vigilet. Vigilare ergo (nescitis enim quando dñs domus veniat: sero, an mediā nocte, an galli cātu, an mane) ne cū venerit repente, inueniat vos dormiētes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilare.

Feria tertia, ex. iij. Regum. cap. 5. Lectio prima.

NAaman autem princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominū suū, & honoratus: per illū enim dedit Dominus salutē Syriæ; erat autem vir fortis,

& diues, ſed leproſus. Por-
 rò de Syria egreſſi fuerant
 latrunculi: & captiuam du-
 xerant de terra Iſrael puel-
 lam paruulam, quæ erat in
 obſequio vxoris Naaman,
 quæ ait ad dominam ſuam,
 Vitam fuiſſet Dñs meus
 ad prophetã qui eſt in Sa-
 maria: profecto curaffet
 eum à lepra, quã habet. In-
 greſſus eſt itaq; Naamã ad
 dominum ſuum, & nuntia-
 uit ei, dicens. Sic & ſic lo-
 quuta eſt puella de terra Iſ-
 rael. Dixitq; ei rex Syriæ,
 Vade, & mittam literas ad
 regẽ Iſrael. Qui cùm pro-
 fectus eſſet, & tuliffet ſecũ
 decẽ talenta argenti, & ſex
 millia aureos, & decẽ mu-
 tatoria veſtimẽtorum, de-
 tulit literas ad regẽ Iſrael,
 in hæc uerba, Cùm accepe-
 ris epistolam hanc, ſcito
 quod miſerim ad te Naa-
 man ſeruum meũ, vt cures
 eum à lepra ſua. Cumq; le-
 giſſet rex Iſrael literas, ſci-
 dit veſtimenta ſua, & ait.
 Nunquid Deus ego ſum,
 vt occidere poſſim, & vi-
 uificare, quia iſte miſit ad
 me, vt curem hominem à
 lepra ſua, animaduertite,

& videte, quot occaſiones
 quærat aduerſum me. Qũ
 cùm audiſſet Eliſæus vir
 Dei, ſcidiſſe videlicet regẽ
 Iſrael veſtimenta ſua, miſit
 ad eum, dicens. Quare ſci-
 diſti veſtimenta tua? veniat
 ad me, & ſciat eſſe prophe-
 tam in Iſrael.

¶ *Ex epiſto. Pauli ad Co-
 loſſenſes. cap. i. Lectio. ii.*

PAulus apoſtolus Ieſu
 Chriſti, per volunta-
 tem Dei, & Timotheo
 frater iis, q̄ ſunt Colofſis,
 ſanctis & fidelibus fratribus
 in Chriſto Ieſu, gratia vo-
 bis, & pax à deo patre. no-
 ſtro. Gratias agimus Deo
 & patri domini noſtri Ieſu
 Chriſti ſemper pro vobis
 orantes, audientes fidẽ ve-
 ſtram in Chriſto Ieſu, & di-
 lectionem, quam habetis
 in ſanctos omnes, propter
 ſpem, quæ reſoſita eſt vo-
 bis in cælis, quam audiſtis
 in verbo veritatis euange-
 lij, quod peruenit ad vos,
 ſicut & in vniuerſo mũdo
 eſt, & fructificat, & creſcit,
 ſicut & in vobis, ex ea die
 qua audiſtis, & cognoui-
 ſtis gratiã Dei, in veritate,
 ſicut didiciſtis ab Epaphra

charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiam manifestauit nobis dilectionem vestram, in spiritu. Ideo & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes, & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia, & intellectu spirituali, ut ambuletis dignè Deo, per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in omni virtute confortati secundum potentiam claritatis eius, in omni patientia, & longanimitate: cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filii dilectionis sue, in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creature, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in celis, & in terra, visibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue princi-

patus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. & ipse est caput corporis ecclesie, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut sit in omnibus ipse primatum tenens: quia in ipso placuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia, in ipsum pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in celis sunt.

¶ **Feria quarta, ex. iij. Regum. Lectio prima.**

Venit ergo Naaman cum equis, & curribus, & iteuit ad ostium domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nuntium, dicens, Vade, & laua te septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam, quod egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen domini Dei sui, & tangeret manu sua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non meliores sunt Amœna, & Pharphar fluuij Damasci, omnibus aquis Israel, ut lauer in

eis, & munder? Cum ergo
vertisset se, & abiret indi-
gnans, accesserunt ad eum
serui sui, & locuti sunt ei.
Pater, si rem grandē dixis-
set tibi propheta, certē fa-
cere debueras: quantō ma-
gis quia nūc dixit tibi, La-
uare, & mundaberis? Descē-
dit, & lauit in Iordane se-
pties iuxta sermonem viri
Dei: & restituta est caro e-
ius, sicut caro pueri paruu-
li, & mundatus est. Reuer-
susq; ad virum Dei cū vni-
uerso comitatu suo venit,
& stetit corā eo, & ait. Ve-
rē scio q̄ non sit Deus in
vniuersa terra, nisi tantūm
in Israel. Obsecro itaq; vt
accipias benedictionem à
seruo tuo. At ille respon-
dit, Viuit dñs ante quem
sto, quia nō accipiā. Cum-
que vim faceret, penitus
non acquieuit. Dixitque
Naamā vt vis: sed obsecro
cōcede mihi seruo tuo, vt
tollam onus duorum bur-
donum de terra: non enim
faciet ultra seruus tuus ho-
locaustum, aut victimam
diis alienis, nisi dño. Hoc
autē solum est, de quo de-
preceris dominum pro ser-

uo tuo. Quando ingredi-
tur dñs meus tēplum Rē-
mon, vt adoret & illo inni-
tōte super manum meam,
si adorauero in tēplo Rē-
mon, adorante eo in eodē
loco. vt ignoscat mihi do-
minus seruo tuo, pro hac
re. Qui dixit ei vade in pa-
ce. Abiit ergo ab eo electo
tempore.

¶ Ex episto. Pauli ad Co-
lossenses. cap. i. Lectio. ij.

ET vos cum essetis, ali-
quādo alienati, & ini-
miei sensu, in operib⁹
malis: nunc autē recōcilia-
uit in corpore carnis suæ
per mortem, vt exhiberet
vos sanctos, & immacula-
tos, & irreprehēribiles co-
ram ipso, si tamē permanē-
tis in fide fundati, & stabi-
les, & immobiles à spe euā-
gelij quā audistis, & quod
prædicatū est in vniuersa
creatura, quæ sub cælo est,
cuius factus sum ego Pau-
lus minister: qui nunc gau-
deo in passionibus pro vo-
bis, & adimpleo ea, quæ de-
sunt passionum Christi, in
carne mea pro corpore e-
ius, quæ est ecclesia. Cuius
factus sum ego minister,

secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, ut impleam verbum dei, mysteriũ quod absconditum fuit à sæculis, & generationibus, nũc aut̃ manifestauit est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripietes omnem hominẽ, & docentes omnem hominem, in sapientia, ut exhibeamus omnẽ hominem perfectũ in Christo Iesu, in quo & laboro, certando secundũ operationẽ eius quã operatur in me in virtute. Volo enim vos scire qualẽ sollicitudinem habeã pro vobis, & pro iis qui sunt Laodicez, & quicunq; non viderunt faciẽ meam in carne: ut consolẽtur corda ipsorum instructi in charitate, & in omnes diuitias, plenitudinis intellectus, in agnitionem misteriũ Dei, & patris, & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi. Hoc autẽ dico: ut ne-

mo vos decipiã in sublimitate sermonum, Nã etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum, gaudens, & videns ordinẽ vestrum, & firmamentũ eius quẽ in Christo est, fidei vestræ? Sicut ergo accepistis Iesum Christum dominũ: in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & cõfirmati in fide, sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarum actione.

¶ Feria quinta, ex quarto Regum. cap. 5. Lectio. 1.

Dixitque Giezi puer viri Dei, Pepercit dominus meus Naaman Syro isti, ut non acciperet ab eo quæ attulit: viuit dominus, quia curram post eum, & accipiã ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cũ vidisset ille currẽtem ad se, desiliit de curru in occursum ei, & ait. Recte ne sunt omnia? Et ille ait. Recte: dominus meus misit me ad te, dicens. Mõdo venerũt ad me duo adulescẽtes de mõte Ephraim, ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, & ve-

Res mutatorias duplices. Dixitque Naamā . Melius est, vt accipias duo talenta. Et coegit eum, ligauitque duo talenta argēti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt corā eo . Cumq; venisset iam vesperi, tulit de manu eorū, & reposuit in domo, dimisitq; viros, & abierūt, ipse autē ingressus, stetit corā dño suo, Et dixit Elifæus, Vnde venis Giezi? Qui respōdit, Non iuit seruus tuus quocūq;. At ille ait. Nonne cor meū in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo i occursum tui? Nūc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas, & oues, & boues & seruos, & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsq; in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus, quasi nix.

¶ *Ex epistol. Pauli ad Corinthenses. Lectio secunda.*

Videte ne quis vos decipiat, per philosophiam, & inanē fal-

laciā. secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & nō secundum Christum. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus, & potestatis: in quo & circumcisi estis circumcisione nō manufacta in expoliatione corporis carnis, sed in circumcisione Christi, consēpulti ei in baptismo, in quo & resurrexistis per fidem operationis dei, qui suscitauit illum à mortuis. Et vos, cū mortui essetis in delictis, & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cū illo: donans vobis oīa delicta, delēs quod aduersus nos erat, chirographū decreti, quod erat cōtrarium nobis, & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolias principatus & potestates traduxit confidenter palā, triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum: quæ sunt umbra futurorū, corpus.

pus autem Christi. Nemo vos seducat, volens: in humilitate, & religione angelorum, quæ non vidit ambulans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & nõ tenens caput, ex quo totum corpus per nexus, & conjunctiones subministratũ, & constructũ crescit in augmentum Dei. Si ergo mortui estis cũ Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tanq̃ viuẽtes in mudo, decernitis? Ne tetigeris, neq; gustaueris, neque cõtractaueris? quæ sunt oĩa in interitu ipso vsu, secundũ præcepta, & doctrinas hominũ: quæ sunt rationẽ quidẽ habetia sapientiæ, in superstitione, & humilitate, & nõ ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis.

¶ Feria sexta, ex quarto Regum. Lectio prima.

Dixerunt autem filij prophetarũ ad Eliseum. Ecce, locus in quo habitamus corã te. angustus est nobis. eamus vsque ad Iordanem, & tollant singuli de sylua materialias singulas, vt ædificem⁹

B. N.

nobis ibi locũ, ad habitandum. Qui dixit, Ite: & ait vnus ex illis. Veni ergo & tu, cum seruis tuis. Respondit. Ego ventũ. Et abiit cũ eis. Cumq̃ue venissent ad Iordanem, cõdebant ligna. Accidit autẽ, vt cũ vnus materiam succidisset, caderet ferrum securis in aquã: exclamauitq̃ue ille, & ait. Heu, heu, heu, domine mi, & hoc ipsum mutuo acceperam. Dixit autem homo dei. Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum: præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauiq̃ue ferrum, & ait. Tolle. Qui extendit manũ, & tulit illud. Rex autẽ Syriæ pugnabat cõtra Israel, consiliũq̃ue inuit cũ seruis suis, dicens, In loco illo, & illo ponam⁹ insidias. Misit itaque vir Dei ad regem Israel, dicẽs, Caue ne trãseas in locum illũ: quia ibi Syrii in insidiis sunt. Misit itaq; rex Israel ad locũ quem dixerat ei vir dei, & præoccupauit eũ, & obseruauit se ibi, non semel, neque bis. Conturbatũque est cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis

K

suis, ait. Quare non indica-
tis mihi quis proditor mei
sit apud regem Israel? Di-
xitque vnus seruatorum eius,
Nequaquam domine mi rex,
sed Elifaz propheta, qui
est in Israel, indicat regi Is-
rael omnia verba, quae cum
que locutus fueris in con-
clau tuo. Dixitque eis. Ite,
& videte vbi sit vt mittam,
& capiam eum. Annuntia-
ueruntque ei, dicentes. Ec-
ce in Dothain. Misit ergo
illuc equos, & currus & ro-
bur exercitus, qui cum ve-
nissent nocte, circumdederunt
ciuitatem.

*Ex epistola Pauli ad Co-
lossenses. Lectio secunda.*

Igitur si confurrexistis
cum Christo: quae sur-
sum sunt querite, vbi
Christus est in dextera dei
sedens, quae sursum sunt sa-
pientiae: non quae super ter-
ram. Mortui enim estis: &
vita vestra est abscondita
cum Christo in Deo. Cum
autem Christus apparue-
rit, vita vestra: tunc & vos
apparebitis cum ipso in glo-
ria. Mortificate ergo mem-
bra vestra, quae sunt super
terram, fornicationem, im-

mundiciam, libidinem, con-
cupiscentiam malam, & au-
aritiam, quae est simula-
chorum seruitus, propter
quae venit ira Dei super fi-
lios incredulitatis, in qui-
bus ambulastis aliquando,
cum viueretis in illis. Nunc
autem deponite & vos om-
nia iram, indignationem,
malitiam, blasphemiam, tur-
pem sermonem de ore ve-
stro. Nolite mentiri inui-
cem: expoliantes vos ve-
terem hominem, cum acti-
bus suis, & induentes no-
uum, eum qui renouatur
in agnitionem, secundum
imaginem eius, qui creauit
illum. vbi non est gentilis,
& ludaeus, circumcisio, &
praeputium, Barbarus, &
Scythae, seruus, & liber: sed
omnia, & in omnibus Chri-
stus. Induite vos ergo, si-
cut electi Dei sancti, & di-
lecti, viscera misericordiae,
benignitatem, humilitatem,
modestiam, patientiam, im-
portantes inuicem, & do-
nantes vobismetipsis, si-
quis aduersus aliquem ha-
bet querelam, sicut & do-
minus donauit vobis: ita
& vos. Super omnia autem

hæc, charitatem habete, quod est vinculum perfectionis, & pax Christi exaltet in cordibus vestris, in quam & vocati estis, in vno corpore, & grati estote. Verbum Christi habitet in vobis abundanter, in omni sapientia docentes, & commonentes vosmet ipsos, psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, in gratia cantantes, in cordibus vestris Deo. Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine domini nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo, & patri per ipsam. Mulieres, subditæ estote viris, sicut oportet, in domino. Viri diligite uxores: & nolite amari esse ad illas. Filij, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum est in domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros: vt nõ pusillo animo fiant. Serui, obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placetes, sed in simplicitate cordis timentes Deum. Quodcũq;

facitis, ex animo operamini, sicut domino, & nõ hominibus: scientes, quod à Domino accipietis retributionem hereditatis. Domino Christo seruite. qui enim iniuriã facit: recipiet id quod iniquè gessit, & non est personarum acceptio apud Deum.

*Sabbato, ex. iiii. Regum.
Lectio prima.*

Consurgens autè di-
Iuculo minister viri
Dei egressus est vi-
ditque exercitũ in circum-
itu ciuitatis, & equos, &
cyrrus: nuntiauitque ei, di-
cens, heu, heu, heu, domi-
ne mi, quid faciemus? At il-
le respondit, Noli timere:
plures enim nobiscũ sunt,
quàm eũ illis. Cũque o-
rasset Eliseus, ait, Domi-
ne, aperi oculos huius, vt
videat. Et aperuit dominus
oculos pueri, & vidit: & ec-
ce mons plenus equorum,
& curruum igneorum, in
circumitu Elisei. Hostes
verò descenderũt ad eum:
porro Eliseus crauit ad
dominum, dicens. Percu-
te obsecro gentẽ hanc ex-
citate. Percussitq; eos Do-

Sabbato.

minus, ne viderent, iuxta
 verbum Elisei. Dixit autē
 ad eos Eliseus. Nō est hęc
 via, neq; ista est ciuitas, se
 quimini me, & ostendā vo
 bis virum quem queritis.
 Duxit ergo eos in Sama
 riam. Cūq; ingressi fuif
 sent in Samariam, dixit E
 liseus. Domine aperi oculo
 s istorum, vt videant. A
 peruitq; dominus oculos
 eorum, & viderunt se esse
 in medio Samarię. Dixit
 que rex Israel ad Eliseum,
 cū vidisset eos. Nunquid
 percutiam eos pater mi? Et
 ille, ait, Non percuties: ne
 que enī cepisti eos gladio,
 & arcu tuo, vt pcutias: sed
 pone panem, & aquam co
 ram eis, vt comedant, & bi
 bant, & vadant ad dominū
 suum. Appositaque est eis
 ciborum magna præpara
 tio, & comederūt, & bibe
 runt, & dimisit eos, abie
 runt que ad dominū suum.
 Et vltra nō venerūt latro
 nes Syrię in terram Israel.

¶ *fix epistola Pauli ad Co
 lossenses, cap. 4. Lectio. ij.*

Domini, quod iustū
 est, & æquum, ser
 uis præstare, scien

tes, quod & vos dominum
 habetis in celo. Orationi
 istate: vigilantes in ea in
 gratiarum actione: orātes
 simul & pro nobis, vt deus
 aperiat nobis ostiū sermo
 nis, ad loquendum myste
 riū Christi (propter quod
 etiā vincētus sum) vt ma
 nifestem illud, ita vt oport
 tet me loqui. In sapientia
 ambulate ad eos qui foris
 sunt: tempus redimentes.
 Sermo vester semper ī gra
 tia sale sit conditus: vt scia
 tis, quomodo oporteat vos
 vniciq; respōdere, *Quę*
 circa me sunt, omnia vobis
 nota faciet Tychicus cha
 rissim⁹ frater: & fidelis mi
 nister, & conseruus in Do
 mino, quē misi ad vos, ad
 hoc ipsum, vt cognoscat q̄
 circa vos sunt, & console
 tur corda vestra, cū Onesi
 mo charissimo & fideli fra
 tre, qui ex vobis est: qui o
 mnia quę hic aguntur, no
 ta faciet vobis. Salutat vos
 Aristarchus concaptiuus
 meus, & Marcus cōsobri
 nus Barnabę (de quo acce
 pistis mādāta. Si venerit ad
 vos, suscipite illū) & Iesus
 qui dicitur iustus. qui sunt

Et circūcisioe, hi soli sunt
ad utores mei in regno dei:
qui mihi fuerunt solatio.
Salutat vos Epaphras, qui
ex vobis est, seruus Chri-
sti Iesu semper sollicitus p-
vobis in orationib⁹, vt ste-
tis perfecti, & pleni in om-
ni voluntate Dei. Testimo-
nium enim illi perhibeo,
quod habet multum labo-
rē pro vobis, & pro iis qui
sunt Laodicez, & qui Hie-
rapoli. Salutat vos Lucas
medicus charissim⁹, & De-
mas. Salutate fratres qui
sunt Laodicez, & Nym-
pham, & quæ in domo ei⁹
est ecclesiam. Et cū lecta
fuerit apud vos epistola
hæc, facite, vt & in Laodi-
censium ecclesia legatur, &
ea quæ Laodicensium est,
vt vobis legatur. Et dicite
Archippo, Vide ministe-
rium quod accepisti in do-
mino, vt illud impleas. Sa-
lutatio mea manu Pauli.
Memores estote vinculo-
rum meorum, Gratia do-
mini nostri Iesu Christi vo-
biscum, Amen.

¶ Dominica. xxij. post Pē-
necost. ex quarto libro Re-
gum. *Lectio prima.*

FActum est autem post
hæc, congregauit Be-
nadad rex Syriæ, vni-
uersum exercitum suum,
& ascendit, & obsidebat Sa-
mariam. Factaq; est fames
magna in Samaria: & tādū
obsessa est, donec venūda-
retur caput asini octogin-
ta argenteis, & quarta pars
cibi stercoreis columbarum
quinque argenteis. Cūq;
rex Israel transiret per mu-
rum, mulier quædā excla-
mavit ad eum, dicēs. Salua
me domine mi rex. Qui ait,
non te saluet dominus: vn-
de te possum saluare? de a-
rea, vel de corculari? Di-
xitque ad eum rex, Quid
tibi vis? Quæ respondit, Mu-
lier ista dixit mihi, da filiū
tuum, vt comedamus eum
hodie, & filium meum co-
medemus cras. Coximus
ergo filium meū, & come-
dimus. Dixitque ei die al-
tera, Da filiū tuū, vt come-
damus eum. Quæ abscon-
dit filium suū. Quod cū
audisset rex scidit vestimē-
ta sua, & transibat per mu-
rum. Viditque omnis po-
pulus cilicium, quo vesti-
tus erat rex, ad carnem, in-

trinfecus. Et ait rex, Hæc mihi faciat deus, & hæc cadat, si steterit caput Elisæi filij Saphat sup ipsum hodie. Elisæus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit itaque viri: & antequam veniret nuntius, ille dixit ad senes, Nūquid scitis, quòd miserit fili' homicide' huc, vt præcidatur caput meū? videte ergo cūm venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eum introire: ecce enim sonitus pedū domini eius post eum est. Adhuc illo loquente eis apparuit nuntius, qui veniebat ad eum, & ait. Ecce tantum malum à domino est: quid amplius expectabo à domino?

¶ Ex epistola Pauli ad Timotheum secunda. Cap. 1.

Lectio secunda.

Paulus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, secundum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu: Timotheo charissimo filio, gratia, & misericordia, & pax à deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro,

Gratias ago Deo meo, cui seruo à progenitoribus meis in cōscientia pura, q̄ sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desyderans te videre, memor lachrymarum tuarū, vt gaudio implear, recollectionem accipiēs eius fidei quæ est in te non ficta, quæ habitauit primum in aua tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem, quòd & in te. Prepter quā causam admoneo te, vt resuscites gratiam Dei, quæ est ī te per impositionem manuum mearū. Nō enim dedit nobis Deus spiritum timoris, sed virtutis & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri: neque me vinctum eius: sed collabora euangelio, secundum virtutem Dei, qui nos liberauit, & vocauit vocatione sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum suū, & gratiam quæ data est nobis in Christo Iesu ante tēpora secularia. Manifestata est autem plū

per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & in corruptione per euangelium: in quo positus sum ego prædicator, & apostolus, & magister gentium. Ob quã causam etiã hæc patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi: & certus sum quia potes est depositum meum seruari in illum diem. Formam habeo sanorum verborum, quæ à me audisti in fide, & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auersi sunt à me oēs qui in Asia sunt: ex quibus est Phygellus, & Hermogenes. De misericordiam dominus Onesiphori domui: quis sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit, sed cum Romam venisset: sollicitè me quæsiuit, & inuenit. De illi dominus inuenire misericordiam à Deo in illa die. Et quãta Ephesi ministravit mihi; tu melius nosti.

*¶ Secundum Matth. cap. 12.
Lectio tertia.*

In illo tempore. Abentes Pharisei consilium inierunt, ut caperent Iesum in sermone. Et reli.

Homilia sancti Iohannis epi.

Omnis malitia confunditur aliquotiens ratione veritatis: corrigitur autem nunquam maxime eorum qui proposito malo, & non ignorantia peccant. Ecce enim sacerdotes postquam terrere dominum non potuerunt, dicentes, in qua potestate hæc facis? postquam parabolarum ratione restricti, sub iudicio ipsi se reos fecerunt, dicentes. Malos male perdet nemine contra eos dicente testimonium, nisi conscientia sola. Nunquid non compunxit eos timor peccati? nunquid non contempsit eos vel libertatis consideratio? Sed quid? Abierunt: & consilium acceperunt ut eum caperent in sermone. *¶* Quomodo si quis claudere voluerit currentis aquæ meatum, si una ex parte clausa fuerit aquæ violentia: aliunde sibi

femitam rumpit. Sic & eorū malignitas ex vna parte confusa aliam sibi aditum adinuenit: sicut enim non potest fieri vt ligna mittendo extinguas ignem: sic fieri non potest, vt rationem reddēdo places hominem malum. Et sicut ignis quanto magis ligna susceperit, in maiorem flāmam erigitur: sic animus malus: quanto magis veritatem audierit: tanto amplius in malitiam excitatur. Abierūt ergo, & cōsiliū acceperūt. Quo abierunt? Ad Herodianos: Nam ex eō quōd non dicit consiliati sunt: sed cōsiliū acceperunt: ex eō quōd pariter cū Herodianis venerunt: apparet quōd cum illis huiusmodi circumventionis cōsiliū tractauerunt.

Oratio.

Deus refugium nostrū, & virtus, adesto piis ecclesie tue precibus, author ipse pietatis, & præsta, vt quod fideliter petimus: efficaciter cōsequamur. Per dominū nostrum Iesum Christum filiū tuū.

¶ Feria secunda, ex quarto Regum. cap. 7. Lectio.

Dixit autem Elizeus, **A**u ite verbum domini, Hęc dicit dominus, In tēpore hęc cras modius simillæ vno statere erit, & duo modij hordei statere vno in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manū rex incumbēbat, homini Dei ait, si dominus fecerit etiam cataraetas in cælo, nunquid poteris esse quōd loqueris? **Q**ui ait, videbis oculis tuis, & inde nō comedes. **Q**uatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitū portæ: qui dixerunt ad inuicē, **Q**uid hic esse volumus, donec moriamur? **S**ive ingredi voluerim⁹ ciuitatem, fame moriemur: siue manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, & transfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuemus: si autē occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vesperi, vt venirent ad castra Syriæ. Cūque venissent ad principium castrorū Syriæ, nullū ibidem repererunt. Siquidem dominus sonitū audiri fe-

cerat in castris Syriae, cur-
 rum, & equorum, & exer-
 citus plurimi: dixeruntque
 adinuicem, Ecce mercede
 conduxit aduersum nos,
 rex Israel, reges Hetheo-
 rum, & Aegyptiorum, & ve-
 nerunt super nos. Surrexe-
 runt ergo & fugerunt in te-
 nebris, & dereliquerunt te-
 toria sua, & equos, & as-
 nos in castris, fugeruntque,
 animas tantum suas salua-
 re cupientes. Igitur cum ve-
 nissent leprosi illi ad prin-
 cipem castrorum, ingressi
 sunt unum tabernaculum,
 & comederunt, & biberunt,
 tuleruntque inde argentum,
 & aurum, & vestes, & abie-
 runt, & absconderunt: & rur-
 sum reuersi sunt ad aliud
 tabernaculum, & inde simi-
 liter auferentes absconde-
 runt. Dixeruntque adinui-
 ce non recte facimus. haec
 enim dies boni nuntij est.
 Si tacuerimus, & nolueri-
 mus nuntiare usque mane,
 sceleris arguemur: venite,
 eamus, & nuntiemus in au-
 la regis.

**¶ Ex epistola Pauli ad Ti-
 motheum secundam. cap. 2.**

Lectio secunda

TV ergo fili mi, confortare in gratia quae est in Christo Iesu: & quae audisti a me per multos testes, haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militas deo, implicat se negotiis secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone: non coronabitur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam, oportet primum de fructibus accipere. Intellige quae dico. dabit enim tibi dominus in omnibus intellectu. Memor esto, dominum Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid, secundum euangelium meum, in quo laboro, usque ad vincula, quasi male operans, sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo, propter electos: ut & ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu, cum gloria caelesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus, si sustinebimus: & coregnabimus, si negauerimus: & ille

negabit nos, si non credimus: ille fidelis permanet, negare seipsum nō potest. Hæc commune: testificans coram dño. Noli cētendere verbis. ad nihil enim vile est: nisi ad subuersionē audientium. Sollicitē autem cura, teipsum probabilem exhibere Deo, operarium incōfusibile, rectē tractātem verbū veritatis. Prophana autē, & vaniloquia deuita. multum enim proficiunt ad impietatē: & sermo eorum, vt cācer serpit. ex quibus est Hymæus & Philetus: qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionem esse iam factā, & subuerterūt quorūdam fidē. Sed firmum fundamentum Dei stat, habēs signaculū hoc. Cognouit dominus qui sunt sui: & discedat ab iniquitate, omnis qui inuocat nomen domini. In magna autem domo, non solū sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quædā quidē in honorem, quædā autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorē sanctifi-

catum, & vile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem desyderia fuge: sectare verō iustitiam, fidem, spem, & charitatem, & pacem cum iis qui inuocāt dominum de corde puro. Stultas autē, & sine disciplina quæstiones deuita: sciens, quia generant lites. Seruum autē domini, non oportet litigare: sed māsuētum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati, nequando Deus det illis pœnitētiā ad cognoscendam veritatem, & resipiscāt à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

¶ **Feria. iij. ex quarto Regum.** **Lectio prima.**

Cumque venissent ad portā ciuitatis nauerunt eis, dicentes. Inimus ad castra Syriæ, & nullū ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tentoria. Ierūt ergo portarij, & nuntiauerunt in Palatio regis, intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad ser-

uos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciūt quia fame laboramus, & idecirco egressi sunt de castris, & latitāt in agris, dicētes. Cum egressi fuerint de ciuitate, capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autē vnus seruorū eius. Tollamus quinque equos, qui remaserunt in vrbe, quia ipsi tantum sunt in vniuersa multitudine Israēl, alij enim consumpti sunt: & mittētes, explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens, Ite, & videte. Qui abierūt post eos vsque ad Iordanē: ecce autem omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ proiecerant Syri cūm turbaretur: reuersique nūtij indicauerunt regi. Et egressus popul⁹ diripuit castra Syria. factusq; est modius similæ statere vno, & duo modij hordei statere vno iuxta verbū domini. Porro rex ducem illū, in cuius manu incubebat, cōstituit ad portā: quē cōculcauit turba in introitu por

te, & mortuus est, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quādo descēderat rex ad eū. Factumq; est secundum sermonem viri Dei, quē dixerat regi, quando ait. Duo modij hordei statere vno erūt, & modius similæ statere vno, hoc eodē tēpore cras in porta Samariæ: quō respōderat dux ille viro Dei, & dixerat. Etiam si dñs fecerit cataractas in celo, nūquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei. Videbis oculis tuis, & inde nō comedes. Euenit ergo ei, sicut prædictum erat, & cōculcauit eū populus in porta & mortuus est.

¶ Ex epistola secūda Pauli ad Timoth. Cap. 3. Les 13.

Hic autē scito: quia in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt hoīes seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemij, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incōtinentes, immittes, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatū amatores magis

quā dei: habentes speciem
quidem pietatis, virtutem
autem eius abnegantes. Et
hos deuota. ex his enim sunt
qui penetrat domos: & ca-
ptiuas ducunt mulierculas
oneratas peccatis, quæ du-
cuntur variis desideris: sem-
per discentes, & nunquam
ad scientiam veritatis per-
uenientes. Quemadmodum
autem Ioannes, & Mares
resisterunt Mosi: ita & hi
resistunt ueritati, homines
corrupti mente, reprobi cir-
ca fidem: sed ultra non pro-
ficient: insipientia enim eo-
rum manifesta erit in om-
nibus: sicut & illorum fuit.
Tu autem assequutus es meam
doctrinam, institutionem,
propositum, fidem, longa-
nimitatem, dilectionem, pa-
tientiam, persecutiones, pas-
siones: qualia mihi facta
sunt Antiochiæ, Iconij, Ly-
stris: quales persecutiones
sustinui, & ex omnibus eri-
puit me dominus. Et omnes
qui pie volunt uiuere in
Christo Iesu: persecutionem
patientur. Mali autem ho-
mines, & seductores profi-
cient in peius errantes, &
in errorem mittentes. Tu

verò permane in iis quæ di-
dicisti, & credita sunt tibi:
sciens à quo didiceris, &
quod ab infantia sacras li-
teras nosti, quæ te possunt
instruere ad salutem, per fi-
dem quæ est in Christo Ie-
su. Omnis enim scriptura
diuinitus inspirata, utilis
est ad docendum, ad arguen-
dum, ad corripiendum, ad
erudiendum in iustitia: ut per-
fectus sit homo Dei ad om-
ne opus bonum instructus.

**Feria quarta, ex Danie-
le. cap. 2. Lectio prima.**

IN anno secundo regni
Nabuchodonosor, vi-
dit Nabuchodonosor
somnia: & cõterritus est
spiritus eius, & somnium ei
fugit ab eo. Præcepit autem
rex, ut cõuocarentur ario-
li, & magi, & malefici, &
Chaldæi: ut indicarent regi
somnia sua. Qui cum ve-
nissent, steterunt coram re-
ge: & dixit ad eos rex, Vidi
somnia: & mente confu-
sus ignoro, quid viderim.
Responderuntque Chal-
dæi regi Syriacæ, rex, in
sempiternum uiue: dic som-
nium seruis tuis, & inter-
pretationem eius indicabi-

mus. Et respondens rex, ait Chaldæis, Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium, & cōiecturam eius, peribitis vos, & domus vestrę publicabuntur. Si autem somnium & cōiecturam eius narraueritis, præmia, & dona, & honorem multū accipietis à me. somniū igitur, & interpretationem eius indicate mihi. Responderūt secundò atque dixerūt. Rex somnium dicat seruis suis, & interpretationem illius indicabimus. Responditq; rex, & ait. Certè noui, quod tēpus redimitis, scientes, quod recesserit à me sermo. Si ergo somniū non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacem, & deceptione plenā composueritis, vt loquamini mihi, donec tempus pertranseat, Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt, Nō est homo super terrā, qui sermonem teum, rex, pos-

sit implere: sed neque regū quisquam magnus, & potens, verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & Mago, & Chaldæo. Sermo enim quē tu quaeris, rex, grauis est: nec reperitur quisquam qui indicet illū in conspectu regis, exceptis diis, quorum non est cum hominibus cōuersatio. Quo audito, rex in furore, & ira: magna precepit, vt perirent omnes sapientes Babylonis.

Ex epistola secūda Pauli ad Timotheum. Cap. 2.

Lectio secūda.

TEstificor corā Deo, & Iesu Christo, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnū eius: prædica verbum, in saepe oportune, importune, argue, obsecra, increpa, in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus cūm sanam doctrinam non sustinebunt. sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidē auditum auertent, ad fabulas autē conuertentur. Tu ve-

ro, vigila in omnibus labo-
 ra, opus fac euangeliz. mi-
 nisteriu tuu imple, sobrius
 esto. Ego enim iam deli-
 bor: & tempus resolutionis
 meae instat. Bonu certame
 certavi, cursum consumma-
 ui, fide seruaui. In reli quo.
 reposita est mihi corona
 iustitiae, quam reddet mihi
 dominus in illa die, iustus
 iudex. non solum autem mi-
 hi, sed & iis qui diligunt ad-
 uentu eius. Festina ad me
 venire cito. Demas enim, me
 reliquit, diligens hoc seculum,
 & abiit thessalonicam.
 Crescens in Galatia. Titus
 in Dalmatia. Lucas est me-
 cum solus. Marcu assume,
 & adduc tecu, est enim mi-
 hi utilis in ministerio. Ty-
 chicu autem misi Ephesum.
 Penula qua reliqui Troa-
 de apud Carpum veniens
 affer tecu, & libros, maxi-
 me autem membranas. Alexan-
 der ararius multa mala mi-
 hi ostendit. reddet illi dñs
 secundu opera eius: quem
 & tu deuita. valde enim re-
 stitit verbis nostris. In pri-
 ma mea defensione, nemo
 mihi affuit, sed omnes me
 dereliquerunt. no illis im-

putetur. Dñs autem mihi a-
 stitit, & confortauit me, vt
 per me predicatio implea-
 tur, & audiant oes getes, &
 liberatus sum de ore leo-
 nis. Liberauit me Dñs ab
 omni opere malo: & saluū
 faciet in regnum suum ex-
 leste: cui gloria in secula se-
 culorum. Amen. Saluta
 Priscillam, & Aquilam, &
 Onesiphori domu. Erastus
 remansit Corinthi. Trophi-
 mum autem reliqui infir-
 mum Mileti. Festina autem
 hyeme venire. Salutant te
 Eubulus, & Pudens, & Li-
 nus, & Claudia, & fratres
 omnes. Dñs Iesus Christus
 cum spiritu tuo. gratia vo-
 biscum. Amen.

*¶ Feria quinta, ex Daniele.
 Lectio prima.*

ET egressu sententia, sa-
 pientes interficieban-
 tur, querebaturque
 Daniel, & socij eius, vt
 perirent. Tunc Daniel re-
 quisit de lege, atque sen-
 tentia Artioch principe mi-
 litie regis, qui egressus fue-
 rat ad interficiendos sapien-
 tes Babylonis. Et interro-
 gauit eum qui a rege pote-
 statem acceperat, quam ob

causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Daniel ingressus rogauit regem ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam: Ananiam, & Misaeli, & Azaria sociis suis, indicauit negotium: ut quaererent misericordiam à facie Dei cæli, super sacramento isto, & non periret Daniel & socij eius, cum cæteris sapientibus Babylonis: Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum est. & benedixit Daniel Deum cæli, & loquutus ait, Sit nomen domini benedictum, à seculo, & usque in seculum: quia sapientia, & fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tempora, & ætates: transfert regna atque constituit: dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligantibus disciplinam. Ipse reuelat profunda, & abscondita. & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. Tibi Deus patrum meorum confiteor, teque laudo: quia sapientiam, & fortitudinem dedisti

mihî: & nunc ostendisti mihi, quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quæ constituerat rex, ut perderet sapientes Babylonis, sic ei loquutus est, Sapientes Babylonis, ne perdas: introduce me in conspectu regis, & solutionem regi narraabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielẽ ad regem, & dixit ei Inveni hominem de filiis transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet.

Ex epistola Pauli ad Titum. cap. i. Lectio secunda.

Paulus seruus Dei, apostolus autem Iesu Christi, secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis, quæ secundum pietatem est, in spere vite æternæ, quam promissit qui non mentitur Deus ante tempora secularia, manifestauit autem temporibus suis verbum suum, in prædicatione quæ credita est mihi, secundum præceptum saluatoris nostri dei: Tuo dilecto filio, secundum communem fidem, gratia, & pax, à Deo

Feria. vi. Dñice. xxiij. post Pentecost.

patre, & Christo Iesu sal-
tatore nostro. Huius rei
gratia, reliqui te Cretæ, vt
ea quæ defunt corrigas: &
cõstituas per ciuitates pres-
byteros, sicut & ego dispo-
sui tibi. Si quis sine crimine
est vnus vxoris vir, fi-
lios habens fideles, non in
accusatione luxuriæ, aut
non subditos. Oportet enim
episcopũ, sine crimine esse,
sicut Dei dispensatorẽ,
non superbum, non iracũ-
dum, non vinolentũ, non
percussorem, nõ turpis lu-
cri cupidum: sed hospita-
lem, benignum, sobrium,
iustum, sanctum, continẽ-
tem, amplectentem eũ qui
secundum doctrinam est,
fidelem sermonem, vt po-
tẽs sit exhortari in doctri-
na sana, & eos qui contra-
dicunt arguere. Sunt enim
multi, etiam inobediẽtes,
vaniloqui, & seductores,
maximẽ, qui de circunci-
sione sunt: quos oportet
redargui: qui vniuersas do-
mos subuertunt, docentes
quæ non oportet, turpis
lucris gratia. Dixit quidam
ex illis proprius ipsorum
propheta. Cretenses sem-

per mēdaces, malæ bestię,
ventres pigri. Testimoniũ
hoc, verum est? **Q**uam ob
causam increpa illos durẽ,
vt sani sint in fide, non at-
tendẽtes Iudaicis fabulis,
& mandatis hominum, ad-
uersantiũ se à veritate. Om-
nia mũda mũdis: coinqui-
natis autem, & infidelibus,
nihil est mũdũ, sed inqui-
natæ sunt eorũ, & mens, &
conscientia. Cõfitemur se
nõsse deum, factis autẽ ne-
gant, eũ sint abominati, &
increduli, & ad omne op^o
bonum reprobi.

Feria sexta ex Daniele.

Lectio prima.

Respondit rex: & di-
xit Danieli, cuius
nomen erat Baltas-
far. Putasne verẽ potes mi-
hi indicare somniũ quod
vidi, & interpretationem
eius? Et respõdens Daniel
coram rege, ait. Mysteriũ
quod rex interrogat sapiẽ-
tes, magi, & arioli, & aru-
spices nequeunt indicare
regi: sed est Deus in celo,
reuelans mysteria, qui in-
dicauit tibi rex Nabucho-
donosor, quæ vëtura sunt
in nouissimis temporibus.

Somnium

Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt, Tu rex cogitare cepisti in statu tuo, quid esset futurum post hoc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quae ventura sunt. Mihi quoque, non in sapientia quae est in me, plus quam, in cunctis uentibus sacramentum hoc reuelatum est: sed ut interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuae scires. Tu rex uidebas, & ecce quasi statua una gradis: statua illa magna, & ita tura sublimis, stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis: huius statuae caput, ex auro optimo erat: pedes autem, & brachia, de argento: porro uenter, & femora ex aere. Tibi autem ferrea: pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte, sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis, & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, aes, argentum, & aurum, & redacta quasi in fauillam a-

stuarum aere, quae rapta sunt uento: nullusque locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuam, factus est mons magnus: & impleuit uniuersam terram: hoc est somnium. Interpretationem quoque eius dicemus coram te, rex.

¶ Ex epistola Pauli ad Titum. Lectio secunda.

Tu autem loquere quae decet sanam doctrinam. Senes, ut sobrii sint, pudici, prudentes, fani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo uino seruientes bene docentes, ut prudentiam doceant. Adolescentulas, ut viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, castas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas uiris suis, ut non blasphemetur uerbum Dei, Iuuenes similiter hortare, ut sobrii sint. In omnibus te ipsum praebere exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate uerbum sanum, irreprehensibile, ut is qui ex aduerso est uerac-

tur, nihil habes malum dicere de nobis. Seruos, dominis suis subditos esse: in omnibus placetes, non contradicentes: non fraudates, sed in omnibus fidem bonam ostendentes, doctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Apparuit enim gratia Dei saluatoris nostri, omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & secularia desideria: sobriè, & iuste, & pie viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem, & aduentum glorie magni dei, & saluatoris nostri Iesu Christi, qui dedit semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni iniquitate, & mudaret sibi populum acceptabilem, sectatorem honorum operum. Hæc loquere, & exhortare: & argue eum omni imperio. Nemo te contemnat.

¶ *Sabba. ex Daniele. Le. j.*

TV rex regum es: & Deus cæli regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestiarum agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & sub

ditione tua vniuersa constituit. tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliud, minus te: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ: & regnum quartum erit velut ferreum. Quomodo ferrum comminuit, & domat omnia: sic comminuet, & conteret omnia hæc. Porro, quia vidisti pedem, & digitorum partem testæ figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto. Et digitos pedum, ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte contritum. Quod autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscerentur quidem humano semine, sed non adhererunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. In diebus autem regnorum illorum, suscitabit deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur, & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consummet vniuersa regna hæc: & ipsum

stabit in æternū. Secundū quod vidisti, qđ de monte abscissus est lapis, sine manibus, & cōminuit testam, & ferrū, & ꝑs, & argentū, & aurū. Deus magnus ostendit regi, quæ ventura sunt postea, & verū est somniū, & fidelis interpretatio ei⁹. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielē adoravit. & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarent ei. Loquēs ergo rex, ait Danieli, Verē Deus vester, Deus deorū est, & dominus regum, reuelans mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum.

¶ *Ex epistola Pauli ad Timotheum, cap. 3. Lectio. ij.*

Admone illos principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonū paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse: sed modestos: omnē ostendentes māfuetudinem ad omnes homines. Eramus em̄ aliquando & nos insipientes, increduli errantes, seruiētes desiderii, & voluptatib⁹ va-

riis in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cū autem benignitas, & humanitas apparuit saluatoris nostri Dei: non ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundū suam misericordiam, saluos nos fecit, per lustralium regenerationis, & renouationis Spirit⁹ sancti, quem effudit in nos abundē, per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, heredes simus, secundū spem, vitæ æternæ. Fidelis sermo est, Et de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse, qui credunt Deo, Hæc sunt bona, & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & genealogias, & cōtentiones, & pugnas legis deuita. sunt enim inutiles, & vanæ. Hæreticum hominē, post vnā, & secundam correctionem deuita: sciēs, quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cū sit proprio iudicio condēnatus. Cum misero ad te Artemam, aut Tychicum, festina ad me venire Nico-

Dominica xxiiij. post Pentecosten.

polim. ibi enim statui hyemare. Zená legisperitum, & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & nostri, bonis operibus præesse ad v. sus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutant te, q. mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant: in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

¶ Dominica xxiiij. post Pentecosten. Liber Tobie. cap. i. Lectio prima.

Tobias, ex tribu, & ciuitate Nephtholim, quæ est in superioribus Galileæ supra Naafon, post viam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habet ciuitatē Sephet: cū captus esset in diebus Samanasar regis Assyriorum, in ciuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie conceptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephtholim, nihil tamē puerile gessit in opere. Denique cum irent omnes ad vitulos aureos, quos

Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium, & pergebat in Ierusalem, ad templum domini, & ibi adorabat dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationē. Hæc & his similia, secundum legem Dei puerulus obseruabat. Cū verò factus fuisset vir, accepit vxorē Annam, de tribu sua: genuitq; ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab infantia timere Deū docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur dum per captiuitatem deuenisset cum vxore sua, & filio in ciuitatem Niniuem, cum omni tribu sua: & cū omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam cōtaminatus est in eccis eorum. Et quoniā memor fuit domini, in toto corde suo, dedit illi de gratiam in conspectu Samanasar regis: & dedit illi potestatem quocunq; vellet ire, habens libertatem.

quæcunque facere voluisset. Pergebat ergo per oēs, qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cùm autē venissent in Rages ciuitatē Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti, & cùm in multa turba generis sui Gabelum egētem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti.

¶ *Ex epist. beati Petri Apostoli. j. cap. i. Lectio. ij.*

Petrus apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundum præscientiam Dei patris, in sanctificationē spiritus, in obedientiam, & aspersiōnem sanguinis Iesu Christi: gratia vobis, & pax multiplicetur. Benedictus Deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui secundum misericordiam suam magnā, regenerauit nos in spem viuā, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontami-

natam, & immarcescibilem conseruatam in cælis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidē, in salutem, paratā reuelari in tempore nouissimo, in quo exultatis, modicum nunc si oportet cōtristari in variis tentationibus: vt probatio vestræ fidei multò pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelatione Iesu Christi, quem cùm non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non vidētes creditis: credentes autem, exultatis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportātes finem fidei vestræ salutem animarum vestrarum: de qua salute exquisierūt, atq; scrutati sunt prophætæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerūt, scrutantes in quod, vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas, quæ in Christo sunt passiōes, & posteriores glorias: quibus reuelatum est quod non sibi metipsis, nobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata

Dñica. xxiiij. post Pentecost.

sunt vobis per eos, qui euāgelizauerunt vobis, s. iritu sancto misso de cælo, in quem desyderant angeli prospicere.

¶ Secundum Matthæum.
Cap. 9. Lectio tertia.

In illo tempore, loquente Iesu ad turbam: ecce princeps vnus accessit, & adorabat eum, dicēs. Domine filia mea modo defuncta est. Et reliqua.

Homil. s. Hieron. presb.

Octauum signū est, in quo princeps suscitari postulat filiā suā. nolens de mysterio veræ circuncisionis excludi. Sed subintravit mulier sanguine fluens, & octauo sanatur loco: vt principis filia de hoc exclusa numero, veniat ad nonum, iuxta illud quod in psalmo dicitur: Aethiopia præueniet manus eius Deo. Et cū intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Israel saluus erit. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxū patiebatur duodecim annis: accessit retro, & tetigit simbriam vestimēti eius. In euāgelio secundū Lucam

scribitur, quod principis filia, duodecim annos habebat ætatis. Nota ergo, quod eo tempore hæc mulier, id est gentium populus, cœperit ægrotare: quæ gens crediderit Iudæorū. Nisi enim ex cōparatione virtutum vitiū, non ostenditur. Hęc autē mulier sanguine fluens, nō in domo: nō in vrbe accedit ad dominū, quia iuxta legem ab vrbibus excludebatur: sed in itinere ambulāte domino: vt dum pergit ad aliam: alia curatur. vnde dicunt & apostoli. Vobis quidem prius oportebat prædicari verbū dei: sed quoniam indignos vos iudicatis salute, transgredimur ad gentes. Dicebat enim intra se. Si tetigero tantū simbriā vestimenti eius, salua ero. **Oratio.**

Absolue quæsumus domine, tuorū delicta populorum: & a peccatorum nostrorum nexibus: quæ pro nostra fragilitate contraximus: tuā benignitate liberemur: Per dominum nostrum Iesum Christum filium tuū, Qui tecum viuit, &c.

¶ Feria secunda, ex Tobia.
cap. 2. **Lectio prima.**

Post multū verò tpris mortuo Salmanasar rege, cū regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per oēm cogitationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque unicuique, prout poterat, de facultatibus suis esurientes alebat: nudisque vestimenta præbebat, & mortuis, atque occisus sepulturā sollicitus exhibebat. Denique cū reuersus esset rex Sennacherib, fugiens à Iudæa plagam, quā circa eū fecerat Deus, propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filiis Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At ubi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cū filio suo, & cum uxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebat eum. Post dies verò quadraginta quinque, occiderūt regem filij ipsius, & reuersus est Tobias in do-

mini suā: omnisque facultas eius restituta est ei. Post hæc verò, cū esset dies festus domini, & factū esset prandium bonū in domo Tobie, dixit filio suo, Vade & adduc aliquos de tribu nostra timētes Deum, ut epulentur nobiscū. Cūque abiisset, reuersus nuntiavit vnum ex filiis Israel iugulatū iacere in platea. Statimque; exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruenit ad corpus: tollensque; illud portauit ad domū suā, occulte, ut dum sol occubisset, cautè sepeliret eū. Cumque; occultasset corpus, māducavit panē cū lactu, & tremore, memorās illū sermonem, quē dixit dñs per Amos prophetā. Dies festi vestri conuertentur in lamentationē, & luctū. Cū verò sol occubisset, abiit, & sepeliuit eum.

¶ Ex epistol. j. beati Petri Apostoli. cap. i. **Lectio. ij.**

Propter quod, succincti lumbos mentis vestræ, sobrij, perfecte sperat in eam quæ offertur vobis, gratiam, in reue-

latione Iesu Christi quasi filij obedientie, nunc con- figurati prioribus ignoran- tię vestre defideriis: sed se- cundum eum qui vocauit vos, sanctum, vt & ipsi in omni cõuersatione sancti- sitis: quoniã scriptum est, Sancti eritis, quoniã ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eum qui sine ac- ceptione personarum iudi- cat secundum vnuscuus- que opus: in timore, inco- latus vestri tempore cõuer- samini, scientes, quodd non corruptibilibus auro, vel argento redempti estis, de vana vestra cõuersatione paternę traditionis: sed p- tioso sanguine, quasi agni immaculati Christi, & in- contaminati, p- cogniti quidem, ante mundi cõsti- tutionem, manifestati aut, nouissimis tẽporib⁹, pro- pter vos, qui per ipsum fi- deles estis in deo, qui susci- tauit eum à mortuis, & de- dit ei gloriã, vt fides vestra, & spes esset in deo. Animas vestras castificantes, in obe- dientia charitatis, in frater- nitatis amore, simplici ex corde inuicẽ diligite atten-

tius: renati, non ex semine corruptibili, sed incorrupti- bili, per verbum Dei viuũ, & permanentis in æternũ, quia omnis caro vt fœnũ: & omnis gloria eius, tan- quã flos fœni, exaruit fœn- num: & flos eius decidit. Verbum autẽ domini ma- net in æternum. hoc est au- tem verbum, quod euange- lizatum est in vobis.

¶ *Feria tertia, ex Tobia.*
Lectio prima.

ARguebãt autẽ eum omnes proximi e- ius, dicẽtes. Iam hu- ius rei causã interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepe- lis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum, quã regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & mediis no- ctibus sepeliebat ea. Conti- git autem, vt quadã die fa- tigatus à sepultura, veniẽs in domum suã, iactasset se iuxta parietẽ, & obdormif- set: & ex nido hirundinum dormiẽti illi calida sterco- ra inciderent super oculos eius, fieretque cecus. Hanc autem tẽtationẽ ideo per-

misse dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Job. Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quod plaga cæcitatæ eueniret ei. sed immobilis in Dei timore permanfit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Job insultabant reges: ita isti patientes, & cognati eius irridebant vitam eius dicentes: Vbi est spes tua, pro qua elemosynas, & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus texturæ quotidie: & de labore manuum suarum victum, quæ consequi potuisset, deferbat. Vnde factum est, vt hædum caprarum accipiens detulisset domi, Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit, Videte ne for-

tè furtius sit, reddite eum dominis suis, quia non licet nobis, aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata, respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & elemosynæ tuæ modo apparuerunt. Atque his, & aliis huiusmodi verbis exprobrabat ei.

¶ Ex epistola i. beati Petri Apostoli. cap. i. Lectio. ij.

DEponetes igitur omnem malitiam, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabiles, & sine dolo, lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutem. si tamen gustatis quoniã dulcis est dominus. Ad quem accedentes, lapidem vnum, ab hominibus quidem reprobatum, à deo aut electum, & honorificatum: & ipsi tanquam lapides vivi superedificamini, domus spiritua- lis sacerdotium sanctum: offerentes spirituales hostias acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura

Ecce pono in Siō lapidem summum angularem, probatum, electū, pretiosum, & qui crediderit in eū, non confundetur. Vobis igitur honor, credentibus, non credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificātes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electum: regale sacerdotium: gens sancta: populus acquisitionis, vt virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocauit, in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus dei: nunc autem populus Dei, qui non consequuti misericordiam: nunc autem misericordiam consequuti.

¶ Feria quarta, ex Tobia.

cap. 3. Lectio prima.

Tunc Tobias ingemit, & cœpit orare cū lachrymis, dicēs, Iustus es domine, & omnia iudicia tua vera sunt: & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc Domine memor

esto mei, & ne vindictā sumas de peccatis meis, neq; reminiscaris delicta mea, vel parentū meorū. Quoniam nō obediuimus præceptis tuis: ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatē, & mortem, & in fabulam, in improprium oībus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nūc domine magna iudicia tua, quia non egimus secundū præcepta tua, & nō ambulauimus synceriter coram te. Et nunc domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis, quā viuere. Eadē itaque die contigit, vt Sara filia Reguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improprium, ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox, vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cū p culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filium, aut filiā super

terram, interfecit viro-
rum tuorum. Numquid & oc-
cidere me vis, sicut etiã oc-
cidiſti ſeptẽ viros? Ad hæc
vocem perrexit in ſuperi⁹
cubiculum domus ſuz, &
tribus diebus, & tribus no-
ctibus nõ manducauit, ne-
que bibit. ſed in oratione
perſiſtẽs cũ lachrymis de-
precabatur Deũ, vt ab iſto
improperio liberaret eam.

*¶ Hæc epiſtol. j. beati Petri
Apoſtoli. cap. 2. Lectio. ij.*

Chariffimi, obſecro
vos, tanquam adue-
nas, & peregrinos
abſtinere vos à carnalibus
deſideriis, quæ militat ad-
uerſus animam, conuerſa-
tionem veſtram inter gen-
tes habentes bonam: vt in
eo quod detractant de vo-
bis, tanquam de malefacto-
ribus, ex bonis operibus
vos conſiderantes, glorifi-
cent Deum in die viſitati-
onis. Subiecti igitur eſto-
te omni humanæ creatu-
ræ, propter Dominum: ſi-
ue regi, quaſi præcellenti:
ſive ducibus, tanquam ab
eo miſſis, ad vindictam ma-
lefactorum, laudem verò
bonorum. quia ſic eſt vo-

luntas Dei: vt beneficien-
tes, obmutefcere faciatis
imprudentium hominum
ignorantiam: quaſi liberi,
& non quaſi velamen ha-
bentes malitiæ libertatem,
ſed ſicut ſerui Dei. Omnes
honorate. fraternitatem di-
ligite. Deum timete. Regẽ
honorificate. Serui, ſubdi-
ti eſtote in omni timore do-
minis, nõ tantũ bonis, &
modetiſtis, ſed etiã diſco-
lis. Hæc eſt enim gratia, ſi
propter dei conſcientiam,
ſuſtinet quis triſtitias, pa-
tiens iniuſtẽ. Quæ em eſt
gratia: ſi peccantes, & cola-
phizati ſuffertis? Sed ſi be-
nefacientes patienter ſuſti-
netis: hæc eſt gratia apud
Deum. In hoc enim vocati
eſtis: quia & Chriſtus paſ-
ſus eſt p nobis, vobis relin-
quẽs exẽplũ, vt ſequamini
veſtigia eius. q peccatũ nõ
fecit, nec inuẽtus eſt dolus
in ore ei⁹. cui cũ maledice-
retur, non maledicebat: cũ
pateretur, nõ comminaba-
tur, tradebat autẽ iudicanti
ſe iniuſtẽ, qui peccata nra
ipſe pertulit ſ corpore ſuo
ſuper lignum: vt peccatis
mortui, iuſtitie viuamus.

curus liuore sanati estis. Erratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum.

¶ *Feria. v. ex Tob. Lect. 1.*

Factū est autē die tertia, dum cōpleret orationem, benedicēs dominum, dixit, Benedictū est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiā facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui invocant te. Ad te domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certē desuper terram eripias me. Tu scis domine, quia nunquā concupiui virum, & mundam seruaui animam meā ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludētibz miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participē me præbui. Virū autem cū timore tuo, non cū libidine mea cōsensi suscipere. Et, aut ego indigna fui illis, aut illi forsitā mihi non fuerunt digni,

quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim in hominis potestate consilium tuum. Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quōd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur, & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationē, & fletum exultationem infundis. Sit nomen tuum deus Israel benedictum in secula. In illo tempore exaudite sunt preces amborum, in cōspectu gloriæ summi Dei. & missus est angelus domini, sanct⁹ Raphael, vt curaret eos ambos quorū vno tēpore sunt orationes in cōspectu dñi recitate.

¶ *Ex epistola prima beati Petri Apostoli. Cap. 3.*

Lectio secunda.

Similiter & mulieres, subditæ sint viris suis, vt & si qui nō credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lu

erisiant, considerantes in timore castam cōuersationem vestram: quarum nō sit extrinsecus capillatura: aut circumdatio auri, aut indumenti vestimētorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in in:orruptibilitate, quieti, & modesti spiritus, qui est in cōspectu Dei lo:cuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperates in Deo, ornabant se, subiectæ propriis viris, sicut Sara obediēbat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiz: bene facientes, & non pertimentes vllam perturbationem. Viri similiter, cohabitates secundū scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri, impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediatur orationes vestræ. In fine autem omnes vnanimis compatiētes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddētes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed e contrario, benedictes, quia in hoc vocati estis

vt benedictionem hereditatis possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolium. Declinet à malo, & faciat bonum, inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi domini super iustos & aures eius in preces eorum. vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorem autem eorū ne timueritis, & nō conturbemini: Dominū autē Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe, sed cum modestia, & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundatur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem, Melius est enim vt benefacientes (si voluntas Dei velit) pati: quā malefacientes. Quia & Chris-

flus semel pro peccatis nostris mortu^s est. iust^s p^{ro} iniustis: vt nos offerret deo, mortificatos quidē carne: viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quādo expectabant dei patientiā in diebus Noe, cū fabricaretur arca: in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquā. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma non carnis depositio sordium: sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum, per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur. profectus in cælū, subiectis sibi angelis, & potestatibus, & virtutibus.

¶ Feria sexta, ex Tobia. cap. 4. Lectio prima.

Igitur cū Tobias putaret orationem suā exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suum, dixitque ei. Audi fili mi, verba oris mei, & ea ī corde tuo qua-

si fundamentum construe. Cū acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus vitæ eius. memor enim esse debes, quæ, & quāta pericula passa sit propter te, in vtero suo. Cū autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Omnibus autē diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquādo peccato cōsentias, & prætermittas præcepta domini Dei nostri. Ex substantia tua fac elemosynā, & noli auertere faciem tuā ab vllō paupere: ita enim fiet, vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundāter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libēter impertiri stude. Præmium enim bonū tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniā elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patitur animā ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, elemosyna

omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter uxorem tuâ nunquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim inîtiû sumpsit omnis perditio. Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquâdo alteri facias. Panem tuum cum esurientibus, & egenis comede: & de vestimentis tuis, nudos tege. Panem tuum, & vinum tuû, super sepulturam iusti cõstitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sapiëte perquire. Omni tẽpore benedic Deû, & pete ab eo vi vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.

¶ Ex epistola beati Petri Apostoli. cap. 4. Lect. ij.

Christo igitur passio
n carne: & vos eadẽ
cõcogitacõe armami-

ni: quia qui passus est in carne, desit à peccatis, vt iam non desyderis hominum: sed voluntate dei, quã reliquũ est in carne, viuat tẽporis. Sufficit enim preteritum tẽpus, ad voluntatem gentiũ, cõsummandã, his qui ambulauerunt in luxurijs: desyderijs: vinolentijs: comestationibus: potationibus, ebrietatibus: & illicitis idolorum cultibus. In quo admiratur non cõcurrentibus vobis in eandem luxuriã cõfusionem blasphemantes: qui reddẽt rationem ei, qui parat⁹ est iudicare viuos, & mortuos. Propter hoc enim, & mortuis euangelizatũ est, vt iudicentur quidẽ secundum homines in carne, viuant autẽ secundũ Deũ in spiritu. Omnium autem finis appropinquabit. Estote itaque prudentes, & vigilate in orationibus. Ante omnia autem, muciã, in vobismetipsis charitatẽ cõtinuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorũ. Hospitales inuicẽ. sine murmuracione. Vnusquisque sicut accepit

gratiam, in alterutrū, illā administrantes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur: tanquā sermones Dei. Si quis ministrat, tanquam ex virtute quā administrat Deus: vt in omnib⁹ honorificetur Deus, per Iesum Christum: cui est gloria, & imperiū in secula seculorum Amen. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationē vobis sit: quasi noui aliquid vobis contingat: sed cōmunicantes Christi passionibus gaudete: vt & in reuelatione gloriæ ei⁹, gaudeatis exultates. Si exprobramini in noīe Christi: beati eritis: quoniā quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius spirit⁹, super vos requiescit. Nemo autē vestrum patiat, vt homicida, aut fur aut maledicus, aut alienorum appetitor. Si autē vt Christianus: nō erubescat. Glorificet autē Deum in isto nomine, quoniā tēpus est, vt incipiat iudiciū à domo dei. Si autē primo à nobis: quis finis eorū, qui nō

credunt Dei euangelio. Et si iustus quidem vix saluabitur: impius, & peccator, vbi parebunt? Itaque, & hi qui patiuntur secundū voluntatē Dei: fideli creatori cōmēdent animas suas, in benefactis.

¶ **Sabbato, ex Tob. cap. 5.**
Leq̄ o prima.

Indico etiā tibi fili mi, dedisse me decem talenta argenti, dū adhuc infantulus es, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographū eius apud me habeo. & ideo perquire quomodo ad eū peruenias, & receipts ab eo supra memoratum pōdus argenti, & restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidē vitā gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene. Tunc respondit Tobias patri suo, & dixit. Omnia quæcunque precepit mihi faciam pater. Quomodo autē pecuniā hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro; quod signum dabo ei?

ho ei? Sed neque viam, per
 quā pergatur illuc, aliquā-
 do cognoui. Tunc pater
 suus respondit illi, & dixit.
 Chirographum quidem il-
 lius apud me habeo: quod
 dum illi ostenderis, statim
 restituet. Sed perge nunc,
 & inquire tibi aliquem fi-
 delem viū, qui eat tecum,
 salua mercede sua dum ad
 huc viuo, vt recipias eam.
 Tūc egressus Tobias inue-
 nit iuuenē, splendidum, stā-
 tem præcinctū, & quasi pa-
 ratum ad ambulandum. Et
 ignorās, quod angelus dei
 esset, salutauit eū, & dixit,
 Vnde te habemus bone iu-
 uenis? Et ille respondit. Ex
 filiis Israel. Et Tobias dixit
 ei. Nosti viam quæ ducit in
 regionem Medorum? Cui
 respondit, noui, & omnia
 itinera eius frequenter am-
 bulauī, & mansi apud Ga-
 belum fratrem nostrū, qui
 moratur in Rages ciuitate
 Medorum, quæ posita est
 in monte Echatanis. Cui
 Tobias ait. Sustine me ob-
 secro, donec hæc ipsa nun-
 tiam patri meo.

Ex epistola prima beati
 Petri Apostoli. Cap. 1.

B.

N.

Lectio secunda.

Seniores ergo, qui in
 vobis sunt obsecro, cō-
 senior, & testis Christi
 passionum, qui & eius quæ
 in futuro reuelāda est, glo-
 rix communicator: Pascite
 qui in vobis est, gregē dei,
 prouidentes non coactē,
 sed spontaneæ securum
 Deum: neque turpis lucri
 gratia, sed voluntariē neq;
 vt dominātes in cleris, sed
 forma facti gregis ex ani-
 mo. Et cū apparuerit prin-
 ceptis pastorum, percipietis
 immarcescibile gloriæ co-
 ronam. Similiter adolescē-
 tes subditi estote seniori-
 bus. Omnes enim inuicem
 humilitatē insinuate, Quia
 Deus superbis resistit: hu-
 milibus autem dat gratiā.
 Humiliamini igitur sub
 potenti manu Dei, vt vos
 exaltet in tempore visita-
 tionis. Omnem sollicitudi-
 nem vestram proicientes
 in eum: quoniam ipsi cura
 est de vobis. sobrii estote,
 & vigilate quia aduersarius
 vester diabolus, tanquam
 leo rugiens, circuit querēs
 quem deuoret. Cui resisti-
 te, fortes in fide: sciētes eā-

M

dem passionem ei quæ in mundo est, vestrę fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternā suam gloriam in Christo Iesu modicū passor, ipse perficiet, cōfirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorū amen. Per Siluanum fidelem fratrem vobis vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans, & contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua & statis. Salutat vos ecclesia quæ est in Babylone collecta, & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

¶ Dñica. xxiiij. post Pēte.

¶ Notādū, qd hæc dominica est quinta Vagantis: tamen ideo ponitur hic, & nō cū alijs vagantibus: quia serē semp legitur post Pē. ecosten in hoc loco.

¶ Liber Iudith. Lectio. i.

ARphaxad itaq; rex Medorum, subiugauerat multas gentes imperio suo, & ipse edificauit ciuitatem potētissimā, quā appellauit Echa-

thanis. Ex lapidibus quadratis, & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorū septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudine cubitorum cecum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedum spacio tendebatur, posuitque portas eius in altitudine turriū. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarū. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad, & obtinuit eū in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratem, & Tigrin, & Ladason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatum est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabāt in Cilicia, & Damasco, & Libano: & ad gentes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galileam in campo magno Esdrelon:

& ad omnes qui erant in Samaria, & trans flumen Iordanem, vsque ad Ierusalem & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes Aethiopiae. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum qui omnes vno animo contradixerunt. & remiserunt eos vacuos, & sine honore abierunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iuravit per thronum, & regnum suum, quod defenderet se de omnibus regionibus his.

*Ex epistola beati Petri apostoli secunda. Cap. i.
Lectio secunda.*

Simon Petrus, seruus, & apostolus Iesu Christi: iis qui eorum qualem nobiscum sortiti sunt fide, in iustitia Dei nostri, & saluatoris Iesu Christi, Gratia vobis & pax adimpleatur, in cognitione Dei: & Christi Iesu Domini nostri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ, quæ ad vitam, & pietatem, donata sunt per cognitionem eius qui vocauit nos, propria gloria, & virtute,

per quæ maxima, & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugientes eius quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem. Vos autem curam omnem subinfectes, ministrare in fide vestra virtutem: in virtute autem, scientiam: in scientia autem, abstinentiam: in abstinentia autem, patientiam: in patientia autem, pietatem: in pietate autem, amorem fraternitatis: in amore autem fraternitatis, charitatem. Hæc enim si vobiscum absint, & superent: non vacuos, nec sine fructu vos constituent in domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non prestant hæc, cæcus est & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum suorum delictorum. Quapropter fratres, magis satagite, vt per bona opera, certam vestram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in

æternū regnū Domini, & saluatoris nostri Iesu Christi. Propter quod incipiam vos semper cōmonere de his: & quidem scientes, & cōfirmatos vos in præsentī veritate. Iustū autem arbitror quādiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in commotione: certus, quōd velox est depositio tabernaculi mei secundum quod, & dominus noster Iesus Christus significauit mihi.

**¶ Secundū Matth. cap. 24.
Lectio tertia.**

In illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: cū videritis abominationē desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta stantē in loco sancto: qui legit intelligat. Et reliqua.

¶ Homilia sancti Hieronymi presbyteri.

Quando ad intelligētiā prouocamur: mysticum monstratur esse quod dictū est. Legimus autem in Daniele hoc modo in dimidio hebdomadis: auferetur sacrificium meum, & libamina: & in templo desolabitur.

num abominatio erit vsq; ad consummationem temporis: & consummatio dabitur super solitudinē. De hoc & apostolus loquitur, quōd homo iniquitatis, & aduersarius, eleuandus sit, contra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur, ita vt audeat stare in templo dei: & ostendere quōd ipse sit Deus. Cuius aduentus secundum operationem sanctanz destruet eos: & ad solitudinem rediget qui se susceperit. Potest autem simpliciter, aut de Antichristo accipi aut de imagine Cesaris, quam Pilatus posuit in templo: aut de Adriani equestri statua: quæ in ipso sancto sanctorū loco, vsque in præsentem diem stetit. Abominatio quoq; secundum veterem scripturam, idolorum seruitus nūcupatur. Et idcirco additur desolationis: quod in desolato templo, atque destructo, idolum positum sit.

Oratio.

Excita quæsumus domine tuorum fidelium voluntates: vt diuini operis fructum propèsius

exequētes, pietatis tuæ re-
media maiora percipiant.
Per dñm nostrum Iesum.

¶ *Seria secūda, ex Iudith.*

Lectio prima.

A Nno decimo tertio
Nabuchodonosor
regis, vicesima & se-
cunda die mensis primi, fa-
ctū est verbū in domo Na-
buchodonosor regis Assy-
riorum, vt defenderet se.
Vocauitque omnes maio-
res natu, omnesque duces,
& bellatores suos, & habuit
cū eis mysteriū cōsilij sui.
dixitque cogitationē suam
in eo esse, vt omnem terrā
suo subiugaret imperio.
Quod dictū cum placuisset
omnibus, vocauit Na-
buchodonosor rex Holo-
fernem, principem militiæ
suz, & dixit ei. Egre-
dere aduersum omne regnū oc-
cidentis: & contra eos præ-
cipue qui contempserunt
imperium meū. Non par-
cet oculus tuus vlli regno,
omnemque urbem muni-
tam subiugabis mihi. Tūc
Holofernē vocauit duces,
& magistratus virtutis As-
syriorum: & dinumerauit
viros in expeditione, sicut

præcepit ei rex, centū vi-
ginti millia peditū pugna-
torū, & equites sagittarios
duodecim millia. Omnēque
expeditionem suam fecit
præire in multitudine in-
numerabilium camelorū,
cum his quæ exercitibus
sufficerent copiose, bouum
quoque armenta, gregesque
ouium, quorum non
erat numerus. Frumentum
ex omni Syria in transitu
suo parari constituit. Au-
rum verò, & argentum de
domo regis assumpsit mul-
tum nimis.

¶ *Ex epistola beati Petri
Apostoli secunda. Lect. ij.*

D Abō autē operam &
frequenter habere
vos post obitū meū
vt horum memoriā facia-
tis. Non enim doctas fabu-
las secuti, notam fecimus
vobis domini nostri Iesu
Christi virtutem, & præ-
scientiam: sed speculatores
facti illius magnitudinis.
Accipiens enim à Deo pa-
tre honorem, & gloriā vo-
ce delapsa ad eum huiusce-
modi, à magnifica gloria:
hic est filius meus dilectus
in quo mihi complacui:

ipsum audite. Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto. Et habemus firmiore propheticum sermonem: cui benefactis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco: donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. hoc primum intelligentes: quod omnis prophetia scripturæ, propria interpretatione non fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: sed spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti Dei homines. Fuerunt verò & pseudophetæ in populo: sicut & in vobis erunt magistri mendaces: qui introducent sectas perditionis: & eum, qui emit eos, Deum negat superducetes sibi celerem perditionem. Et multi sequentur eorum luxurias per quos veritatis blasphemabitur: & in avaritia fictis verbis de vobis negociabuntur. **Qui**bus iudicium iam omnino non cessat: & perditio eorum non dormitat. Si enim deus angelis peccantibus non pe-

percit, sed rudentibus inferni, detractos in tartarum tradidit cruciandos, in iudicium reservari: & originali mundo non pepercit: sed octavum Noe: iustitiæ præconem custodiuit, diluulum mundo impiorum inducens: & ciuitates Sodomorum & Gomorrhæorum in cinerem redigens, euerfione damnauit, exemplum eorum, qui implere acturi sunt, ponens: & iustum Loth oppressum a nephandorum iniuria ac luxuriosa conuersatione eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat: habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant.

Feria. iij. Liber Esther. cap. i. Lectio prima.

In diebus Assueri, qui regnauit ab India vsque Aethiopiã, super ceterum vigintiseptem prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui, fecerat grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum,

& Medorū inclytis, & præfectis prouinciarum corā ſe, vt oſtēderet diuitias gloriæ regni ſui, ac magnitudinem, atque iactantiā potentię ſuę multo tempore, centū videlicet & octoginta diebus. Cūque imple-
rentur dies cōuiuij, inuitauit omnem populum, qui inuentus eſt in Suſan, à maximo uſque ad minimum: & iuſit ſeptem diebus conuiuiū præparari, in veſtibus horti, & nemoris, quod regio cultu, & manu conſitum erat. Et pēdebant ex omni parte tentoria aerei coloris, & charpaſini, ac hyacinthini, ſuſtentata funibus byſſinis, atque purpureis, qui eburneis circulis inſerti erant, & columnis marmoreis fulciebantur. Lectuli quoque aurei, & argentei ſuper pauimentum, ſmaragdino, & parioſtratum lapide diſpoſiti erant: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & aliis atque aliis vaſis cibi inſerebantur. Vinum quoque, vt magnificentiā regiā di-

gnū erat, abundās, & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: ſed ſicut rex ſtatueraſt, præponens menſis ſingulos de principibus ſuis, vt ſumeret vnusquique quod vellet. Vaſthi quoque regina, fecit conuiuium ſcēminarum in palatio, vbi rex Aſſuerus manere conſueuerat.

¶ Ex epiſtola ſecūda beati Petri apoſtoli. Lectio. ij.

Nouit dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò, in diem iudicij reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcētia immūditæ ambulat, dominationēq; cōtēnunt, audaces, ſibi placētes: ſcētas nō metuūt intro ducere, blaſphemātes: vbi angeli, fortitudine, & virtute cū ſint maiores, nō portāt aduerſum ſe execrabile iudiciū. Hi verò, velut irrationalia pecora, naturaliter in captione, & ī perniciē. in his que ignorāt blaſphemātes ī corruptiōe ſua peribunt percipientes mercedē iniuſtitie. voluptatē

existimantes, dici delicias. coinquinationes, & maculae, deliciis afflaentes, in cōuiuuiis suis luxuriantes uobiscum, oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti, pellicentes animas, instabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes rectā uiam errauerunt, secuti uiam Balaā ex Bofor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem uero habuit suae uelaniae, subiugale mutum animal, in hominis uoce loquens prohibuit prophetā insipientiā. Hi sunt fontes sine aqua, & nebulae turbinibus exagitatae: quibus caligo tenebrarū reseruetur. Superba enim uanitatē loquētes, pelliciunt in desiderijs carnis luxuriae, eos qui paululū effugiunt, qui in errore cōuersantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi serui sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Si enim refugientes coinquinationes mūdi, in cognitione domini nr̄i, & saluatoris Iesu Christi,

his rursus implicati superantur: facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere uiam iustitiae, quam post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mandato. Contigit enim eis illud ueri prouerbij, Canis reuersus ad suū uomitum: & sus lota in uolutabro luti.

¶ *Peria quarta, ex-Esther. Cap. i. Lectio prima.*

ITaq; die septimo, cum rex esset hilarior, & post nimiam potationem incauisset mero, p̄cepit Mauimā & Bazatha, & Harbona, & Bagatha, & Abgatha & Zethar, & Carchas, septē eunuchis, qui in cōspectu eius ministrabāt, ut introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, ut ostenderet sanctis populis, & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra ualde. Quae reuinit & ad regis imperium, quod per eunuchos mādauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore

succensus, interrogavit sapientes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scitium leges, ac iura maiorum (erat autem primi, & proximi, Charfena, & Sethar, & Admatha, & Tharsis, & Mares, & Marsana, & Manucha, septem duces Persarum, atque Medorum, qui videbant faciem regis, & primi post eum residere soliti erant) cui sententiam Vasthi regina subiaceret, quae Assueri regis imperium, quod per eunuchos mandauerat, facere nolisset. Responditque Manuchan audiente rege, atque principibus, Non solum regem legit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes, qui sunt in cunctis provinciis regis Assueri. Egredietur enim sermo reginae ad omnes mulieres, ut contemnunt viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit, ut regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum, atque Medorum parvipendent imperia maritorum, unde regis

iusta est indignatio. Si ergo tibi placet, egredietur edictum a facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum, atque Medorum, quam praeteriri illicitum est, ut nequaquam regina Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera, quae melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) provinciarum tuarum divulgetur imperium, ut cunctae uxores, tam maiorum, quam minorum deserant maritis suis honorem.

¶ Ex epistola secunda Petri Apostoli, Cap. 3.

LECTIO secunda.

HAnc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione synceram mentem: ut memores sitis eorum, quae praedixi, verborum, a sanctis prophetis & apostolorum vestrorum praceptorum domini, & saluatoris: hoc primum scientes, quod veniet in nouissimis diebus, in deceptione illudores: iuxta proprias concupiscentias ambulantes, discetes, ubi est promissio,

Feria. v. Dñs. xxiiij. post Pentecost.

aut aduentus eius? ex quo enim patres dormierūt, omnia sic perseuerāt ab initio creaturæ. Latet em̄ eos hoc volentes, quod cæli erāt prius, & terra, de aqua, & per aquā cōsistēs dei verbo: per quē ille tūc mūdus aqua intudatus perit. Cæli autē qui nunc sunt & terra eodē verbo repositi sunt, igni reseruati in diē iudicij perditionis impiorū hominum. Vnum verò hoc non lateat vos charissimī: quod vnus dies apud dñm, sicut mille anni, & mille anni, sicut dies vnus. Non tardat dñs promissionē suā, sicut quidā existimāt: sed patienter agit propter vos: nolēs aliquos perire: sed omnes ad pœnitētiā reuerti: adueniet autē dies dñi, vt fur in quo cæli magno impetu transiet: elemēta verò calore soluētur: terra autem, & quę in ipsa sunt, opera exurentur. Cū igitur hęc omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus: expectantes, & properantes in aduentum diei dñi: per quē cæli ardentes

soluētur: & elemēta ignis ardore tabescent. Nouos verò cælos, & nouam terrā, & promissā ipsius expectamus: in quibus iustitia habitat. Propter quod charissimī, hęc expectantes, fatagite immaculati, & inuolati ei inueniri in pace: & dñi nostri longanimitatem salutē arbitramini: sicut & charissim⁹ frater noster Paulus, secundū datā sibi sapiētiā scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu: quæ indocti, & instabiles deprauāt: sicut & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur fratres, præscientes custodite: ne insipientiū errore traducti excidatis à propria firmitate. Crescite verò in gratia, & in cognitiōe dñi nostri, & saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria, & nunc, & in diem æternitatis, Amen.

Feria. v. Lib. Iob. Cap. 31

Lectio prima.

Ver erat in terra Hus: nomine Iob: & erat vir ille simplex, &

rectus, ac timēs deū, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septem filij, & tres filia. Et fuit possessio eius septē millia ouium, & tria millia camelorū, quingenta quoque iuga bouum, & quingētae asinae, ac familia multa nimis: eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuia per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas, vt comederent, & biberent cū eis. Cūque in orbem trāssissent dies cōuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos confurgēsq; diluculo, offerebat holocausta per singulos. Dicebat enī. Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadam autem die: cū venissent filij dei, & assisterent coram domino, affuit inter eos etiam satan. Cui dixit dominus, Vnde venis? Qui respondens, ait, Circumui terrā, & perambulauī eam. Dixitq; dominus ad eum, Nunquid cō-

siderasti seruum meū Iob, quod non sit ei simihs in terra, homo simplex, & rectus, ac timens deum, & recedens à malo? Cui respōdēs satan, ait, Nūquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamque substantiam eius per circuitum? operibus manū eius benedixisti, & possessio eius creuit in terrā? Sed extēde paululum manū tuam, & tange cūcta quae possidet, nisi in faciem benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad satā. Ecce, vniuersa quae habet in manu tua sunt, tātum in eū ne extendas manum tuam, Egressusque est satan à facie domini.

¶ Apocalypsis beati Iohannis Ap. post. cap. i. Lectio. ij.

Apocalypsis Iesu Christi, quā dedit illi Deus palam facere seruis suis quae oportet fieri citò: & significauit mittēs per angelum suum seruo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quae cunq; vidit. Beatus qui legit, & audit

verba prophetie huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Ioannes septem ecclesiis, quæ sunt in Asia. Gratia vobis, & pax ab eo qui est, & qui erat & qui venturus est, & à septem spiritibus, qui in cōspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum, & princeps regum terre, qui dilexit nos: & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo: & fecit nos regnū, & sacerdotes Deo, & patri suo. Ipsi gloria, & imperiū in secula seculorum, Amē. Ecce venit cū nubibus, & videbit eum omnis ocul⁹: & qui eum pupugerunt & plangēt se super eū, omnes tribus terre: etiā amē. Ego sum α & ω: principiū, & finis dicit dñs de⁹, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omnipotens.

¶ Feria. vi. ex Iob. Lect. j.

Cum autem quadam die filij, & filia eius comederent & biberent vinū in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, q̄ diceret, Bo-

ues arabant, & asine pascebantur iuxta eos, & irruerūt Sabzi, tuleruntque omnia, & pueros percusserunt gladio, & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi. Cūque adhuc ille loqueretur venit alter, & dixit, Ignis dei cecidit è celo, & tactas oues puerōsque consumpsit: & effugi ego solus, vt nūtiarem tibi. Sed & adhuc illo loquente venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnō & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit. Filiis tuis & filiabus vescētib⁹, & bibentibus vinum in domo fratris sui primogeniti, repente ventus vehemēs irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt. & effugi ego solus vt nuntiarem tibi. Tūc surrexit Iob, & scidit vestimēta sua, & tonsō capite corruens in terram, adorauit, & dixit. Nudus

egressus sum de utero matris meae, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob, neque stultum quid contra Deum locutus est.

¶ *Ex Apocalypsi. Lect. ij.*

Ego Iohannes frater vester, & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in Christo Iesu: fui in insula quae appellatur Pathmos, propter verbum Dei: & testimonium Iesu. Fui in spiritu in dominica die. Et audiui post me vocem magnam tanquam tubae dicentis. Quod vides, scribe in libro & mitte septem ecclesiis, quae sunt in Asia, Epheso, & Smyrnae, & Pergamo, & Thyatirae, & Sardis, & Philadelphiae, & Laodiceae. Et conuersus sum, ut viderem vocem quae loquebatur mecum. Et conuersus, vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum, similem filio hominis, velut potere, & praecinctum ad mamillas zona aurea.

Caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba: & tanquam nix, & oculi eius tanquam flamma ignis, & pedes eius similes auricalcho, velut in camino ardenti. Et vox illius, tanquam vox aquarum multarum, & habebat in dextera sua stellas septem. Et de ore eius gladius, utraque parte acutus exhibebat. & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius, tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens. Noli timere: Ego sum primus, & nouissimus, & viuus: & fui mortuus, & ecce sum viuus in secula seculorum: & habeo clauis mortis, & inferni. Scribe ergo quae vidisti, & quae sunt, & quae oportet fieri post haec. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea, septem stellae, angeli sunt septem ecclesiarum, & candelabra, septem ecclesiae sunt.

¶ *Sabb. ex Iob. ca. 2. Lect. 1.*

Factum est autem, cum quadam die venissent filij Dei, & staret coram

domino, venisset quoq; satan inter eos, & staret in conspectu eius, ut diceret dominus ad satan. Unde venis? **Qui** respondens, ait. Circumui terram, & perambulauit eam. Et dixit dominus ad satan, Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, vir simplex, & rectus, ac timens deum, & recedens a malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, ut affligerem eum frustra. Cui respondens satan, ait. Pelle pro pelle, & cuncta quae habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem: & tunc videbis quod in faciem benedicat tibi. Dixit ergo dominus ad satan, Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua. Egressus igitur satan a facie domini, percussit Iob ulcere pessimo, a planta pedis usque ad verticem eius, qui testa sanie radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi uxor sua. Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic deo, & mo-

rere. **Qui** ait ad illam, **Quasi** vna de stultis locuta es, si bona suscepimus de manu Dei, mala quare non sustineamus? In omnibus his non peccauit Iob labiis suis. Igitur audientes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suites, & Sophar Naamathites. Condixerant enim, ut pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. Et exclamantes plorauerunt, scissisque vestibus sparserunt puluerem super caput suum in caelum. Et sederunt eum eo in terra, septem diebus, & septem noctibus: & nemo loquebatur ei verbum. Videbat enim dolorem esse vehementem.

Ex Apocalypsi beati Iohannis Apost. cap. 3. l. c. ij.

ET angelo Ephesi ecclesiae scribitur. Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem caelalaborum aureorum. Scio opera tua, & laborem,

& patientiam tuam, & quod nō potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & nō sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinisti propter nomen meum, & nō defecisti. Sed habeo aduersum te pauca, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, sin autem, veniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurem, audiat quid spiritus dicat ecclesiis. Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in paradiso Dei mei. Et angelo Smyrnez ecclesie scribæ. Hæc dicit primus, & nouissimus, qui fuit mortuus, & uiuit. Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam, sed diues es, & blasphemaris ab his qui se dicunt iudeos esse, & non sunt: sed sunt synagoga satanz. Nihil horum timeas quæ pas-

surus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsque ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ.

NOTANDVM

quod hæc quatuor dicitæ vagantes quando interponuntur post Peteco. preter primam & secundam lect. nihil habet aliud. quia cetera dicitæ sunt de festo duplici, seu octaua tunc occurrenti. Quod quæadmodum fieri debeat, inuenies regulam cū iudi ce ante dicitam tertiam post Petecost. fol. 99.

Dnica prima Vagantium.
Ecclesiastic. Cap. 1. Lect. j.

OMnis sapientia à domino Deo est, & cū illo fuit semper, & est ante æuum. Arenam maris, & pluuie guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cæli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi, quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Prior omniū creata est sapientia, & intellectus

Dominicus. Vagatium.

prudentiæ ab æuo. Fōs sapientię verbum dei in excelsis, & ingressus illi⁹ mādata æterna. Radix sapientię, cui reuelata est? & astutias illius, quis agnouit? Disciplina sapientię cui reuelata est, & manifestata? & multiplicatione ingressus illius quis intellexit? Unus est altissimus creator omnium, omnipotens, & rex potēs, & metuendus nimis, sedens super thronū illius & dominās deus, Ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnem secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Timor domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit lætitiā & gaudium in longitudinem dierum. Timenti dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei, honorabilis sapientia. **Q**uibus autē apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agni-

tionē magnalium suorum. Initiū sapientię, timor domini, & cū fidelibus in uolua concreatus est, & cū electis forminis graditur, & cū iustis & fidelibus agnoscitur. Timor domini, sciētiz religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit.

¶ Epistola Pauli ad Galatas. cap. 1. Lectio secunda.

Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christū, & Deū patrem qui suscitauit eum a mortuis, & qui mecū sunt omnes fratres: ecclesiis Galatiæ, gratia uobis & pax a deo patre nostro & domino Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris ut eriperet nos de presenti seculo nequam, secundū uoluntatem dei, & patris nostri, cui est: gloria in secula seculorum. Amen. Miror quod sic tam cito transferimini ab eo qui uos uocauit in gratiā Christi, in aliud euāgeliū: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui uos conturbant, & uolunt

volunt conuertere euange-
liū Chriſti. Sed licet nos,
aut Angelus de cęlo euan-
gelizet vobis præterquam
quod euāgelizauimus vo-
bis: anathema ſit. Sicut p̄-
diximus, & nūc iterum di-
co, Si quis vobis euangeli-
zauerit præter ad quod ac-
cepiftis: anathema ſit. Mō-
do em̄ hominibus ſuadeo,
an deo? An quęro homini-
bus placere? Si adhuc ho-
mibus placere, Chriſti ſer-
uus non eſſem. Notū enim
vobis facio fratres euange-
lium quod euāgelizatū eſt
m̄ me, quia nō eſt ſecūdum
hominem: neq; enim ego
ab hoīe accepi illud, neq;
didici: ſed per reuelationē
Jeſu Chriſti. Audiftis em̄
conuerſationem meam ali-
quando in Iudaifmo, quo-
niam ſupra modum perſe-
quebar eccleſiam Dei, &
expugnabā illam, & prōū-
ciebam in Iudaifmo ſupra
multos cogitantes meos in
genere meo, abundantius
ſimulatores exiſtens pater-
narum mearum traditio-
num. Cū autem placuit
ei qui me ſegregauit ex ve-
tero matris meę, & vocauit

per gratiam ſuam, vt reue-
laret filium ſuum in me, vt
euangelizare illum in gen-
tibus. cōtinuō non acquie-
ui carni & ſanguini. Neq;
veni Ieroſolymā ad ante-
ceſſores meos apoſtolos:
ſed abi in Arabiam. Et ite-
rum reuerſus ſum Dama-
ſcum. Deinde poſt annos
tres veni Ieroſolymam vi-
dere Petrum & māſi apud
eū dieb⁹ quindecim. Aliū
autē apoſtolorum vidi ne-
minem niſi Iacobū fratrem
domini. **Quę** autē ſcribo
vobis: ecce corā Deo, quia
non mentior. Deinde veni
in partes Syrię & Cilicię.
Eram autem ignotus facie
eccleſię Iudęę, quę erant
in Chriſto. Tantū autem
auditum habebant, Quo-
niā qui perſequebatur nos
aliquando, nūc euangeli-
zat fidem quam aliquando
expugnabat, & in me clari-
ficabant Deum.

**Feſtia ſecunda, ex Eccle-
ſiaſtico. Lectio prima.**

Timenti Deum bene-
erit, & in diebus con-
ſummationis illius.
Benedicetur. Plenitudo ſā-
pientię eſt, timere Deū, &

B.

N.

N.

plenitudo à fructib⁹ illi⁹.
 Omnem domum illius im-
 plebit à generationibus, &
 receptacula, à thesauris il-
 lius. Corona sapientiz, ti-
 mor domini, replés pacē,
 & salutis fructum: & vidit,
 & dinumeravit eam, vtra-
 que autem sunt dona Dei.
 Scientiam, & intellectum
 prudentiz sapientia cōpar-
 tietur: & gloriā timentium
 se, exaltat. Radix sapiētiz
 est, timere dominum: & ra-
 mi illius lōgxi. In thesau-
 ris sapientiz intellectus, &
 sciētiz religiositas: execra-
 tio autem peccatoribus sa-
 piētia. Timor domini ex-
 pellit peccatū. nam qui si-
 ne timore est, non poterit
 iustificari. iracundia enim
 animositatis illius, subuer-
 sio illius est. Vsque in tem-
 pus sustinebit patiens, & po-
 stea redditio iucunditatis.
 Bonus sensus vsq; in tem-
 pus abscedet verba illius,
 & labia multorum enarra-
 bunt sensum illius. In the-
 sauris sapiētiz significatio
 disciplinæ: execratio autē
 peccatori cultura Dei. Fili
 concupiscens sapientiam,
 conserva iustitiā, & Deus

præbebit illā tibi. Sapien-
 tia em̄ & disciplina timor
 domini: & quod benefaci-
 tum est illi, fides & māsue-
 tudo, & adimplebit the-
 sauros illius. Cōtumax nō
 sis, & incredibilis timori
 Dei: & ne accesseris ad illū
 duplici corde. Ne fueris
 hypocrita in cōspectu ho-
 minū, & non scandalizeris
 in labiis tuis. Attende in il-
 lis, ne fortē cadas, & addu-
 cas animæ tuæ inhonora-
 tionē, & reuelet Deus ab-
 scōsa tua, & in medio sy-
 nagogę elidat te, quoniam
 accessisti maligne ad domi-
 num: & cor tuum plenum
 dolo & fallacia.

¶ *Ex epistola ad Galatas.
 cap. 2. Lectio secunda.*

DEinde post annos
 quatuordecim, ite-
 rum ascendi Ieroso-
 lymam cū Barnaba assum-
 pto & Tito. Ascēdi autem
 secundū reuelationē, & cō-
 tuli cū illis euāgeliū quod
 p̄dico in gentib⁹, scorsum
 autē iis qui videbantur ali-
 quid esse: ne forte in vñū
 currerem aut cucurrissem.
 Sed neq; Titus qui mecū
 erat, cū esset gentilis, com-

pulsus est circumcidi: sed propter subintroductos falsos fratres, qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, ut nos in seruitutē redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: ut veritas euāgelij permaneat apud vos. Ab iis autē qui videbantur esse aliquid (quales aliquādo fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis non accipit.) Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil cōtulerūt. Sed contra eum vidissent quōd creditū est mihi euāgelij præputij, sicut & Petro circumcissionis (qui enim operatus est Petro in Apostolatū circumcissionis operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam quę data est mihi, Iacobus & Cephas & Ioannes, qui videbātur columen esse, dexteram dederunt mihi & Barnabę, societatis, ut nos in gentes, ipsi autem in circumcissionē: tantum ut pauperū memores essemus, quōd etiam solliciti sui hoc ipsum facere. Cū

autem venisset Cephas Antiochiam: in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. Prius enim quā venirēe quidam à Iacobo: cum gentibus edebat. Cū autem venissent subtrahebat, & segregabat se, timens eos qui ex circumcissione erāt. Et simulatione eius cōsenserunt ceteri Iudæi, ita ut & Barnabas duceretur ab eis in illam simulationem. Sed cū vidissem quōd non rectē ambularēt ad veritatem euāgelij: dixi Cephę corā omnibus. Si tu, cū Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicē quomodo gentes cogis Iudaizare?

¶ Peria. iij. ex Ecclesiastico. cap. 3. Lectio prima.

Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animā tuam ad tentationē. Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuā, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempus obductionis. Sustine sustentationes Dei: coniungere Deo, & sustine, ut creseat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applici-

tum fuerit, accipe. & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiã habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & illo veterasce. Metuent es dominum sustine te misericordiã eius, & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominũ, credite illi. & non euacuabitur merces vestra. Qui timetis dominum sperate in illum: & in oblectatione veniet vobis misericordia. qui timetis dominum diligite illum, & illuminabuntur corda vestra. Respicite filij nationes hominum: & scitote quia nullus sperauit in domino, & confusus est. Quis enim permanfit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eũ, & despexit illũ? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

¶ Ex epistola ad Galatas. cap. 3. Lectio secunda.

Nos natura Iudæi: & nõ ex gentibus peccatores. Scientes autem quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credidim⁹, vt iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis. Propterea quòd ex operibus legis nõ iustificabitur ois caro. Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi iterum hæc ædifico. preuaricatorem me constitui. Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuam. Christo confixus sum cruci. Vivo autẽ, iam non ego: viuit verò in me Christus. Quòd autẽ nunc vivo in carne, in fide vivo filij Dei qui dilexũ me, & tradidit semetipsum pro me. Non abicio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortu⁹ est. O insensati Galatæ, quis vos fascinauit

non obedire veritati, ante quorū oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere. Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, nunc carne consummami? Tanta passi estis sine causa? si tanta men sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est, Abrahā credidit Deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo qui ex fide sunt: ij sunt filij Abrahæ. Prouidēs autem scriptura: quia ex fide iustificat gentes Deus: pronuntiauit Abrahæ, Quia benedicentur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt: benedicentur cum fideli Abraham. **Quicunque enim ex operibus legis sunt: sub maledicto sunt.** Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non permāserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. **Quod autem in lege ne-**

mo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide viuuit. Lex autem, non ex fide: sed qui fecerit ea homo: viuēt in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus (quia scriptum est, Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.

¶ Feria. iij. ex Ecclesiastico. cap. 7. Lectio prima.

VAE Iuplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terrā ingredienti duabus viis. Vx dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. Vx iis qui perdiderunt sustentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facietis, cū inspicere cœperit dominus? Qui timent dominū, nō erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illū, conseruabūt vias illius. **Qui timēt dominū,**

inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipsi⁹. Qui timet dominum preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timeant dominum, custodient mandata illius, & patientia habebunt usque ad inspectionem illius, dicentes, Si poenitentiam non egerimus, incidemus in manus domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Filij sapientiae, ecclesia iustorum: & natio illorum, obedientia, & dilectio. Iudicium patris audite filij, & sic facite ut saluis sitis. Deus enim honorauit patrem in filiis: & iudicium matris exquirens, firmavit in filios.

¶ Ex epistola ad Galatas.

LECTIO SECUNDA.

FRATRES (secundum hominem dico) tamen hominibus confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abraham dicta sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et feminibus, quasi in multis,

sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum a Deo: quæ post quadringentos, & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas, iam non ex promissione, Abraham autem per repromissionem donauit de⁹. Quid igitur lex? Propter transgressionem posita est, donec veniret semini cui promiserat ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnus non est. Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides: sub lege custodiebamur conclusi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex, pedagogus noster fuit in Christo: ut ex fide iustificemur. At ubi venit fides: iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij Dei estis per

fidē quæ est in Christo Iesu. Quicūq; enim in Christo baptizati estis: Christū induistis. Non est Iudæus, neque Græcus, non est seruus, neq; liber, non est masculus neque fœmina. Omnes enim vos, vnum est in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abraham estis, secundum promissionem hæredes, Dico autem, quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus, & actoribus est vsq; ad præfinitū tempus à patre: ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mûdi huius eramus seruietēs. At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filiū suū factum ex muliere: factū sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionē filiorū reciperem⁹. Quoniā autē estis filij dei: misit Deus spiritū filij sui in corda vestra, clamantē, abba, pater. Itaque iam nō est seru⁹: sed filius. Quod si filius: & hæres per Deū.

¶ Feria quinta, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Qui diligit Deū, exorabit pro peccatis & continebit se ab illis, & in oratione dierū exaudietur. & sicut qui thesaurizat, ita & q; honorificat matrem suam. **Qui** honorat patrē suū, iucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. **Qui** honorat patrē suum vita viuēt longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. **Qui** timet dominum, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his, qui se genuerunt. In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo: & benedictio illius in nouissimo maneat. **Benedictio** patris firmat domos filiorū: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne gloriaris in contumelia patris tui, non enim est tibi gloria, sed cōfusio, gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. **Fili,** suscipe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam

da, & ne spernas eum in virtute tua. Eleemosyna enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia edificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluetur peccata tua. **Q**uam malæ samæ est qui derelinquit patrem: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem.

¶ Ex epistola ad Galatas.
Lectio secunda.

Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis, qui natura non sunt dii, serviebatis. Nunc autem cum cognoveritis Deum, imò cognovisti sitis à deo: quomodo convertimini iterum ad infirma & egona elementa, quibus denuò servire vultis? Dies observatis, & menses, & tempora, & annos. Timeo vobis, ne sine causa laboraverim in vobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos: fratres obsecro vos. Nihil me læsistis. Scitis autem quòd per infirmitatem carnis evangelizavi vobis iam pridem, &

tentationem vestram in carne mea non spreveritis neque respicistis, sed sicut Angelum Dei accepistis me, sicut Christum Iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Aemulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, ut illos emulemini. Bonum autem emulamini in bono semper: non tantum cum præsens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Vellem autem esse apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui sub lege vultis esse: legem non legistis? Scriptum est enim, **Q**uoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem: quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt

duo testamēta. Vnum quidem in monte Sina, in seruitutem generans: quæ est Agar (Sina enim, mons est in Arabia: qui coniunctus est ei, quæ nunc est Ierusalem) & seruit eū filiis suis. Illa autem quæ sursum est Ierusalem, libera est: quæ est mater nostra. Scriptum est enim, Lætare sterilis, quæ non paris, erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deserte, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres secundū Isaac promissionis filij sumus. Sed quæadmodū tūc is qui secundū carnē natus fuerat, persequabatur eū qui secundū spiritum, ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? Eiace ancillam & filium eius: nō enim hæres erit filius ancillæ cū filio liberæ. Itaque fratres, non sumus ancillæ filij, sed liberæ: quia libertate Christus nos liberauit.

**Feria sexta, ex Ecclesia
nico. Lectio prima.**

Fili, in mansuetudine operatua perface: & super hominum gloria diligetis. Quantò magnus

es, humilia te in omnibus, & corā Deo inuenies gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus: non est enim tibi necessariū ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorum, & in vanitate decinuit sensus illorum. Cor durum habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauum cor in illis scandalizabitur. Cor nequam grauabitur in doloribus, & peccator adiiciet ad peccandum. **Synagoga superborum non erit sanitas, frutex enim peccati eradicator in illis, & non**

intelligetur. Cor sapientis intelligetur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapientis cor, & intelligibile, abstinere se à peccatis, & in operibus iustitiæ successus habebit. Ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum.

Ex epistola Pauli ad Galatas. cap. 3. Lectio. ij.

State: & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Non enim spiritu ex fide spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu, neque circumcisio aliquid valet neque præputium: sed fides quæ per charitatem

operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cõsenseritis. Persuasio hæc non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quod nihil aliud sapietis. qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque est ille. Ego autem fratres, si circumcisio adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Utinam & abscindantur, qui vos conturbant. Vos enim in libertate vocati estis fratres: tantum ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si inuicem mordetis & comeditis: videte ne ab inuicem consumamini. Dico autem in Christo: spiritu ambulate, & desideria carnis non perficite. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem: hæc

enim sibi inuicē aduersantur: vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Quod si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei nõ consequentur. Fructus autem spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, caritas. Aduersus huiusmodi, non est lex. Qui autem sunt Christi: carnem suam crucifixerunt cum vitis & concupiscentiis. Si spiritu viuimus: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi: inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.

¶ *Sabbato, ex Ecclesiastico, cap. 4. Lectio prima.*

Flli, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos non transferas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & nõ exasperes pauperem in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum angustianti. Rogationem cõtribulati ne abicias: & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos, propter iram, & non relinquant quærentibus tibi, retro maledicere. Maledicentis enim tibi in amaritudine anime exaudietur deprecatio illius, exaudiet autem eum, qui fecit illum. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnati humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & respõde illi pacificè in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur, de manu superbi: & non acie feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu

velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater.

Ex epistola ad Galatas. Cap. 6. Lectio secunda.

Fratres & si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spirituales estis huiuscemodi instruite in spiritu lenitatis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alteri onera portate & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis exultat se aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet unusquisque, & sic in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Unusquisque enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis. Nolite errare: Deus non irridetur. Quae enim seminaverit homo: haec & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionem, qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam aeternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. tempo-

re enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicumque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circumcidi, tantum ut crucis Christi persecutionem non patiantur. Neque enim qui circumciduntur, legem custodiunt, sed volunt vos circumcidi: ut in carne vestra gloriantur. Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu, neque circumcisio aliquid valet, neque praepitium: sed nova creatura. Et quicumque hanc regulam sequuti fuerint: pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego enim stigmata domini Iesu, in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi, cum spiritu vestro fratres. Amen.

¶ Dñica. ij. Vaganium.
Cap. i. Lectio prima.

Sapientia filiis suis vitam inspirat, & suscipit exquirentes se, & præbit in via iustitiæ, & qui illam diligit, diligit vitam & qui vigilauerint ad illam, complectentur placitum eius. Qui tenuerint illam, vitam hereditabunt & quo introibit, benedictet Deus. Qui seruiuit ei, obsequentes erunt sancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus. Qui audit illam, iudicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hereditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illorum: quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis elegit eum. Timorem & metum, & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum, & denudabit abscondita sua illi, & thesau-

rizabit super illum scientiam, & intellectum iustitiæ. Si autem oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici sui.

¶ Ex epist. Pauli ad Ephesios. cap. i. Lectio secunda.

Paulus Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu, gratia vobis, & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Benedictus deus, & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut effemus sancti & immaculati in cûspectu eius in charitate: qui prædestinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum in ipsum: secundum propositum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinem eius: remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ eius, quæ

Feria .ij. Dñica .ij. Vagantior.

superabūdauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentū volūtatis suæ, secundū beneplacitū eius, quod p̄posuit in eo, in dispensatione plenitudinis tēporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis, & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam & nos fortē vocati sumus: prædestinati secundū propositū eius qui operatur omnia secundū consiliū voluntatis suæ, vt simus in laudē gloriæ eius nos, qui ante sperauimus in Christo, ī quo & vos, cū audissetis verbum veritatis, euangelium salutis vestrę, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostrę in redemptiōē acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiēs fidem vestram quę est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos: nō cesso gratias agens pro vobis, memoriā vestri faciens in orationib⁹ meis, vt deus (domini nostri Iesu Christi pater) gloriæ, det vobis

spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitiōē eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quę sit spes vocationis eius, & quę diuitiæ gloriæ hereditatis eius in sanctis, & quę sit futūre pereminēs magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus secundū operationem potētis virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum a mortuis, & constituens ad dexteram suam in cælestib⁹, supra omnem principatū & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnē ecclesiā, quę est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

¶ Feria secunda, ex Beato Iustino. Lectio prima.

Fili, conferua tempus, & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verū. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio addu-

cens gloriā & gratiam. Ne
 accipias faciē aduersus fa-
 ciem tuā, nec aduersus ani-
 mam tuam mendacium. Ne
 reuereris proximū tuum
 i casu suo: nec retineas ver-
 bum in tempore salutis.
 Non abscondas sapientiam
 tuam in decore suo. In lin-
 gua enim sapientia digno-
 scitur: & sensus, & scientia,
 & doctrina in verbo sensa-
 ti, & firmamentum in ope-
 ribus iustitiæ. Non cōtra-
 dicas verbo veritatis vllō
 modo, & de mendacio in-
 eruditionis tuæ confunde-
 re. Non confundaris con-
 fiteri peccā tua, & ne subii-
 cias te omni homini pro
 peccato. Noli resistere cō-
 tra faciem potētis, nec co-
 neris contra ictum fluij.
 Pro iustitia agonizare pro
 anima tua, & vsq; ad mor-
 tē certa pro iustitia, & de-
 expugnabit pro te inimi-
 cos tuos. Noli citatus esse
 in lingua tua & inutilis, &
 remissus in operibus tuis.
 Nol te esse sicut leo i domo
 tua, euerteret domesticos
 tuos, & opprimens subie-
 ctos tibi. Non sit porrecta
 manus tua ad accipiendū,

& ad dandum collecta.

¶ *Ex epist. Pauli ad Ephesios. Cap. 3. Lectio. ij.*

ET vos cū essetis mor-
 tui delictis, & pecca-
 tis vestris in quib⁹ alī
 quando ambulastis secun-
 dū seculū mundi huius,
 secūndū principem pote-
 statis aeris huius spiritus
 qui nūc operatur in filios
 dissidētis, in quibus & nos
 omnes aliquando conuer-
 sati sum⁹ in desyderiis car-
 nis nostræ, facientes volū-
 tatem carnis cogitationū,
 & eramus natura filij iræ,
 sicut & ceteri: Deus autem
 qui diues est in misericor-
 dia, propter nimiam chari-
 tatem suā qua dilexit nos,
 & cū essemus mortui pec-
 catis, conuiuificauit nos
 Christo, cuius gratia estis
 saluati, & cōresuscitauit &
 cōsedere fecit in cœlesti-
 bus in Christo Iesu, vt o-
 stenderet in seculis super-
 uenientibus, abundātes di-
 uitias gratiæ suæ in boni-
 tate super nos in Christo
 Iesu. Gratia enim estis sal-
 uati per fidem: & hoc non
 ex vobis, Dei enim donū
 est: non ex operibus, vt ne

Peria. iij. Dñica. ij. Vagantium.

quis gloriatur. Ipsi enim sumus factura: creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quod aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circumcisio in carne manu facta quæ eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit utraque vnum, & medium parietem maceris, soluens inimicitias in carne sua: legem mandatorum decretis euacuans: ut duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, ut reconciliet ambos in vno corpore, deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem iis qui prope: quo-

niam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

¶ Peria. iij. ex Ecclesiastico. cap. 5. Lectio prima.

Noli attendere ad confessiones iniquas, & ne dixeris. Est mihi sufficiens vita, nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: & ne dixeris. Quomodo potui? aut quis me subiiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris, Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. De peccato noli esse sine metu, neque adicias peccatum

tum super peccatū. Et ne dicas, Misericordia dñi magna est, multitudinis peccatorum meorū miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo eodē proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non trades conuerti ad dominum, & ne differas de die in diem, subitō em̄ veniet ira illius, & in tēpore vindictæ disperdet te. Noli anxius esse in diuitiis iniustis, non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Non ventiles te in omnem ventum, & nō eas in omnem viam, sic enim omnis peccator probatur ī duplici lingua. Esto firmus in via domini, & in veritate sensus tui & scientia: & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Esto mansuetus ad audiendum verbum dei, vt intelligas: & cū sapientia profer respōsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati: lingua verō impru-

dentis subuersio est ipsius. Non appelleris susurro in vita tua, & lingua tua ne capiaris & confundaris. Super furem enim est confusio, & pœnitentia, & deuoratio pessima super bilinguem: susurratori autem odium, & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillū, & magnum similiter.

¶ Ex epistola Pauli ad Ephesios. Cap. i. Lectio. ii.

Vnus rei gratia ego

H Paul⁹ victus Christi Iesu, pro vobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ dei quæ data est mihi in vobis: quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est sacramētum, sicut supra scripsi ī breui. prout potestis legētes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod aliis generationibus non est agnitom filiis hominum, sicuti nūc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu, gentes esse cohæredes, & cōcorporales, & cōparticipes promissionis eius in Christo Iesu per euāgelium, cuius

factus sum ego minister secundum donum gratie dei, quae data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omnium sanctorum minimo, data est gratia haec. In gentibus evangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in seculis in Deo, qui omnia creauit, ut innotescat principibus & potestatibus in caelestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum praesentationem saeculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quae est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur, ut det vobis secundum diuitias gloriae suae, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine, Christum habita-

re per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit latitudo, & longitudo, & sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potes est omnia facere superabundanter quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quae operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes saeculi saeculorum. Amen.

Feria. iij. ex Ecclesiastico. cap. 6. Lectio prima.

Noli fieri pro amico inimicus proximo: improprium enim & contumeliam malus hereditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animae tuae, velut taurus. ne forte elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquantur velut lignum aridum in eremo, anima enim nequam di-

Sperdet qui se habet, & in gaudium inimicis dat illū, & deducet in sortē impiorum. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sis tibi vnus de mille. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei teipsum. Est enim amicus, secundum tempus suum, & nō permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui conuertitur ad inimitiam: & est amicus qui odium & rixam & conuicia denudabit. Est autem amicus socius mēse, & nō permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coequalis, & in domesticis tuis fiducialiter aget, si humiliauerit se contra te, & a facie tua absconderit se, vnanimē habebis amicitiam bonā. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis: protectio fortis: qui autē inuenit illū, inuenit thesaurū. Amico fideli nulla est cō-

paratio, & nō est digna pōderatio auri & argēti cōtra bonitatē fidei illius. Amicus fidelis medicamentum vitæ, & immortalitatis: & qui metuūt dominum, inuenient illum. **Qui** timeat Deū, æquē habebit amicitia bonā: quoniā secundum illum erit amicus illius.

¶ Ex epistola Pauli ad Ephesios. cap. 4.

Lectio secunda.

O Bsecro itaq; vos ego vincētus in dño, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cū omni humilitate & māsuetudine, eū paciēcia supportantes inuicē in charitate, solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis, vnū corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna specie vocationis vestre. Vnus dominus, vna fides, vnum baptisma. Vnus Deus, & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrū data est gratia secundū mensuram donationis Christi. Propter quod dicit. Ascendens in altum, captiuam duxit ca-

Feria v. Diei. ij. Vagantium.

ptiuitatem: dedit dona hominibus. Quod autē ascendit: quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terrę? Qui descendit: ipse est & qui ascendit supra omnes cęlos, & vt impleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos, quosdam autē prophetas, alios verō euangelistas, alios autem pastores & doctores, ad cōsummationem sanctorū in opus ministerij in ædificationē corporis Christi: donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi vt iam non simus paruuli, fluctuantes, & circūferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominū, in astutia ad circūventionem erroris: veritatem autem faciētes in charitate, crescām⁹ in illo per omnia, qui est caput, Christus: ex quo totum corpus compactum & connexum per omnē iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensuram vniuscuiusq; membri aug-

mentum corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor in domino: vt iam non ambuletis sicut & gentes, ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habētes intellectū, alienati à vita dei per ignorantiam quæ est in illis propter cæcitātē cordis ipsorū, qui desperantes, semetipsos tradiderunt impudicitiz, in operationem immunditiz omnis in auaritiā. Vos autem non ita didicistis Christum, si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinā conuersationem veterem hominē: qui corrumpitur secundum desideria erroris.

¶ Feria quinta, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Fili, in iuuetute tua excipe doctrinā, & vsq; ad canos inuenies sapientiam. Quali is, qui erit, & qui seminat, accede ad eā, & sustine bonos fructus illius, in opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generatio-

nibus illius. Quam aspera est nimium sapientia in doctis hominibus, & non perianebis in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur proicere illam. Sapientia enim doctis secundum nomen est elus, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei. Audi fili, & accipe consilium meum: iniecias consilium meum: iniecias pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum, subice humerum tuum, & porta illam, & ne accedieris vinculis eius. In omni animo tuo accode ad illam: & in omni virtute tua conserva vias eius. Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam, in nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stollam glorie, deor enim vitæ erit in illa, & vincula il-

lius alligatura salutis. Stolla glorie indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. Fili, si attende- ris mihi, disces: & si accom- modaueris animum tuum, sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris. In multi- tudine presbyterorum prudentium ista, & sapientie il- lorum ex corde coniunge- re, vt omnem narrationem Dei possis audire, & pro- uerbia laudis non effugiât à te. Et si videris senatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exerat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maxime as- siduus esto, & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sa- pientie dabitur illi.

Ex epistola Pauli ad E- phesios. Lectio secunda.

Renouamini autem spi- ritu mentis vestre: & induite nouum homi- nem qui secundum Deum creatus est in iustitia, & san- ctitate veritatis. Propter quod deponentes mendacium, loquimini veritatem

vnusquisque cū proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irascimini: & nolite peccare. Sol non occidat super iracundiam vestram. Nolite locum dare diabolo. **Qui** furabatur iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonū est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum Dei: in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia tollatur à vobis cū omni malitia. Estote autem inuicē benigni, misericordes, donantes inuicē, sicut & Deus in Christo donauit vobis. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Forn-

catio autē & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudō, aut stultiloquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem nō pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligētes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, nō habet hereditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis, propter hæc enim, venit ira Dei in filios dissidentię. Nolite ergo effici participes eorum. Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in dño. Ut filij lucis ambulate, (Fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate) probantes quid sit beneplacitū Deo: & nolite cōmunicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autē redarguite. **Quæ** enim in occulto sūt ab ipsis, turpe est & dicere. Omnia autē quæ arguuntur: à lumine manifestantur. omne enim quod manifestatur, lumē est. Propter quod dicit, Surge qui dor-

mis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus.

¶ *Feria. vj. ex Ecclesiastico. Cap. 7. Lectio prima.*

Noli facere mala, & non te apprehendēt. Discede ab iniquo & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplū. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regē noli velle videri sapiēs. Noli quærere fieri iudex, nisi valeas virtute irrumperere iniquitates: ne fortē extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Nō pecces in multitudinē ciuitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata. nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare, & facere elemosynam ne despicias. Ne dicas, In multiudine munerum meorum respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea su-

scipiet. non irrideas hominem in amaritudine animæ. est enim qui humiliat & exaltat, circumspector Deus. Noli arare mendacium aduersus fratrem tuum: neque in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendacium: assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorū & non iteres verbum in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab altissimo. Nō te reputes in multitudine indisciplinatorū. Memento ire, quoniam non tardabit.

¶ *Ex epistola Pauli ad Ephesios. Lectio secunda.*

Videte itaque fratres quomodo cautē ambuletis, nō quasi insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelligentes quæ sit volūtas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquentes vobismetipsis in psalmis,

hymnis, & canticis spiritua-
libus, cantantes & psallen-
tes in cordibus vestris do-
mino gratias agentes sem-
per pro omnibus, in nomi-
ne dñi nostri Iesu Christi,
Deo & patri. Subiecti inui-
cem, in timore Christi. Mu-
lieres viris suis subditæ
sint, sicut domino: quoniã
vir caput est mulieris sicut
Christus, caput est eccle-
siaz, ipse: saluator corporis
eius. Sed sicut ecclesia sub-
iecta est Christo: ita & mu-
lieres viris suis in omnib⁹.
Viri, diligite vxores ve-
stras, sicut & Christus dile-
xit ecclesiam, & seipsum tra-
didit pro ea: vt illã sancti-
ficaret, mundans eam lano-
cro aquæ in verbo vitæ, vt
exhiberet ipse sibi glorio-
sam ecclesiam non habenti-
tem maculam, aut rugam,
aut aliquid huiuscemodi,
sed vt sit sancta & immacu-
lata. Ita & viri debent dili-
gere vxores suas vt corpo-
ra sua. Qui suam vxorem
diligit, seipsum diligit. Ne-
mo enim vnquam carnem
suam odio habuit: sed nu-
trit & fouet eam, sicut &
Christus ecclesiam, quia me-

bra sumus corporis eius:
de carne eius, & de ossibus
eius. Propter hoc reliqua
homo patrem & matrem
suam: & adhærebit vxori
suz, & erunt duo in carne
vna. Sacramentum hoc ma-
gnum est, ego autem dico
in Christo & in ecclesia. Vir-
runtamen & vos singuli v-
nusquisque vxorem suam
sicut seipsum diligit: vxor
autem timeat virum suum.
¶ *Sabbato, ex Ecclesiast.*

Lectio prima.

Humilia valde spiri-
tum tuum: quoniã
vindicta carnis im-
pij, ignis & vermis. Noli
præuaricari in amicum pe-
cuniam differetem, neque
fratrem charissimum in au-
ro spreueris. Noli discede-
re à muliere sensata & bo-
na, quam sortitus es in ti-
more Domini: gratia enim
verecundiaz illius super au-
rum. Non lædas seruum in
veritate operantem, neque
mercenarium, dantem ani-
mam suã. Seruus sensatus
sit tibi dilect⁹ quasi anima
tua, non defraudes illum li-
bertate. neque inopem de-
relinquas illum. Pecora ti-

bi sunt, attende illis: & si sunt vtilia perseueret apud te. Filij tibi sunt, erudi illos, & curua illos à pueritia coru. Filij tibi sunt, serua corpus illarum: & non ostendas hilarem facie tuã ad illas. Trade filiã, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animam tuam, non proicias illam, & odibili non credas te in toto corde tuo. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniã nisi per illos natus nõ fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time dominum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eũ qui te fecit: & ministros eius non derelinquas. Homora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. Da illis partem, sicut mandatum est tibi primitiarũ & purgationis: & de negligentia tua purga te eũ paucis. Datum brachiorũ tuorum & sacrificiũ sanctificationis offeres domino: &

initia sanctorum: & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Gratia dati in cõspectu omnis uiuentis, & mortuo nõ prohibeas gratiam. Non desis plorãtibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Nõ te pigeat visitare infirmum, ex his enim in dilectione firmaberis. In omnibus operib⁹ tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis.

Ex epistola Pauli ad Hebræos. cap. 4. Lectio. ij.

Filij, obedite parẽtibus vestris i domino, hoc enim iustum est. Honora patrem tuum & matrem tuam: quod est mandatum primum in promissione, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione domini. Serui obedite dominis carnalibus, eũ timore & tremore, in simplicitate cordis vři, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus pla-

Sabbato.

centes, sed vt serui Christi euangelij pacis: in omni-
facientes voluntatem Dei bus fumentes scutum fidei,
ex animo cum bona volun in quo possitis omnia tela
tate seruientes: sicut domi nequissimi ignea extingue-
no & nō hominibus, scien re, & ga' eā salutis assumite:
tes quoniam vnusquisque & gladium spiritus, quod
quod eū que fecerit bonū: est verbum dei. Per omnē
hoc recipiet à domino, si- orationem & obsecrationē
ue seruus, siue liber. Et vos orātes omni tēpore in spi-
domini, eadem facite illis, ritu: & in ipso vigilantes in
remittentes minas, sciētes omni instantia, & obsecra-
quod & illorū & vester do tione pro omnib⁹ sanctis:
minus est in cælis: & perso & p me, vt detur mihi ser-
narum acceptio non est a- mo in apertione oris, mei
pud Deum. De cætero fra cum fiducia, notum facere
tres, confortamini in do- mysterium euangelij, pro
mino, & in potentia vir- quo legatione fungor in
tutis eius. Induite vos ar- catena, ita vt in ipso audeā,
maturā dei vt possitis stare prout oportet me, loqui.
aduersus insidias diaboli: Vt autē & vos sciatis quæ
quoniam nō est nobis col- circa me sunt, quid agam:
luctatio aduersus carnem omnia vobis nota faciet
& sanguinem, sed aduersus Tychicus, charissimus fra-
principes & potestates, ad- ter & fidelis minister in do-
uersus mundi rectores te- mino: quem misi ad vos in
nebrarū harū, contra spiri hoc ipsum, vt cognoscatis
tualia nequitix in cælesti- quæ circa nos sunt, & con-
bus. Propterea accipite ar- fo lentur corda vestra. Pax
maturā dei: vt possitis resi- fratribus & charitas cū fide
stere in die malo, & in om- à Deo patre nostro, & do-
nibus perfecti stare. State mino Iesu Christo. Gratia
ergo succincti lumbos ve- cum omnibus qui diligūt
stros in veritate, & induti dominum nostrum Iesum
loricam iustitiæ, & calcea- Christum in corruptione,
ti pedes in præparationem Amen.

¶ *Dñica iij. Vagantiū, ex
ecclesiastico. cap. 8. Lec. i.*

Non litiges cum homine potēte, ne forte incidas in manus illius. Non cōtendas cū viro locuplete, ne forte ecōtra constituat litē tibi. Multos enim perdidit aurum, & argentiū, & vsque ad cor regum extendit & cōuertit. Non litiges cū homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. Non cōmunices homini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem auertētem se à peccato, neque impropere ei. Memēto quoniam omnes in corruptione sumus. Ne spernas hominē in sua senectute: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere, sciēs quoniā omnes moriemur, & in gaudium volumus venire. Ne despicias narrationē presbyterorū sapientiū & in prouerbis eorum cōuersare. Ab ipsis em̄ discas sapientiā, & doctrinā intellectus, & seruire magnatib⁹ sine querela. Nō te prætereat narratio senio-

rū: ipsi enim didicerunt à patribus suis, quā ab ipsis discas intellectu, & in tempore necessitatis dare responsum. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flāma ignis peccatorū illorū. Ne cōtra faciē stes contumeliosi, ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli scernerari homini fortiori te: quā si sceneraueris, quasi perditum habe. Nō spondeas super virtutē tuā: quōd si spopōderis, quasi restituēs cogita. Non iudices contra iudicem, quoniā secundum quod iustum est, iudicat. Cum audace non eas in via, ne forte grauet mala tua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cum stultitia illius peries.

¶ *ix epist. prima ad Thes-
salonicēses. Cap. i. Lect. ij.*

Paulus, & Siluanus, & Timotheus ecclesie Thesalonicēsiū in Deo patre nostro & domino Iesu Christo gratia vobis, & pax. Gratias agimus deo semper pro omnibus vobis: memoriam vestri

Dominica. iij. Vaganſium.

facientes in orationib⁹ noſtris ſine intermiſſione, memores operis fidei veſtræ & laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei domini noſtri Jeſu Chriſti, ante Deū & patrem noſtrum. Scientes fratres dilecti, à Deo electionem veſtram: quia euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed & in virtute, & in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicuti ſcitis quales fuerimus in vobis propter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & domini: excipientes verbū in tribulatione multa cum gaudio ſpiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnib⁹ credētibus, in Macedonia, & in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo domini. non ſolum in Macedonia, & in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt ad Deum, profecta eſt, ita vt non ſit nobis neceſſe quicquam loqui. Ipsi enim de nobis annuntiant, qualem introitum habuerim⁹ ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad Deum à ſimulachris ſeruire deo viuo & vero, & expectare filiū ei⁹ de cælis (quē ſuſcitauit ex mortuis) Jeſum, q̄ eripuit nos ab ira ventura. Nam & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos quia non inanis fuit: ſed ante paſſi multa & contumeliis affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciam habuimus in Deo noſtro loqui ad vos euangelium Dei in multa ſolicitudine. Exhortatio enim noſtra non de errore neque de immundicia, neque in dolo: ſed ſicut probati ſumus à deo vt crederetur nobis euangelium, ita loquimur: nō quaſi hominibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra. Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occasione auaritiæ, Deus teſtis eſt: nec querētes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti apoſtoli: ſed facti ſum⁹ paruuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos: ita deſiderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non

folùm euangelium Dei, sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis facti estis. Memores enim estis, fratres laboris nostri & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem vestrum grauaremus: prædicauimus in vobis euangelium Dei. Vos testes estis & deus, qui sanctè & iustè & sine querela vobis, qui credidistis affuimus: sicut scitis qualiter vnūquemque vestrum (sicut pater filios suos) deprecantes vos & consolantes, testificati sumus ut ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suū regnum & gloriam.

Feria secūda, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Cum iracundo nō facias rixam, & cū audace nō eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elibet te. Cum fatuis consiliū non habeas: non enim poterūt diligere, nisi quæ eis placēt. Corā extraneo nō facies consiliū: nescis enī quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes:

ne fortè inferat tibi gratiā falsam, & conuicietur. Nō zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequæ. Nō des mulieri potestatem animæ tuæ: ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne respicias mulierē multiuolam: ne forte incidas in laqueos illius. Cūm saltatrice ne assiduus sis: nec audias illā, ne fortè percas in efficacia illius. Virgine ne conspicias, ne fortè scandalizeris in decore illius. Ne des fornicariis animam tuam in vllō: ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circūspicere in vicis ciuitatis, ne oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuā à muliere cōpta, & ne circūspicias speciem alienam, propter speciem mulieris multi perierūt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. colloquūt eam illius quasi ignis exar-

descit. Cum aliena muliere
nō sedetas omnino: nec ac-
cūbas cū ea super cubitum
& nō alterceris cum illa in
vino, ne fortè declinet cor
tuū in illā, & sanguine tuo
labaris in perditionem.

*Ex epist. prima ad Thes-
salonicēses. Lectio secūda.*

I Deo & nos gratias agi-
mus Deo sine intermis-
sione. quoniā cūm acce-
pissetis à nobis verbum au-
ditus Dei, accepistis illud
nō ut verbū hominū, sed
(sicut est vere) verbū Dei,
qui operatur in vobis qui
credidistis. vos enim imita-
tores facti estis fratres, ec-
clesiarum Dei quæ sunt in
Iudæa, in Christo Iesu: quia
eadem passi estis & vos à
contributionibus vestris, sicut
& ipsi à Iudæis, qui & Do-
minum occiderunt Iesum,
& prophetas, & nos perse-
quuti sunt, & deo non pla-
cent: & omnibus homini-
bus aduersantur prohiben-
tes nos gentibus loqui, vt
salui fiant, vt impleant, pec-
cata sua semper. peruenit
ecim ira Dei super illos vs-
que in finem. Nos autem,
fratres desolati à vobis ad

tempus horæ, aspectu, nō
corde: abundantius festina-
uimus faciem vestram vi-
dere cū multo desiderio:
quoniam voluimus venire
ad vos, ego quidem Pau-
lus, & semel & iterum: sed
spediuit nos satanas. Quæ
est enim nostra spes, aut
gaudium, aut corona glo-
riæ? Nonne vos ante Do-
minum nostrū Iesum Chri-
stum estis in aduentu eius
vos enim estis gloria nostra
& gaudiū. Propter quod
nō sustinētes amplius, pla-
cuit nobis remanere Athe-
nis, solis, & misimus Timo-
theū fratrem nostrū & mini-
strū Dei in euāgelio Chri-
sti, ad confirmandos vos &
exhortandos pro fide v̄ra:
vt nemo moueatur in tri-
bulationibus istis. ipsi em̄
scitis quōd in hoc positi su-
mus. Nam & cū apud vos
essēmus, præ dicebamus vo-
bis passuros nos tribulatio-
nes, sicut & factū est, & sci-
tis. Propterea & ego am-
plius non sustinēs, nisi ad
cognoscendam fidem ve-
strā: ne fortè tētauerit vos
is qui tentat, & inanis fiat
labor noster. Nunc autem

veniente Timotheo ad nos
 à vobis, & annūtiare nobis
 fidem & charitatem vestrā,
 & quia memoriā nostri ha-
 betis bonam semper desy-
 derantes nos videre, sicut
 & nos quoque vos: ideo cō-
 solati sumus fratres, vobis
 in omni necessitate & tri-
 bulatione nostra, per fidē
 vestram: quoniam nunc
 viuimus: si vos statis in
 Domino. **Q**uam enim gra-
 tiarū actionem possumus
 Deo retribuere pro vobis,
 in omni gaudio quo gau-
 demus propter vos ante
 Deum nostrum, nocte ac
 die abundantius orantes vt
 videamus faciem vestram,
 & compleamus ea quæ de-
 sunt fidei vestræ? Ipse au-
 tem Deus & pater noster
 & dominus Iesus Christus
 dirigat viam nostram ad
 vos. Vos autem Dominus
 multiplicet, & abundare fa-
 ciat charitatem vestram in
 inuicem & in omnes: quē-
 admodum & nos in vobis
 ad confirmanda corda ve-
 stra sine querela, in sancti-
 tate ante Deum & patrem
 nostrum, in aduentu Do-
 mini nostri Iesu Christi

cum omnibus sanctis eius.
 Amen.

**Feria tertia, ex Ecclesia-
 stico. Lectio prima.**

Nē derelinquas ami-
 cum antiquum: no-
 uus enim non erit
 similis illi. Vinū nouum,
 amicus nouus veterascet,
 & cum suauitate bibes il-
 lud. Non zeles gloriam:
 & opes peccatoris: non e-
 nim scis quæ futura sit il-
 lius subuersio. Non pla-
 ceat tibi iniuria iniusto-
 rum, sciēs quoniam vsque
 ad inferos non placebit
 impius. Longē abesto ab
 homine potestatem haben-
 te occidendi, & non suspi-
 caberis timorem mortis:
 & si accesseris ad illum, no-
 li aliquid committere, ne
 forte auferat vitam tuam.
 Cōmunionē mortis scito:
 quoniā in medio laqueorū
 ingredieris, & super dolen-
 tiū arma ambulabis. Secun-
 dū virtutē tuam caue te à
 proximo tuo, & cū sapiētī-
 bus & prudentibus tracta.
 Viri iusti sint tibi cōiuiæ,
 & in timore Dei sit tibi
 gloriatio, & in sensu sibi
 cogitatus Dei, & omnis

enarratio tua in præceptis
altissimi. In manu artificū
opera laudabūtur, & prin-
ceps populi in sapientia ser-
monis sui, in sensu verò se-
niorum verbum. Terribi-
lis est in ciuitate sua homo
liguosus, & temerarius in
verbo suo odibilis erit.

**¶ Ex epist. prima ad Thes-
salō. cap. 4. Lectio secūda.**

E cætero ergo fra-
tres, rogamus vos &
obsecramus in Do-
mino Iesu: vt quemadmo-
dū accepistis à nobis quo-
modo oporteat vos ambu-
lare & placere Deo, sic &
ambuletis, & abūdetis ma-
gis. Scitis enim quæ præ-
cepta dederim vobis p̄ do-
minum Iesum. Hæc est enī
voluntas dei, sanctificatio
vestra, vt abstineatis vos à
fornicatione: vt sciat vnus-
quisque vestrum vas suum
possidere in sanctificatio-
ne, & honore, non in pas-
sione desyderij, sicut gen-
tes quæ ignorant Deum,
& ne quis supergrediatur
neque circumueniat in ne-
gotio fratrem suum: quo-
niam vindex est dominus
de his omnibus, sicut præ-

diximus vobis, & testifica-
ti sumus: nō enim vocauit
nos Deus in immunditiā:
sed in sanctificationē. Ita-
que qui hæc spernit, non
hominem spernit, sed deū,
qui etiam dedit spiritum
suum sanctū in nobis. De
charitate autem fraternita-
tis, non necesse habemus
scribere vobis: ipsi enim
vos à deo didicistis, vt di-
ligatis inuicem. Etenim il-
lud facitis in omnes fratres
ī vniuersā Macedonia. Ro-
gamus autem vos fratres,
vt abundetis magis: & ope-
ram detis vt quieti sitis, &
vt vestrum negotium aga-
tis, & operemini manibus
vestris, sicut præcepimus
vobis, & vt honestē ambu-
letis ad eos qui foris sunt:
& nullius aliquid desyde-
retis. Nolumus autem vos
ignorare fratres de dor-
mientibus: vt non contri-
stemini, sicut & cæteri qui
spem non habent. Si enim
credimus quōd Iesus mor-
tuus est & resurrexit: ita &
Deus eos qui dormierunt
per Iesum, adducet cū eo.
Hoc enim vobis dicimus
in verbo domini, quia nos
qui

quē viuimus, qui residui
sumus in aduentum domi-
ni, non p̄uenimus eos q̄
dormierūt. *Quoniam ipse*
dominus in iussu & in vo-
ce Archangeli & in tuba
Dei descendet de cælo, &
mortui qui i Christo sunt,
resurgent primi. Deinde
nos qui viuimus, qui relin-
quimur, simul rapiemur
cū illis in nubibus obuiam
Christo in aera, & sic sem-
per cum domino erimus.
Itaque consolamini inui-
cem in verbis istis.

*¶ Feria. iij. ex Ecclesiastici.
co. xij. 10. Lectio prima.*

Iudex sapiens iudicabit
populum suum, & prin-
cipatus sensati stabilis
erit. Secundum iudicē po-
puli, sic & ministri eius, &
qualis rector est ciuitatis,
tales & inhabitantes in ea.
Rex insipiēs perdet popu-
lum suum, & ciuitates inha-
bitabitur per sensum pru-
dentium. In manu Dei po-
testas terræ, & execrabilis
omnis iniquitas gentium,
& vtilem rectorem. suscita-
bit in tempus super illam.
In manu Dei potestas ho-
minis, & super faciem scri-

bx imponet honorē suū.
Omnis iniuriz proximi
ne memineris, & nihil agas
in operibus inturiz. Odi-
bilis coram Deo est & ho-
minibus superbia: & exe-
crabilis oīs iniquitas gen-
tium. Regnum à gente in
gentem transfertur p̄pter
iniustitias: & iniurias, &
contumelias, & diuersos
dolos. Avaro autem nihil
est scelestius. *Quid super-
bit terra & cinis? Nihil est*
iniquius, quàm amare pe-
cuniam: hic enim & animā
suam venalem habet. quo-
niā in vita sua proiecit in-
tima sua. Omnis potentia-
tus breuis vita. Languor
prolixior grauat medicū.
Breuem languorem præci-
dit medicus: sic & rex ho-
die est, & cras morietur.
Cū enim morietur ho-
mo hæreditabit serpentes,
& bestias, & vermes. Initiū
superbiæ hominis apostata-
re à Deo: quoniā ab eo
qui fecit illum, recessit cor
eius, quoniā initiū omnis
peccati est superbia, q̄ te-
nuerit illam, adimplebitur
maledictis, & subuertet eū
in finem. Propterea exho-

norauit dominus conuen-
tus malorum, & destruxit
eos vsque in finem.

¶ *Ex epistola. j. ad Theffa-
lonicenses. Cap. 5. Lect. ij.*

DE temporibus autē
& momentis fratres,
nō indigetis vt scri-
bamus vobis. Ipsi enim di-
ligenter scitis quia dies do-
mini, sicut fur in nocte,
ita veniet. cū enim dixe-
rint, pax & securitas: tunc
repētinus eis superueniet
interitus, sicut dolor in v-
tero habentis, & non effu-
gient. Vos autem fratres,
nō estis in tenebris: vt vos
dies illa tanquam fur com-
prehendat, oēs enim vos,
filij lucis estis: & filij diei,
non sumus noctis neque
tenebrarum. Igitur nō dor-
miamus sicut & ceteri sed
vigilemus & sobrii simus.
Qui enim dormiunt, no-
cte dormiunt, & qui ebrii
sunt, nocte ebrii sunt. Nos
autem qui diei sumus, so-
brii simus, induti loricam
fidei & charitatis, galeam
spem salutis, quoniam nō
posuit nos Deus in iram,
sed in acquisitionem salu-
tis per dominum nostrum

Iesum Christum, qui mor-
tuus est pro nobis, vt sue
vigilemus, sive dormiamus,
simul cum illo viuamus.
Propter quod consolami-
ni inuicem, & ædificate al-
terutrū, sicut & facitis. Ro-
gamus autem vos fratres,
vt noueritis eos qui labo-
rant inter vos, & præsunt
vobis in domino, & mon-
nent vos: vt habeatis illos
abundantius in charitate
propter opus illorum, pa-
cem habete cum eis. Roga-
mus autem vos fratres, cor-
ripite inquietos, consola-
mini pusillanimes: suscipi-
te infirmos, patientes esto-
te ad omnes. Videte ne quis
malū pro malo alicui red-
dat: sed semper quod bo-
num est sectamini in inui-
cem, & in omnes. Semper
gaudete. Sine intermissio-
ne orate. In omnibus gra-
tias agite, hæc est enim vo-
luntas Dei in Christo Iesu
in omnibus vobis. Spiri-
tū nolite extinguere. Pro-
phetias nolite spernere.
Omnia autē probate, quod
bonum est, tenete. Ab o-
mni specie mala abstinete
vos. Ipse autem Deus pa-

eis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela, in aduentu domini nostri Iesu Christi conseruetur. Fidelis est qui vocavit vos: qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

Feria. v. ex Ecclesiastico.

Lectio prima.

Sedes ducum superborum destruxit Deus. & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium evertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum. Arefecit Deus ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium sensu. Non est creata hominibus superbia neque iracundia nationi mu-

lierum. Semetipsum hominum honorabitur hoc, quod timet Deum. semetipsum autem hoc ex honorabitur, quod præterit mandata domini. In medio fratrum rector illorum in honore & qui timet dominum, erunt in oculis illius. Gloria diuitem, honoratorum, & pauperum, timor Dei est. non despicere hominem iustum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem. Magnus est iudex, & potens est in honore: & non est maior illo qui timet Deum. Seruo sensato liberi seruiet: & vir prudens & disciplinatus non murmurabit correptus, & inscius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore angustiarum. Melior est qui operatur, & abundat in omnibus, quam qui gloriatur, & eget pane. Fili mi, in mansuetudine serua animam tuam, & da illi honorem secundum meritum suum. Peccat in animam suam quis iustificabit? & quis honorificabit ex honoratem animam suam? Pauper gloriatur per di-

seiplinam & timorē suum: & est homo qui honorificatur propter substantiam suam. Qui autem gloriatur in paupertate, quanto magis in substantia? Et qui gloriatur in substantia, paupertatem vereatur.

**¶ Episto. Pauli ad Thessa-
lonicenses. ij. cap. 7. Lec. ij.**

Paulus & Siluanus & Timotheus, ecclesie Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita vt dignū est, quoniam supercrevit fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusq; vestrū in inuicem ita vt & nos ipsi in vobis gloriemur in ecclesiis Dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini, si tamē iustum est apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos

tribulant: & vobis qui tribulamini requie nobiscū in reuelatione Domini Iesu de celo cū angelis virtutis eius in flama ignis, dātis vindictā iis qui non o- uerunt Deū, & qui non obediunt euangelio domini nostri Iesu Christi: qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie domini & à gloria virtutis eius: cūm venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt, quia creditū est testimonium nostrū super vos in die illo, in quo etiā oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatiōe sua Deus noster, & impleat omnem voluntatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nōmē domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secundū gratiā Dei nostri, & domini Iesu Christi.

¶ Feria sexta, ex Ecclesiastico. cap. 11. Lectio ij.

Sapientia humiliati exsultabit caput illius, & in medio magnatorū confedere illum faciet. Nō laudes virum in specie sua,

neque spernas hominē in visu suo: breuis in volatilibus est apis, & inistū dulcoris habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vnquā, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera altissimi solius, & gloriosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Multi tyranni sederunt in throno, & insuspiciabilis portauit diadema. Multi potentes oppressi sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus alterorum. Prius quā interrogas, ne vituperes quēquam: & cū interrogaueris, corripe iustē. Prius quā audias, ne respondeas verbum, & in medio sermonū ne adicias loqui. De ea re, quę te non molestat, nec certeris: & in iudicio peccantium ne consistas. Fili, ne in multis sint actus tui: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si em̄ secutus fueris, non apprehendes: & non effugies: si præcurreris. Est homo laborans, & festinans, & dolens impius, & tantò magis non abundabit. Est homo marcidus egens recupera-

tionē, plus deficiens virtute, & abundans paupertate, & oculus Dei respexit illum in bono, & erexit eū ab humilitate ipsius, & exaltauit caput: & mirati sunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas, à Deo sunt. Sapientia & disciplina, & scientia legis apud Deū. Dilectio & viz bonorum apud ipsum. Error & tenebrę peccatoribus concreta sunt: qui autem exultāt in malis, consenesunt in malo.

*Ex epistola secunda ad
Thessalonicenses. cap. 1.
Lectio secunda.*

Rogamus autem vos fratres per adventū Domini nostri Iesu Christi, & nostrę congregationis in ipsum, vt nō cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam: quasi instet dies domini. Ne quis vos seducat vllō modo, quoniam nisi venerit discessio primum: &

Sabbato.

reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis: qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus: aut quod colitur: ita ut in templo Dei se deat ostendens se tanquam sit Deus, Num retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hoc dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis: ut reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum ut qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui: & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem satanae: in omni virtute & signis, & prodigiis mendacibus. & in omni seductione iniquitatis: iis qui pereunt, eo quod charitatem veritatis non receperunt, ut salui fierent. Ideo mittet illis Deus operationem erroris, ut credant mendaciorum. ut iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo semper pro vobis, fratres dilecti a Deo, quod elegerit nos Deus primitias in salutem, in sanctificatione spiritus, & in fide veritatis. Ad quod vocauit vos per euangelium nostrum, in acquisitionem gloriae domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres stante: & tenete traditiones quas didicistis, siue per sermonem, siue per epistolam nostram. Ipse autem dominus noster Iesus Christus deus & pater noster qui dilexit nos, & dedit consolationem aeternam, & spem bonam in gratia exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere & sermone bono.

¶ Sabbato, ex Ecclesiastico. Lectio prima.

Divinitas Dei permanet illius successus habebit in aeternum. Est qui locupletatur parca agendo: & haec est pars mercedis illius in eo quod dicit: inveni requiem mihi: & nunc manducabo de bonis meis solus: & nescit quod tempus praetereat illum: &

mors appropinquet: & relinquet omnia aliis, & morietur. Stai in testamento tuo. & in illo colloquere: & in opere mandatorum tuorum veterasce. Ne miferis in operibus peccatorum. Confide autē in deo: & mane in loco tuo. Facile est enim in oculis Dei, subito honestare pauperē. Bñdictio Dei in mercedē iusti festinat: & in honore veloci processus illius fructificat. Ne dicas, *Quid est mihi opus: & quæ erūt mihi ex hoc bona?* Ne dicas, *Sufficiens mihi sum & qd ex hoc pessimabor?* In die honorū ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum: & quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere vnicuique secundū vias suas. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ: & in fine hominis denudatio operū illius. Ante mortem ne laudes hominem quenquam: quoniam in filiis suis agnoscitur vir. Non omnem hominem inducas in domū tuam: multæ enim sunt in-

fidix dolosi. Sicut em̄ eructant præcordia fortentiu: & sicut perdix inducitur in caueam: & vt caprea in laqueum: sic & cor superbōrū: & sicut prospector videns casum proximi sui. Bona enim in mala cōuertens insidiatur: & in electis imponet maculam. A scintilla em̄ vna augetur ignis & ab vno doloso augetur sanguis, homo verō peccator sanguini insidiatur. Attende tibi à pestifero: fabricat em̄ mala ne fortē inducat super te subannationē in perpetuum. Admitte ad te alienigenā. & subuertet te in turbine: & abalienabit te à tuis propriis.

¶ *Ex epistola. ij. ad Thessalonicenses. cap. 3. Lect. ij.*

DE cætero fratres, orate pro nobis, vt sermo Dei currat & clarificetur, sicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus, non enim omnū est fides. Fidelis autem dominus est, qui cōfirmabit vos & custodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino, q̄ quæcū-

Dominica. iij. Vagantium.

que præcipimus, & facitis
& facietis. Dominus autem
dirigat corda vestra in cha-
ritate Dei & paciētia Chri-
sti. Denuntiamus autē vo-
bis fratres in nomine Do-
mini nostri Iesu Christi, vt
subtrahatis vos ab omni fra-
tre ambulante inordinate,
& non secundum traditio-
nem quam acceperunt à no-
bis. Ipsi enim scitis quæ ad-
modum oporteat imitari
nos, quoniam non inquieti
fuimus inter vos, neque
gratis panem manducaui-
mus ab aliquo, sed in labo-
re & in fatigatione nocte
& die operantes, ne quem
vestrum grauaremus. Nō
quasi non habuerimus po-
testatē: sed vt nosmetipsos
formam daremus vobis ad
imitandum nos. Nam & cū
essemus apud vos, hoc de-
nunciabamus vobis. Quo-
niam si quis non vult ope-
rari, nec manducet. Audi-
uimus enim inter vos quos-
dam ambulantes inquietē,
nihil operantes, sed curio-
se argentes. His autē, qui e-
iusmodi sunt, denūtiā,
& obsecramus in dño Iesu,
vt cum silentio operantes,

suum panem manducent.
Vos autem fratres, nolite
desicere benefaciētes. Quod
si quis nō obedit verbo no-
stro per epistolā, hunc no-
tate: & ne commisceamini
cū illo, vt confundatur: &
nolite quasi inimicū existi-
mare, sed corripite vt fra-
trem. Ipse autem Deus pa-
cis det vobis pacem sempi-
ternam in omni loco dñs
sit cum oībus vobis. Salu-
tatio mea manu Pauli: quā
est signum in omni episto-
la, ita scribo. Gratia domi-
ni nostri Iesu Christi cum
omnibus vobis. Amen.

¶ Dñica. iij. Vagantium
ex Ecclesiastico. cap. 12.

Lectio prima.

SI benefeceris, scito cui
feceris, & erit gratia in
bonis tuis multa. Be-
nefac iusto: & inuenies re-
tributionem magnam: & si
non ab ipso, certe à Dño.
Non est enim ei bene qui
assiduus est in malis, & ele-
mosynas nō danti: quoniā
& altissimus odio habet
peccatores: & misertus est
pœnitētibus, da misericor-
di: & ne suscipias peccato-
rem: & impiis, & peccato-

ribus redde vindictam: custodiens eos in die vindictæ. Da bono: & non receperis peccatorem. Benefac humili: & non dederis impio. Prohibe panes illi: dare, ne in ipsis potentior te sit. Nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis quæcunq; feceris illi: quoniam & altissimus odio habet peccatores: & impiis reddet vindictam. Non agnoscetur in bonis amicus: & non abscondetur in malis inimicus. In bonis viri inimici illius: in tristitia, & in malitia illius, amicus agnoscitur est. Nō credas inimico tuo in æternū. Sicut enim ærumentum æruginat nequitia illius. Et si humiliatus vadat curuus, abiice animum tuum: & custodi te ab illo. Non statuas illū pedes te: nec sedeat ad dexteram tuā: nec cōuersus stet in loco tuo: ne fortè cōuersus in locū tuum inquirat cathedram tuam. & in nouissimo cognoscas verba mea, & in sermonib⁹ meis stimuleris. Quis miserebitur incantatoris à serpente percussus, & omnibus qui

appropiant bestis? Sic & qui comitatur cū viro iniquo: & obuolutus est in peccatis eius vna hora tecum permanebit. Si autē dechnaueris: nō supportabit. In labiis suis indulceat inimicus: & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueā. In oculis suis lachrymatur inimicus: & si inuenit tempus nō satiabitur sanguine: & si incurrerit tibi mala: inuenies eum illic priorem: & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas. Caput tuum mouebit & plaudet manu: & multa susurrans cōmutabit vultū suū.

¶ Ex epistola Pauli ad Timotheum, j. cap. i. Lec. ij.

Paulus Apostolus Iesu Christi secundū imperium Dei saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostræ: Timotheo dilecto filio in fide, gratia & mīa & pax à Deo patre & Christo Iesu Domino nostro. Sicut rogavi te vt remaneres Ephesi cū irem in Macedoniam, vt denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis & genealogiis

Dñica. iij. V. gentium.

ineterminatis: quę quęstio-
nes præstant magis quàm
ædificationem Dei, quę
est in fide. Finis autē præ-
cepti, est charitas de corde
puro & conscientia bona
& fide non ficta, à quibus
quidem aberrantes, cõuer-
si sunt in vaniloquium, vo-
lentes esse legis doctores,
non intelligētes neq; quę
loquuntur, neque de qui-
bus affirmant. Scimus au-
tē quia bona est lex, si quis
ea legitimē utatur, scientes
hoc, quia lex iusto non est
posita, sed iniustis & non
subditis, impiis & peccato-
ribus, sceleratis & contami-
natis, & patricidis & matrici-
dis, homicidis, fornicariis,
masculorum concubi-
toribus, plagiaris, menda-
cib⁹, & periuris, & si quid
aliud sanæ doctrinæ aduer-
satur, quę est secundū e-
uangelium glorię beati
dei, quā creditum est mihi.
Gratias ago ei qui me con-
fortavit in Christo Iesu do-
mino nostro, quia fidelem
me existimavit, ponens in
ministerio, qui prius blas-
phemus fui persecutor &
contumeliosus; sed miseri-

cordiam Dei consecutus
sum, quia ignorās feci in-
credulitate. Superabunda-
vit autem gratia Domini
nostri cū fide & dilectione
quę est in Christo Iesu. Fi-
delis sermo & omni acce-
ptione dignus: quod Chri-
stus Iesus venit in hūc mū-
dum peccatores saluos fa-
cere, quorum primus ego
sum. Sed ideo misericor-
diam cõsecutus sum: ut in
me primo ostēderet Chri-
stus Iesus omnem patienti-
am, ad informationē eo-
rum qui credituri sunt illi
in vitam æternam. Regi au-
tem sæculorū immortalis,
inuisibili, soli deo honor
& gloria in sæcula sæculo-
rum. Amē. Hoc præceptū
commendo tibi fili Timo-
thee, secundum præceden-
tes in te prophetias, ut mili-
tes in illis bonam militiā,
habens fidem & bonam cõ-
scientiam, quam quidā re-
pellentes, circa fidem nau-
fragauerunt, ex quibus est
Hymenezus & Alexander:
quos tradidi satanæ, ut di-
scant non blasphemare.

**¶ Feria secunda, ex Eccle-
siast. cap. 1. Lectio prima.**

Qui tetigerit pieem
 inquinabitur ab ea
 & qui comuni-
 cauerit superbo induet su-
 perbiam. Ponderus super se
 tollit, qui honestiori se co-
 municat. Et ditiori te ne
 socius fueris. Quid com-
 municabit cacabus ad ol-
 lam? **Q**uando enim se col-
 liserint, confringetur. Di-
 ues iniuste agit, & fremet:
 pauper autem laesus tace-
 bit. Si largitus fueris, assu-
 met te: & si non habueris,
 derelinquet te. Si habes co-
 uiuet tecum, & euacuabit te:
 & ipse non dolebit super
 te. Si necessarius illi fueris,
 supplabit te: & subridens
 spem dabit: narrans tibi om-
 nia bona, & dicet: quid
 opus est tibi? & confundet
 te in cibis tuis: donec te exi-
 nantur his & ter: & in nouis-
 simo deridebit te. Postea
 videns derelinquet te: & ca-
 put suum mouebit ad te.
 Humiliare Deo: & expe-
 cta manus eius. Attende:
 ne seductus in stultitia hu-
 milieris. Noli esse humilia-
 tus in sapientia tua: ne humili-
 tus in stultitiam seducaris.
 Aduocatus a potiore di-

scede: ex hoc enim magis
 te aduocabit. Ne impro-
 bis, ne impinguaris, & ne
 longes sis ab eo: ne eas in
 obliuionem. Ne retineas ex
 aequo loqui cum illo: ne
 credas multis verbis illius.
 Ex multa enim loquela te-
 tabit te: & subridens intor-
 rogabit te de absconditis
 tuis. Immitis animus illius
 conseruabit verba tua: &
 non pareet de malicia, &
 de vinculis. Caue tibi, & at-
 tende diligenter auditui
 tuo: quoniam cum subuer-
 sione tua ambulas. Audiens
 vero verba illa: quasi in som-
 nis vide: & vigilabis.

**¶ Ex epistola. j. ad Time-
 theum. Cap. 2. Lectio. ij.**

Obscuro igitur pre-
 mum omnium fieri
 obsecrationes, ora-
 tiones, postulationes, gra-
 tiarum actiones pro om-
 nibus hominibus, pro re-
 gibus, & omnibus, qui in
 sublimitate constituti sunt:
 ut quietam & tranquillam
 vitam agamus in omni pie-
 tate & castitate, hoc enim
 bonum est & acceptum co-
 ram saluatore nostro deo:
 qui omnes homines vult

Feria. iij. Dñice. iij. Vagantium.

saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus: qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus, cuius testimonium temporibus suis confirmatū est: in quo positus sum ego prädicator & Apostolus (veritatē dico, non mētior) doctor gentium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus, sine ira & discipatione. Similiter & mulieres in habitu ornato: cū verecūdia & sobrietate ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste preciosa, sed quod decet mulieres promittentes pietatē per opera bona. Mulier in silentio discat, cū omni subiectione. Docere autem, mulieri non permittit, neque dominari in virū: sed esse in silentio. Adam enim primus formatus est, deinde Eva, & Adam non est seductus: mulier autem seducta in pręuaricatione fuit. Saluabitur autē per filio-

rum generationem: si permāserit in fide & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate.

¶ FERIA. IJ. ex Ecclesiastico. *Lectio prima.*

OMni vita tua dilige Deum, & inuoca illum in salute tua. Omne animal diligit simile sibi: sic & omnis homo proximum sibi. Omnis caro ad similem sibi coniungitur, & omnis homo simili sui sociabitur. Si cōmunicabit lupus agno aliquādo: sic peccator iusto. *Quæ* communicatio sancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperē? Venatio leonis onager in eremo: sic & pascua diuitum, sunt pauperes. Et sicut abominatio est superbo humilitas: sic & execratio diuitis pauper. Diues commotus cōfirmatur ab amicis suis, humilis autem cum ceciderit, expelletur, & à notis. Diuiti dece, & multi recuperatores: locutus est superba, & iustificauerunt illum, humilis deceptus est insuper & arguitur; locutus est sensate, &

non est datus ei locus. Di-
 ues locutus est, & omnes
 tacuerunt, & verbum illius
 vsque ad nubes perducet,
 vsque ad nubes perducet,
 pauper locutus est, & di-
 cunt, Quis est hic? Et si of-
 fenderit, subuertit illum.
 Bona est substantia, cui non
 est peccatum in conscien-
 tia, & nequissima pauper-
 tas in ore impij. Cor homi-
 nis immutat faciem illius,
 siue in bona, siue in mala.
 Vestigium cordis boni, &
 faciem bonam difficile in-
 uenies, & cum labore.

¶ Ex epistola. j. ad Timo-
 theum. Cap. j. Lectio. ij.

Fidelis sermo. Si quis
 episcopatum desyde-
 rat, bonum opus de-
 syderat. Oportet enim epi-
 scopum irreprehensibilem
 esse: vnus vxoris virum, so-
 brium, prudetem, ornatum,
 pudicum, hospitalem, do-
 ctorem, non vinolentum, non
 percussorem: sed modestum,
 non litigiosum, non cupi-
 dum sed suæ domui bene
 præpositum, filios habentem
 subditos cum omni castita-
 te. Si quis autem domui suæ
 præesse nescit: quomodo
 ecclesiæ Dei diligentiam ha-

bebit? non neophytum: ne in
 superbiâ elatus in iudiciû
 incidat diaboli. Oportet
 autem illum & testimonium
 habere bonum ab iis qui fo-
 ris sunt: vt non in oppro-
 brium incidat & in laqueum
 diaboli. Diacones similiter
 pudicos, non bilingues, non
 multo vino deditos, non
 turpe lucrum sectantes: ha-
 bentes mysterium fidei in con-
 scientia pura. Et hi autem
 probentur primû: & sic mi-
 nistrent, nullum crimen ha-
 bentes. Mulieres similes
 pudicas, non detrahentes,
 sobrias, fideles in omnibus.
 Diacones sint vni⁹ vxoris
 viri: qui filiis suis bene præ-
 sint, & suis domibus. Qui
 enim bene ministrauerint:
 gradum bonum sibi acqui-
 rant, & multam fiduciam in
 fide quæ est in Christo. Ie-
 su. Hæc tibi scribo fili Ti-
 mothee: sperans me ad te
 venire citò, si autem tardau-
 ro: vt scias quomodo oportet
 te in domo Dei conuer-
 sari, quæ est ecclesia dei vi-
 ui, columna & firmamen-
 tum veritatis. Et manifeste
 magnum est pietatis sacra-
 mentum, quod manifesta-

tum est in carne, iustificatū est in spiritu, apparuit angelis, prædicatū est gentibus, creditū est in mundo, assumptū est in gloria.

Feria quarta, ex Ecclesiastico. cap. 14. Lectio. j.

Beatus vir qui non est lapsus verbo ex ore suo, & non est stimulat in tristitia delicti. Felix qui non habuit animi sui tristitiā, & non excidit à spe sua. Viro cupido & tenaci, sine ratione est substatia, & homini luido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo suo iniuste, aliis congregat, & in bonis illi⁹ alius luxuriabitur. Qui sibi nequam est, cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bonis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo nequius, & hæc redditio est malitiæ illius: & si bene fecerit, ignoranter, & nõ volens facit, & in nouissimo manifestat malitiam suam. Nequam est oculus luidi, & auertens faciem suam, & despiciens animam suā. Infatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: nõ satiabitur, donec consumat arefa-

ciens animam suā. Oculus malus ad mala: & nõ satiabitur pane indigens, & in tristitia erit super mensam suā. Fili, si habes, bene fac tecū, & Deo dignas oblationes offer. Memor esto quoniā mors nõ tardat, & testamentū inferorū, quia demonstratū est tibi: testamentum enim huius mudi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo, & secundū vires tuas exporrigens da pauperi. Nõ defrauderis à die bono, & particula bonæ diei nõ te prætereat. Nonne aliis relinquas dolores, & labores tuos? In diuisione sortis da, & accipe, & iustifica aīam tuam. Ante obitū tuum operare iustitiā, quoniā nõ est apud inferos inuenire cibū. Omnis caro sicut fenum veterascet, & sicut folium fructificās in arbore viridi. Alia generantur, & alia deiiciuntur: sic generatio carnis & sanguinis, alia finitur, & alia nascitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet, & qui illud operatur, ibit cū illo: Et omne opus electum iustifica-

bitur: & qui operatur illud honorabitur in illo.

¶ *Ex epistola. j. ad Timotheum. cap. 4. Lectio. ij.*

Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouis

simis temporibus discedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris &

doctrinis dæmoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & caueriatam

habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos

Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelius & iis qui cognouerunt veritatem. Quod omnibus creatura Dei bona est, & nihil reiiciendum quod

cum gratiarum actione percipitur, sanctificatur enim per verbum dei & orationem.

Hæc proponens fratribus, bonus eris minister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ quam

affecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita, exerce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis excitatio, ad modicum utilis est. pietas autem, ad omnia utilis est promissionem ha-

bens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim, laboramus & maledicimus, quia speramus in Deum viuum qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare, in his esto: ut perfectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens: & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

¶ *Feria quinta, ex Ecclesiastico. cap. 15. Lectio. j.*

Beatus vir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

bens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim, laboramus & maledicimus, quia speramus in Deum viuum qui est saluator omnium hominum, maxime fidelium. Præcipe hæc & doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat: sed exemplum esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attende lectioni, exhortationi doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyteri. Hæc meditare, in his esto: ut perfectus tuus manifestus sit omnibus. Attende enim tibi & doctrinæ, insta in illis. Hoc enim faciens: & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

¶ *Feria quinta, ex Ecclesiastico. cap. 15. Lectio. j.*

Beatus vir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

lus, & in sensu suo cogitabit circumspectionem Dei. Qui excogitat vias il-

Ius in corde suo, & in ab-
 sconditis suis intelligens, va-
 dens post illam quasi inue-
 stigatoꝝ, & in viis illius co-
 sistens: qui respicit per fe-
 nestras illius, & in ianuis
 illius audiens: qui requie-
 scit iuxta domum illius, &
 in parietibus illius figens
 palum. Statuet casula sua
 ad manus illius, & requie-
 scent in causa illius bona
 per quu, statuet filios suos
 sub tegmine illius, & sub ra-
 mis eius morabitur, prote-
 getur sub tegmine illius a
 seruore, & in gloria ei⁹ re-
 quiescet. Qui timet Deu,
 faciet bona: & qui cotines
 est iustitiae, apprehendet il-
 la & obuiabit illi quasi ma-
 ter, honorificata, & quasi
 mulier a virginitate susci-
 piet illu. Cibabit illum pa-
 ne vitæ, & intellectus, & a-
 qua sapientiae salutaris po-
 tabit illu, & firmabitur in
 illo, & non flectetur: & co-
 tinebit illum, & non con-
 fundetur: & exaltabit illu
 apud proximos suos, & in
 medio ecclesiae aperiet os
 eius, & adimplebit illum
 spiritu sapientiae & intel-
 lectus: & stola gloriae ve-
 stiet illum. Iucunditate &
 exultatione thesaurizabit
 super illu, & noie eterno
 hereditabit illu. Homines
 stulti non apprehendent il-
 lam, & hoies sensati obuia-
 bunt illi, homines stulti no
 videbunt eam, longe enim
 abest a superbia & dolo: vi-
 ri mendaces non erunt il-
 lius memores, & viri vera-
 ces inuenientur in illa, &
 successum habebunt vsque
 ad inspectionem Dei.

¶ Ex epistola. ad Timo-
 theum. cap. 5. Lectio. 11.

SEniorem ne increpa-
 ueris: sed obsecra vt
 patre. Iuuenes: vt fra-
 tres. anus: vt matres, iuuen-
 culas: vt sorores. in omni
 castitate. Viduas honora:
 quæ verè viduæ sunt. Si
 qua autem vidua filios, aut
 nepotes habet: discant pri-
 mum domum suã regere,
 & mutuam vicem reddere
 parentibus. hoc enim acce-
 ptum est cora Deo. Quæ
 autè verè vidua est & deso-
 lata speret in Deu, & instet
 obsecrationib⁹ & orationi-
 bus nocte & die. Non quæ
 in deliciis est: viuens mor-
 tua est. Et hoc præcipe: vt
 irrepre-

irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maximè domesticorum curam non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua deligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimoniũ habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsequuta est. Adolescentiores autè viduas deuota. Cùm enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes dānationem, quia primam fidem irritam fecerunt: simul autem & otiosæ discunt circumire domos non solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquētes, quæ nõ oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matres filias esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratiam. Iam enim quædā cōuersæ sunt retro post satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministrat illis, vt non graetur ecclesia: vt iis quæ vere

viduæ sunt sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura, non alligabis os boui trituranti. Et dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum occasionem noli recipere: nisi sub duobus, aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorè habeant. Testor coram Deo, & Christo Iesu & electis angelis, hæc custodias, sine præiudicio, nihil faciens, in alteram partem declinando. Manus cito nemini imposueris, neq; communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

Feria. Sexta, ex Ecclesiastico.
Lectio prima.

Non est speciosa laus
in ore peccatoris:
quonia à Deo pro
fecta est sapientia: sapientia
Dei enim astabit laus, & in
ore fidei abundabit, & do
minator dabit eam illi. Nō
dixeris, Per Deum abest.
quæ cū odit ne feceris. Nō
dicas, Ille me implanauit:
non enim necessarij sunt ei
homines impij. Omne exe
cramentum erroris odit do
minus, & non erit amabile
timentibus eum. Deus ab
initio cōstituit hominem,
& reliquit illū in manu cō
siliij sui. Adiecit madata, &
præcepta sua, si volueris
madata seruare, conserua
būt te, & in perpetuum fi
dem placitam seruare. Ap
posuit tibi aquā & ignem:
ad quod volueris, porrige
manum tuam. Ante homi
nem vita & mors, bonum
& malum: quod placuerit
ei dabitur illi quonia mul
ta sapientia Dei, & fortis
in potentia, videns omnes
sine intermissione. Oculi
domini ad timentes eum,
& ipse agnoscit omnem o-

perā hominis. Nemini mā
dauit impiē agere, & nemi
ni dedit spacium peccandi.
non enim concupiscit mul
titudinem filiorum infide
lium & inutilium. Ne iu
cunderis in filiis impiis, si
multiplicentur: nec oble
steris super ipsos, si nō est
timor dei ī illis. Nō credas
vitæ illorū, & ne respexe
ris in labores eorum. Me
lior est enim vnus timens
Deum, quā mille filij im
pij. Et vtile est mori sine fi
liis, quā relinquere filios
impios. Ab vno sensato in
habitabitur patria, & à tri
bus impiis deferetur. Mul
ta talia vidit oculus meus:
& fortiora his audiuit au
ris mea.

**¶ Ex epistola Pauli ad Ti
motheum prima. cap. 6.**

Lectio secunda.

Quicumque sunt sub
iugo serui, dominos
suos omni ho
nore dignos arbitrentur:
ne nomē domini & doctri
na blasphemetur. Qui au
tē fideles habent dominos:
non contemnant, quia fra
tres sunt, sed magis seruiāt,
quia fideles sunt & dilecti,

q̄ beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare, Si quis aliter docet, & nō acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundū pietatem est, doctrinæ: superbus est, nihil sciens, sed lagūtes circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriūtur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, cōsiliatationes hominum mente corruptorū, & qui veritate priuati sunt, existimantium quæstū esse pietatem. Est autē quæstus magnus, pietas cū sufficiētia. Nihil enim intulimus in hūc mūdū: haud dubiū quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimēta & quibus tegamur, his contenti simus. Nā qui volunt diuites fieri, incidunt in tētationem & in laqueum diaboli, & desyderia multa inutilia, & nocua, quæ mergunt homines in interitum & perditionē, Radix enim omnī malorum est cupiditas: quā quidam appetentes errauerūt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem

ō homo Dei, hæc fuge, scilicet stare verò iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, mansuetudinem, Certa bonum certamen fidēi: apprehende vitā æternā, in quam vocatus es, & confessus bonam cōfessionem coram multis testib⁹. Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu, qui testimonium reddidi sub Pontio Pilato bonā confessionem: vt serues mandatū, sine macula, irreprehensibile vsq; in aduentū Domini nostri Iesu Christi, quem suis tēporibus ostēdet beatus & solus potens, rex regū, & dominus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucē inhabitat inaccessibilem, quē nullus hominū vidit, sed nec videre potest, cui honor & imperiū sempiternum. Amē. Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo (quī præstat nobis omnia abunde ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facile tribuere cō-

Sabbato.
municare, thesaurizare si-
bi fundamentum bonum in
futurum, ut apprehendant
veram vitam. O Timothee,
depositum custodi: deu-
tans prophanas vocum no-
uitates, & oppositiones fal-
si nominis scientie, quam
quidem promittentes, cir-
ca fidem exciderunt. Gra-
tia tecum. Amen.

Sabbato, ex Ecclesiast.
Lectio prima.

IN synagoga peccatum
exardabit ignis, & in ge-
te incredibili exardescet
ira. Non exorauerunt pro
peccatis suis antiqui giga-
tes, qui destructi sunt confi-
dentes suae virtuti: & non
peperit peregrinationi il-
lorum, & execratus est eos
pro superbia verbi illorum.
Non misertus est illis gen-
tem totam perdes, & extol-
lentem se in peccatis suis.
Et sicut sexcenta millia pe-
ditum qui congregati sunt
in duritia cordis sui: & si
vnus fuisset ceruicatus, mi-
sericordia enim & ira est cum
illo. Potest est oratio, & ef-
fundens iram secundum mi-
sericordiam suam: sic & cor-

reptio illius, hominem se-
cundum opera sua iudicat.
Non effugiet in rapina pec-
cator, & non retardabit suf-
ferentia misericordiam faci-
entis. Omnis misericor-
dia faciet locum unicuique
secundum meritum operum
suorum, & secundum intelle-
ctum peregrinationis ipsius.
Non dicas. A Deo abscon-
dar. & ex summo quis mei
memorabitur? in populo
magno non agnoscat: quae
est enim anima mea in tam
immensa creatura? Ecce, ce-
lum, & caeli caelorum: aby-
sus & vniuersa terra: & quae
in eis sunt, in conspectu il-
lius commouebuntur, mon-
tes simul, & colles & funda-
menta terrae: & cum conspe-
xerit illa deus, tremore com-
cutientur. Et in omnibus
his insensatum est cor: &
omne cor intelligitur ab il-
lo: & vias illius quis intelli-
git, & procellam quam nec
oculus videbit hominis?
Nam plurima illius opera
sunt in absconditis: sed ope-
ra iustitiae eius quis enun-
tiabit? aut quis sustinebit?
**Epistola Pauli ad Phile-
monem. Lectio secunda.**

Paulus vincetus Christi Iesu & Timotheus frater: Philemoni dilecto & adiutori nostro, & Apphij forori charisimę, & Archippo commilitoni nostro, & ecclesię quę in domo tua est, gratia vobis & pax à deo patre nostro, & dño Iesu Christo. Gratijs ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in domino Iesu & in omnes sanctos vt communicatio fidei tuę evidens fiat, in agnitione omnis operis boni in vobis in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui & cõsolatione in charitate tua, quod viscera sanctorũ requieverunt per te frater. Propter quod multã fiduciam habes in Christo Iesu imperãdi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, quã sis talis vt Paulus senex, nũc autẽ & vincetus Iesu Christi, obsecro te p meo filio quẽ genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquando inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi utilis, quem remisit tibi. Tu autem illum, id est, mea viscera, suscipe, quem ego volueram mecũ detinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis euangelij sine consilio autẽ tuo nihil volui facere, vt ne velut ex necessitate bonũ tuum esset, sed voluntariũ. Forsitan enim ideo discessit ad horam à te, vt eternũ illum reciperes: iam non vt seruum, sed pro seruo charissimum fratrem, maxime mihi, quantò autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me sociũ: suscipe illum sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi, aut debet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi mea manu. Ego reddam: vt non dicam tibi quod & te ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in domino refice viscera mea in Christo. Confidens in obedientia tua scripsi tibi: sciẽs quã & super id quod dico facies. Simul & para mihi hospitium, nam spero per orationes vestras donari me vobis. Salutat te Epaphras cõcaptiuus meus in Christi

Tertiz lect: videtur. in Calend.

sto Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, & Lucas adiutores mei. Gratia domini nostri Iesu Christi cū spiritu vestro, Amen.

Sequitur tertiz lectiones occurrentes in Calendario ex epistolis à trinitate vsq; ad dominicā primā Adventus quando fit officium de feria.

Epistola beati Ioānis apostoli prima. cap. 1. Lect. iij.

Quod fuit ab initio quod audiui⁹, quā vidimus oculis nostris, quod perspexim⁹, & manus nostræ cōtrectauerunt, de verbo vitæ, & vita manifestata est: & vidimus, & testamur & annuntiamus vobis vitā æternā, quæ erat apud patrē, & apparuit nobis. Quod vidimus, & audiui⁹: annuntiam⁹ vobis, vt & vos societate habeatis nobiscū, & societas nostra sit cū patre, & cū filio ei⁹ Iesu Christo. Et hæc scribim⁹ vobis, vt gaudeatis & gaudii vestri sit plenū. Et hæc est annuntiatio, quā audiui⁹ ab eo, & annuntiamus vobis. Quā de⁹ lux est; & tenebræ i co,

nō sunt vllæ: Si dixerim⁹, quā societate habemus cū eo, & i tenebris ambulam⁹ metimur, & veritate nō facimus. Si autē i luce ambulam⁹, sicut & ipse est in luce, societate habemus ad invicē, & sanguis Iesu Christi filij eius, emūdat nos ab oī peccato. Si dixerim⁹ quā peccatū non habemus: ipsi nos seducimus, & veritas i nobis nō est. Si cōfiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus, vt remittat nobis peccata nostra, & emūdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quā nō peccauimus, mendacē faciemus eū: & verbum eius, nō est in nobis.

Ex epistola prima Iohannis. cap. 1. Lectio tertiz.

Filioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & si quis peccauerit, aduocatū habem⁹ apud patrē Iesum Christum iustū, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: nō p̄ nostris autē tm̄, sed etiā p̄ totius mundi. Et in hoc scimus quoniā cognouimus eum, si mādāta eius obseruamus. Qui dicit se nosse deum, & mādāta ei⁹ nō cu-

Rodit: mendax est, & in eo
 veritas nō est. **Q**ui autem
 seruat verbum eius verē in
 hoc charitas Dei perfecta
 est. in hoc scimus quoniam
 in ipso sumus. **Q**ui dicit se
 in ipso manere: debet sicut
 ille ambulauit, & ipse am-
 bulare. Charissimi, nō mā-
 datum nouū scribo vobis,
 sed mandatum vetus quod
 habuistis ab initio. Manda-
 tum vetus, est verbū quod
 audistis. Iterum mādatum
 nouum scribo vobis, quod
 verum est, & in ipso & in
 vobis, quia tenebræ trāsie-
 runt, & verum lumen iam
 lucet. **Q**ui dicit se in luce
 esse, & fratrem suū odit: in
 tenebris est, vsque adhuc.
Qui diligit fratrem suum,
 in lumine manet, & scanda-
 lum in eo non est. **Q**ui au-
 tem odit fratrem suum: in te-
 nebris est, & in tenebris am-
 bulat, & nescit quo eat, quia
 tenebræ obcauerunt o-
 culos eius. Scribo vobis fi-
 lioli, quoniam remittūtur
 vobis peccata propter no-
 men eius. Scribo vobis pa-
 tres, quā cognouistis eum
 qui ab initio est. Scribo vo-
 bis adolescentes, quoniam

vicistis malignum. Scribo
 vobis infantes, quoniam co-
 gnouistis patrem. Scripsi
 vobis patres, quā cognoui-
 stis eum qui est ab initio.
 Scripsi vobis iuuenes, quā
 fortes estis, & verbum Dei
 manet in vobis, & vicistis
 malignum. Nolite diligere
 mundum, neque ea quæ in
 mūdo sunt. Si quis diligit
 mundum: non est charitas
 patris in eo: quoniam, omne
 quod est in mundo concu-
 piscencia carnis est, & concu-
 piscencia oculorum, &
 superbia vitæ, quæ non est
 ex patre, sed ex mūdo est.
 Et mundus transit, & concu-
 piscencia eius. **Q**ui autē
 facit voluntatem Dei ma-
 net in æternum.

**¶ Ex epistola prima Ioan-
 nis. Lectio tertia.**

Filioli, nouissima ho-
 ra est. & sicut audistis
 quia antichristus ve-
 nit: & nūc Antichristi mul-
 ti facti sunt. vnde scimus
 quia nouissima hora est.
 Ex nobis prodierunt: sed
 non erant ex nobis. nam si
 fuissent ex nobis. perman-
 sissent vtique nobiscū: sed
 vt manifesti sint, quoniam nō

sunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis à sancto, & nostis omnia. Nō scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi sciētibus eam: & quoniam omne mendacium, ex veritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat, quoniam Iesus est Christus? Hic est antichristus, qui negat patrem, & filium. Omnis qui negat filiū, nec patrem habet, qui confitetur filiū, & patrē habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio: & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio quā ipse pollicitus est nobis, vitā æternam. Hæc scripsi vobis, de his qui seducūt vos. Et vos vnctionem quā accepistis ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis, vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendaciū. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiducia, & non cō-

fundamur ab eo in aduētū eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam & omnis qui facit iusticiam, ex ipso natus est.

Ex epistola prima Iohannis, cap. 3. Lectio tertia.

Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nomenemur & simus. Propter hoc, mūdus nō nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, nūc filij dei sumus: & nondum apparuit quid erimus, Scimus quoniam cum apparuerit, similes erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatū est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit, vt peccata nostra tolleret: & peccatum in eo nō est. Omnis qui in eo manet, non peccat, & omnis qui peccat non vidit eum nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. *Qui facit iusticiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Qui facit peccatū, ex diabolo est*

quoniã ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniã semen ipsius in eo manet, & non potest peccare; quoniam ex deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui nõ est iustus, non est ex Deo: & qui non diligit fratrem suum, quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, vt diligatis alterutrum. Non sicut Cain, qui ex maligno erat, & occidit fratrẽ suũ. Et ppter quid occidit eũ? Quoniam opera eius, maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mũdus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam quoniam diligimus fratres, Qui nõ diligit: manet in morte. omnis qui odit fratrem suũ, homicida est. Et scitis, quoniam omnis homicida nõ habet vitam æternam in se manentem. In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animã suam pro nobis posuit: & nos debemus pro

fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suũ necessitatem habere, & clauerit viscera sua ab eo: quomodo charitas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus, quod ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrũ: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi: si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciã habemus ad Deum. & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Et hoc est mandatum eius. Vt credamus in nomine filij eius Iesu Christi: & diligamus alterutrũ, sicut dedit mandatũ nobis. Et qui seruat mandata eius: in illo manet, & ipse in eo, & in hoc scimus quoniã manet in nobis, & spiritu quẽ dedit nobis.

quæ ex episto. j. Ioan. cap. 4.

Tertia lect. occur. in Calend.

¶ Ex epistola prima Ioan-
nis. cap. 4. Lectio tertia.

Charissimi nolite om-
ni spiritui credere,
sed probate spūs s̄ ex
deo sint: qm̄ multi pseudo
propheta exierūt in mun-
dū. In hoc cognoscitur spi-
ritus dei. oīs spiritus q̄ cōfi-
tetur Iesum Christū in car-
ne venisse, ex deo est: & om-
nis spūs q̄ soluit Iesum,
ex deo nō est, & hic est an-
tichristus, de quo audistis,
qm̄ venit, & nūc iam in mū-
do est. Vos ex deo estis fi-
lioli, & vicistis eos: qm̄ ma-
ior est qui in vobis est, quā
qui ī mūdo est. Ipsi de mū-
do sunt: Ideo de mūdo lo-
quūtur, & mūd⁹ eos audit.
Nos ex deo sum⁹. Qui no-
uit deū audit nos: q̄ nō est
ex deo: non audit nos, in
hoc cognoscim⁹ spiritum
veritatis, & spiritū erroris
Charissimi, diligamus nos
inuicem: quia charitas ex
Deo est, Et omnis qui di-
ligit, ex deo natus est, & co-
gnoscit Deū. Qui non di-
ligit, non nouit Deum: qm̄
Deus charitas est. In hoc
apparuit charitas Dei in
nobis; quoniā filium suum

vnigenitum misit Deus in
mundum, vt viuamus per
eū. In hoc est charitas: non
quasi nos dilexerim⁹ deū,
sed qm̄ ipse prior dilexit
nos: & misit filiū suū pro-
pitationē pro peccatis no-
stris. Charissimi, s̄ sic deus
dilexit nos, & nos debem⁹
alterutrum diligere. Deum
nemo vidit vnquam. Si di-
ligamus inuicem: Deus in
nobis manet, & charitas ei-
us in nobis perfecta est. In
hoc cognoscimus quod in
eo manemus, & ipse in no-
bis: quoniā de spiritu suo
dedit nobis. Et nos vidim⁹,
& testificamur, quoniā pa-
ter misit filium suum sal-
uatorem mundi. Quisquis
confessus fuerit, quoniam
Iesus est filius Dei: deus in
eo manet, & ipse in deo. Et
nos cognouimus, & credi-
dimus charitati, quam ha-
bet deus in nobis. De⁹ cha-
ritas est. & qui manet ī cha-
ritate, in deo manet & deus
in eo. In hoc perfecta est
charitas Dei nobiscum, vt
fiduciam habeamus in die
iudicij quia sicut ille est, &
nos sumus in hoc mundo.
Timor non est in charita-

te: sed perfecta charitas foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet: qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligō Deum, & fratrem suū oderit, mendax est. Qui enim nō diligit fratrem suū quem videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus à Deo: ut qui diligit deum, diligit & fratrem suum.

¶ Ex epistola prima Ioannis. cap. 5. Lectio tertia.

Omnis qui credit quoniam Iesus, est Christus, ex deo natus est. Et omnes qui diligit eū qui genuit: diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos dei: eū Deū diligam⁹, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei: ut mandata eius custodiamus, & mandata eius grauiā nō sunt. Quoniam omne quod natum est ex Deo: vincit mundū, & hæc est victoria quæ vincit mundum, fides nostra. Quis est

qui vincit mundum, nisi qui credit quoniam Iesus est filius Dei? hic est qui venit per aquam, & sanguinē Iesus Christus, non in aqua solū: sed in aqua & sanguine. Et spiritus est, qui testificatur quoniam Christus est veritas. Quoniam tres sunt, qui testimonium dāt in cælo: pater, verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt. Et tres sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua, & sanguis: & hi tres, vnum sunt. Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est, quoniam hoc est testimonium Dei, quod maius est: quoniam testificat⁹ est de filio suo. Qui credit in filium Dei: habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum: quia non credit in testimonium quod testificatus est deus, de filio suo. Et hoc est testimonium: Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus: & hæc vita, in filio eius est. Qui habet filium Dei, habet vitam: qui non habet filium Dei, vitam nō habet. Hæc

scribo vobis : vt sciatis quā
vitā habetis æternam , qui
creditis ī nomine filij Dei.
Et hæc est fiducia quam ha-
bem⁹ ad deū : Quia quod-
cunque petierimus secun-
dum voluntatem eius : au-
dit nos . Et scimus , quia au-
dit nos , quicquid petieri-
mus scimus , quod habem⁹
petitiones . quas postulau-
imus ab eo . Qui scit fratrem
suum peccare peccatū non
ad mortem , petat : & dabi-
tur ei vita , peccanti nō ad
mortem . Est peccatum ad
mortem : non pro illo dico
vt roget quis . Omnis ini-
quitas peccatum est , & est
peccatum ad mortem . Sci-
mus quia omnis qui natus
est ex deo , non peccat : sed
generatio dei cōseruat eū ,
& malignus non tangit eū .
Scimus quoniam ex Deo
sumus : & mundus totus in
maligno positus est . Et sci-
mus , quoniam filius dei ve-
nit : & dedit nobis sensum ,
vt cognoscamus verū deū ,
& simus in vero filio eius .
Hic est verus Deus . & vita
æterna . Filioli , custodite
vos à simulachris . Amen .

Epistola beati Iohannis a

postoli .

Leccio tertio .

Senior , Electæ domi-
næ , & natis eius , quos
ego diligo in veritate ,
& nō ego solus , sed & oēs ,
qui cognouerūt veritatem
propter veritatē quæ per-
manet in vobis , & vobiscū
erit in æternū . Sic vobiscū
grā , misericordia , & pax , à
Deo patre , & à Christo le-
sū , filio patris in veritate , &
charitate . Gauius sum val-
dè , quòd inueni de filiis
tuis ambulātes in veritate ,
sicut mādatum accepimus
à patre . Et nūc rogo te do-
mina , non tanquam mā-
datum nouum scribens ti-
bi , sed quod habuimus ab
initio : vt diligamus alteru-
trum . Et hæc est charitas ,
vt ambulemus secundum
mandata ei⁹ . Hoc est enim
mandatum , vt quemadmo-
dum audistis ab initio in
eo ambuletis : quoniā mul-
ti seductores exierunt in
mundum , qui non confit-
tentur Iesum Christum ve-
nisse in carnē . hic est sedu-
ctor , & antichristus , Vide-
te vosmetipsos ne perdatis
quæ operati estis : sed vt
mercedem plenā accipia-

tis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet. Qui permanet in doctrina, hic patrem, & filium habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue: communicat operibus eius malis. Ecce, prædixi vobis: ut in die domini non confundamini. Plura habens vobis scribere, nolui per chartam, & atramentum: spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: ut gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuæ electæ.

¶ Epistola beati Iohannis apostoli. Lectio tertia.

Senior Caio Charissimo, quæ ego diligo in veritate. Charissime, de omnibus orationem facio, prospere te ingredi, & valere, sicut prospere agit anima tua. Gaudis sum valde venientibus fratribus, & testimonium perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas. Maiorem horum non habeo gra-

tiam, quam ut audiam filios meos in veritate ambulare. Charissime fideliter facis, quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos, qui testimonium reddiderunt charitatis tuæ, in conspectu ecclesiæ: quos, benefacies, deducēs digne deo. Pro nomine enim eius perfecti sunt, nihil accipientes à gentilibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: ut cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrophes, non recipit nos. Propter hoc, si venero, comonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garrivus in nos, & quasi non ei ista sufficiant: neque ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiunt, prohibet & de ecclesia eicit. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonum est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, non videt Deum. Demetrio testimonium redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrum verum

est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum, & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutem te amici. Saluta tu amicos notatim.

¶ B. epistola Pauli ad Corinthios prima. Cap. 1.

Lectio tertia.

Paulus vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater: ecclesie Dei quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu: vocatis sanctis: cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum, & nostro, gratia vobis, & pax, a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quae data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis, in illo: in omni verbo, & in omni scientia: sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in vlla gratia, expectantibus reuelationem domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos

vsque in finem sine crimine: in die aduentus domini nostri Iesu Christi, Fidelis Deus: per quem vocati estis in societate filij eius Iesu Christi domini nostri. Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi: ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sicut autem perfecti in eodem sensu, & in eadem sententia. significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, de his qui sunt Chloes: quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollos, ego vero Cepha: ego autem Christi. Diuisus est Christus? Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Gratias ago Deo meo quod neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum, & Caium: ne quis dicat, quod in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem & Stephanus domus. Caeterum, nescio si quem alium vestrum baptizauerim. Non enim misit me

Ex epistola prima Pauli ad Corinthios.

Lectio tertiz.

Christo baptizare, sed euāgelizare: non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbu enim crucis, pereūtibz quidem stultitia est: iis autem qui salui fiunt, id est nobis, dei virtus est. Scriptum est enim. Perdam sapiētiam sapientiu: & prudentiā prudentiu reprobabo. Vbi sapiēs? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? Nonne stultam fecit Deus sapiētiam huius mūdi? Nā quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapiētiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniam & Iudæi signa petunt, & Græci sapiētiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Græcis autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis, atque Græcis Christum Dei virtutē, & dei sapiētiam, quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Videte enim vocacionem vestram fratres, quia nō multi sapientes secundū carnē, nō multi potentes, nō multi nobiles: sed quæ stulta sunt mūdi elegit deus: vt cōfundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. & ignobilia mundi, & cōtēptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret, vt nō gloriatur omnis caro in cōspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapiētia à Deo & iustitia, & sanctificatio & redemptio: vt (quemadmodum scriptū est.) Qui gloriatur, in domino gloriatur. Et ego cum venissem ad vos fratres: veni non in sublimitate sermonis aut sapiētiz annuntians vobis testimōnium Christi. Non enim iudicavi me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo

Tertiz lect. occur. in Calend.

fui apud vos: & sermo me^s
& prædicatio mea non in
persuasibilibus humanæ sa-
pientiz verbis, sed in ostē-
sione spiritus & virtutis: vt
fides vestra non sit in sapiē-
tia hominum, sed in virtu-
te Dei. Sapientiam autem
loquimur inter perfectos:
sapientiam verò, nō huius
seculi, neque principū hu-
ius seculi qui destruitur:
sed loquimur Dei sapien-
tiam in mysterio, quæ ab-
scondita est, quam præde-
stinavit Deus ante secula
in gloriam nostram, quam
nemo principum huius se-
culi cognouit. si enim co-
gnouissent: nunquam do-
minū glorię crucifixissent.

Sed sicut scriptum est.
Quod oculus non vidit,
nec auris audiuit, nec in
cor hominis ascenderunt
quæ præparauit Deus iis
qui diligūt illum: nobis au-
tem reuelauit deus per spi-
ritum suum. spiritus enim
omnia scrutatur, etia pro-
funda Dei. Quis enim ho-
minum scit quæ sunt homi-
nis: nisi spiritus hominis, q
in ipso est? Ita, & quæ Dei
sunt nemo cognouit nisi

spiritus dei. Nos autem nō
spiritum huius mundi ac-
cepimus, sed spiritum qui
ex Deo est: vt sciamus quę
à Deo donata sunt nobis:
quæ & loquimur nō in do-
ctis humanæ sapiētiz ver-
bis: sed ī doctrina spiritus,
spiritualibus spiritualia cō-
parantes. Animalis autem
homo nō percipit ea quæ
sunt spiritus Dei: stulticia
enim est illi, & non potest
intelligere: quia spirituali-
ter examinatur. Spiritus
autem iudicat omnia: & ip-
se à nemine iudicatur. Si-
cut scriptum est, Quis em̄
cognouit sensum dominī?
aut quis instruxit eū? Nos
autem sensum Christi ha-
bemus.

¶ *Ex epistola prima Pauli
ad Corinthios. cap. i.*

Lectio tertia.

ET ego, fratres nō po-
tui vobis loqui, quasi
spiritualib^s: sed quasi
carnalibus. Tanquam par-
uulis in Christo, iac vobis
pot' i dedi non escam: non-
dū enim poteratis: sed nec
nunc quidem potestis, ad-
huc em̄ carnales estis. Cū
enim sit inter vos zelus, &
conten-

contentio, nonne carnales
estis, & secundum hominē
ambulatis? Cū enim quis
dicat, Ego quidē sum Pau-
lus: alius autem, Ego Apo-
llo: nonne homines estis?
Quid igitur est Apollo?
quid verō Paulus? Ministri
eius cui credidistis, & uni-
cuiq; sicut dominus dedit.
Ego plātaui, Apollo riga-
uit: sed Deus incrementum
dedit. Itaq; neq; qui plātat
est aliquid, neq; qui rigat:
sed qui incrementum dat,
Deus. Qui autem plantat,
& qui rigat vnum sunt. V-
nusquisq; autem, propriā
mercedem accipiet secun-
dum suum laborē. Dei enī
sumus adiutores. Dei agri-
cultura estis: Dei ædifica-
tio estis. Secundum gratiā
Dei quę data est mihi, ut sa-
piēs architectus fundamē-
tum posui: alius autem su-
perædificat. Vnusquisque
autem videat, quo modo
superædificet. Fundamen-
tum enim aliud nemo po-
test ponere, præter id quę
positum est: quod est Chri-
stus Iesus. Si quis autem su-
perædificat super fundamē-
tum hoc, aurum, argentū,

B.

N.

lapides pretiosos, ligna, fœ-
num, stipulam: vniuscuius
quę opus manifestum erit.
Dies enim domini declara-
bit: quia in igne reuelabitur:
& vniuscuiusq; opus qua-
le sit, ignis probabit. Si cu-
ius opus māserit quod su-
perædificauit: mercedē ac-
cipiet. Si cuius opus arse-
rit, detrimentum patietur.
Ipse autē saluus erit: sic ta-
men, quasi per ignem. Ne-
scitis, quia templū Dei estis:
& spiritus dei habitat in vo-
bis? Si quis autem templū
Dei violauerit, disperdet il-
lum Deus. Templū enim
Dei sanctum est: quod es-
tis vos. Nemo se seducat.
Si quis videtur inter vos
sapiens esse in hoc sæculo:
stultus fiat, ut sit sapiens: sa-
pientia enim huius mūdi,
stultitia est apud Deum.
Scriptum est enim, Com-
prehendā sapientes in astu-
tia eorum. Et iterum. Dñs
nouit cogitationes sapien-
tium, quoniam vanę sunt.
Nemo itaque glorietur in
hominibus. Omnia enim
vestra sunt: siue Paulus, si-
ue Apollo, siue Cephas, si-
ue mundus, siue vita, siue:

R.

mors, siue præsentia, siue futura. omnia enim vestra sunt, vos aut Christi, Christus autem Dei.

¶ *Ex epistola prima Pauli ad Corinth. cap. 4. Lt. iij.*

Sic nos existimet homo, ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum dei. Hic iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est ut à vobis iudicer, aut ab humano die. sed neque meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autem iudicat me, dominus est. Itaque nolite ante tempus iudicare: quoadusque veniat dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: & tunc laus erit unicuique à deo. Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo, propter vos ut in vobis discatis, ne supra quam scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discer nit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autem accepisti: quid gloriaris quasi

non acceperis? Nam saturati estis, iam diuites facti estis: siue nobis regnatis, & vti nam regnetis: ut & nos vobiscum regnemus. Puto enim quod Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos, quia spectaculum facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. vos infirmi: vos autem fortes, vos nobiles: nos autem ignobiles. Usque in hac horam & esurimus, & sitimus, & nudifumus, & colaphis cedimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes manibus nostris, maledicimur, & benedicimus. persecutio nem patimur. & sustinemus, blasphemamur & obsecramus. tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium peripsama usque adhuc. Non ut confundam vos, hæc scribo: sed ut filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pagodorum habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo Iesu, per euangelium ego vos genui.

¶ Ex episto. j. Pauli ad Corinthios. cap. 5. Lect. iij.

Rego ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideo misi ad vos Timotheum, qui est filius meus, & charissimus, & fidelis in domino: qui vos commonefaciat vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubiq; in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidã. Veniã autẽ ad vos citò, si dominus voluerit: & cognoscam, non sermonem eorum, qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnũ Dei: sed in virtute. **Q**uid vultis? In virga veniam ad vos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctũ habuistis, ut tollatur de medio vestrũ, qui hoc opus fecit. Ego quidẽ absens corpore præsens aut spiritu, iam iudicavi ut præsens, cũ qui

sic operat⁹ est, in nomine domini nostri Iesu Christi: congregatis vobis, & meo spiritu, cũ virtute domini nr̄i Iesu, tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini nostri Iesu Christi. Non est bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicũ fermentum, totã massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim, pascha nostrũ immolat⁹ est Christus. Itaque epulemur. non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitie, sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Scripsi vobis in epistola, Ne commisceamini fornicariis, non utique fornicariis huius mundi, aut avaris, aut rapacibus, aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exiisse. Nunc autẽ scripsi vobis, nõ cõmisceri. si is qui frater nominatur inter vos, est fornicator, aut avarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax: cũ

Tertiz lect. occur. in Calend.

eiusmodi nec cibum sume
re. Quid em̄ mihi de iis q
foris sunt iudicare? Nōne
de iis qui intus sunt vos iu
dicatis? nam eos qui foris
sunt, Deus iudicabit. Au
ferre malum ex vobisipsis.

**¶ Ex epistola. 7. Pauli ad
Corinthios. cap. 8. Lec. iii.**

A Vdet aliquis vestrū,
habens negotiū ad
uersus alterum, iu
dicari apud iniquos, & nō
apud sanctos? An nescitis,
quoniā sancti de hoc mun
do iudicabunt? Et si in vo
bis iudicabitur mūdus, in
digni estis, qui de minimis
iudicetis? Nescitis quoniā
angelos iudicabimus? quā
tō magis secularia? Secula
ria igitur iudicia si habue
ritis: contempnibiles qui
sunt in ecclesia illos consti
tuite ad iudicandum. Ad
verecundiam vestrā dico.
Sic non est inter vos sapiēs
quisquam qui possit iudi
care inter fratrem suū? Sed
frater cum fratre, iudicio
contendit: & hoc apud in
fideles? Iam quidem omni
nō delictum est in vobis,
quōd iudicia habetis inter
vos. **Quare non magis in-**

iam accipitis? quare nō
magis fraudem patimini?
Sed vos iniuriam facitis, &
fraudatis: & hoc fratribus.
An nescitis quia iniqui re
gnum dei nō possidebunt?
Nolite errare. Neque for
nicarij, neque idolis seruiē
tes, neque adulteri, neque
mōlles, neq; masculorum
concupitores, neq; fures,
neque auari, neque ebrio
si, neque maledici, neq; ra
paces regnum Dei possi
debunt. Et hęc quidem fui
stis: sed abluti estis, sed san
ctificati estis, sed iustifica
ti estis, in nomine domini
nostri Iesu Christi, & in spi
ritu Dei nostri. Omnia mi
hi licent, sed nō omnia ex
pediunt. Omnia mihi li
cent sed ego sub nulli⁹ re
digar potestate. Esca ven
tri, & venter escis, De. s au
tē, & hunc, & has destruet.
corpus autem non forni
cationi, sed domino. & do
min⁹ corpori. Deus verō,
& dominum suscitauit: &
nos suscitabit, per virtutē
suam. Nescitis quoniā cor
pora vestra, membra sunt
Christi? Tollens ergo mē
bra Christi, faciam mem-

bra meretricis? Absit. An nescitis quoniam qui adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur. Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhaeret domino: vnus spiritus est. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est. qui autem fornicatur: in corpus suum peccat. An nescitis quoniam membra vestra, templum est Spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis? Deo, & non estis vestri? Empti enim estis precio magno. Glorificate & portate Deum in corpore vestro.

¶ Ex epistola. 1. Pauli ad Corinthios. cap. 7. Lectio. 111.

DE quibus autem scripsistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere: propter fornicationem autem, vnusquisque suam uxorem habeat, & vnaquaeque suum virum habeat. Vxori vir debitum reddat: similiter autem, & vxor viro. Mulier, sui corporis potestatem non habet: sed vir. Similiter autem & vir, sui corporis potestatem non

habet: sed mulier. Nolite fraudare inuicem: nisi forte ex consensu ad tempus: vt vacetis orationi & iterum reuertimini in idipsum: ne tetet vos satanas, propter incontinentiam vestram. Hoc autem dico secundum indulgentiam, non secundum imperium. Volo autem omnes vos esse, sicut me ipsum: sed vnusquisque proprium donum habet ex deo: alius quidem sic, alius vero sic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum est illis, si sic permanerint, sicut & ego. Quod si non continent, nubant. melius est enim nubere, quam vri. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, precipio, non ego, sed dominus, uxorem a viro non discedere. quod si discesserit: manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Et vir uxorem non dimittat. Nam ceteris ego dico, non dominus. Si quis frater uxorem habet infidelem, & haec consentit habitare cum illo: non dimittat illam. Et si qua mulier habet virum infidelem, & hic consentit habitare cum

Tertiz lect. occur. in Calend.

illa nō dimittat virum. sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelē: & sanctificata est mulier infidelis, per virum fidelē: alioquin filij vestri immūdi essent. nūc autem sancti sunt. Quod si infidelis discedit. discedat, non enim seruituti subiectus est frater aut soror in huiusmodi. in pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim scis mulier, si virum saluum facies? aut vnde scis vir, si mulierem saluā facies? nisi vnicuique; sicut diuisit dominus, vnumquemque; sicut vocauit Deus ita ambulet, & sicut in omnibus ecclesiis doceo. Circūcisus aliquis vocatus est? nō adducat pręputiū. In pręputio aliquis vocatus est, nō circūcidatur. Circūcisio nihil est, & pręputiū nihil est: sed obseruatio mādatorum Dei. Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. Seruus vocatus es? nō sit tibi curæ. sed & si potes fieri liber, magis utere. Qui enim in dño vocatus est seruus: libertus est dñi. Similiter qui liber vocatus

est: seruus est Christi, Pretio empti estis: nolite fieri serui hoīm. Vnusquisque; ergo in quo vocatus est, fratres: in hoc maneat apud Deū. ¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. iij.

DE virginibus autem pręceptum domini nō habeo: consiliū autem do, tanquam misericordiam cōsecutus à dño, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonū esse propter instantē necessitatē: quoniā, bonum est homini sic esse. Alligatus es vxori? noli querere solutionem. Solutus es ab vxore? noli querere vxorem. Si autē acceperis vxorē, non peccasti. Et si nupserit virgo, non peccauit: tribulationem tamen carnis habebūt huiusmodi. Ego autē vobis parco. Hoc itaque dico fratres, tempus breue est: reliquū est, vt & qui habēt vxores, tanquā non habentes sint. & qui flent: tanquā non flētes. & qui gaudent, tanquā nō gaudent, & qui emunt: tanquā non possidentes. & qui vtuntur hoc mundo: tanquā non vtantur. prę-

terit em̄ figura huius mundi. Volo autē vos sine solitudine esse. Qui sine vxore est: sollicitus est quæ dñi sunt, quomō placeat Deo, Qui autē cū vxore est, sollicitus est quæ sunt mūdi, quomodo placeat vxori: & diuisus est. Et mulier in nupta & virgo, cogitat quæ domini sunt: vt sit sancta, & corpore, & spiritu. Quæ autē nupta est, cogitat, quæ sunt mundi quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem vestrā dico: non vt laqueū vobis iniiciam: sed ad id quod honestū est, & quod facultatē præbeat sine impedimēto dām obsecrandi. Si quis autē turpē se videri existimat super virgine sua, quod sit superadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat non peccat, si nubat. Nam qui statuit in corde suo firm⁹, nō habēs necessitatē, potestatem autē habens suæ voluntatis, & hoc iudicauit i corde suo seruare virginē suā, bene facit. Igitur, & qui matrimonio iungit virginem suam: bene facit: & qui nō iungit, meli⁹ facit. Mulier

alligata est legi, quāto tempore vir ei⁹ viuit. q̄ si dormierit vir eius, liberata est. cui autē vult nubat: tātūm in domino. Beatior autem erit, si sic permanserit, secundū meum cōsiliū. Puto autem, quod & ego spiritum Dei habeam.

¶ Ex epistola Pauli ad Corinthios. cap. 8. Lectio iij.

DE iis autē quæ idolis immolantur, scimus quod omēs scientiam habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum oporteat eū scire. Si quis autem diligit Deū: hic cognitus est ab eo. De escis autē quæ idolis immolantur, scimus, quia nihil est idolū in mundo, & q̄ nullus est Deus, nisi vnus. Nā etiā sunt qui dicantur dii, siue in cælo, siue in terra (s̄ quidē sunt dii multi, & Domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia, & nos in illū, vt vnus dñs Iesus Christ⁹, per quē omnia, & nos per ipsum, sed nō in om̄ibus

est scientia. Quidam autem cum conscientia usque nunc idoli, quasi idolothytum manducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, pollutur. Esca autem nos non commendat deo. Neque enim si manducauerimus, abundabimus: neque si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem, ne forte hæc licentia vestra offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiam, in idolo recubentem: nonne conscientia eius cum sit infirma edificabitur ad manducandum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum ne fratrem meum scandalizem.

Ex episto. j. Pauli ad Corinthios. cap. 9. Lectio. iij.

Non sum liber? non sum apostolus? nonne Christum Iesum Dominum nostrum vidi?

Nonne opus meum vobis estis in domino? Et si alius non sum apostolus, sed tamen vobis sum. nam signaculum apostolatus mei vobis estis in Domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est, Nunquid non habemus potestatem manducandi, & bibendi? Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circumducendi, sicut & ceteri apostoli, & fratres domini, & Cephas? Aut ego solus, & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendiis unquam? Quis plantat vineam: & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundum hominem hæc dico? An & lex hæc non dicit? Scriptum est enim in lege Mosi, Non alligabis os bovi trituranti: Nunquid de bobus cura est deo? An propter nos utique hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt: quoniam debet in spe gerat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipiendi. Si nos vobis spiri-

tualia seminauimus : magnum est si nos carnalia uestra metamus? Si alij potestatis vestre participes sūt: quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate : sed omnia sustinemus, ne quid offendiculum demus euāgelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacro operatur, quę de sacro sunt edunt? & qui altario deseruiunt : cum altario participant? ita & dominus ordinauit, iis qui euāgelium annuntiat, de euāgelio viuere. Ego autē nullo horum usus sum. Non autē scripsi hęc, ut ita fiat in me. Bonum est enim mihi magis mori, quā ut gloriā meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero : non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit, vā enim mihi est : si non euangelizauero. Si enim volēs hoc ago, mercedē habeo : si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? Vt euāgelium prædicans, sine sumptu ponam euāgelium, ut non abutar potestate mea in euāgelio, Nam cum li-

ber essem ex omnibus, omnium me seruū feci : ut plures lucrifacerem.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lect. iij.

ET factus sum Iudæis tanquam Iudæus : ut Iudæos lucrarer, iis qui sub lege sunt : quasi sub lege essem (cū ipse nō essem sub lege) ut eos qui sub lege erāt, lucrifacerem. iis qui sine lege erant, tanquā sine lege essem (cū sine lege Dei non essem) ut lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus : ut infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum : ut omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter euāgelium : ut particeps eius efficiar. Nescitis quōd ij qui in stadio currunt, omnes quidē currunt : sed vnus accipit brauium? Sic currite, ut cōprehendatis. Omnis autē qui in agone contendit, ab omnibus se abstinēt & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiāt, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi

Terz lect. occur. in Calend.

in incertum sic pugno, nō
quasi aerem verberans: sed
castigo corpus meum, & in
seruitutem redigo, ne cum
aliis prædicauerim, ipse re-
prob⁹ efficiar. Nolo enim
vos ignorare fratres: quo-
niam patres nostri omnes
sub nube fuerūt, & omnes
mare transierunt, & oēs in
Mose baptizati sunt in nu-
be, & in mari. & oēs eādē
escam spirituale manduca-
uerunt. & omnes eundē po-
tum spiritualem biberunt
(bibeant autē de spiritua-
li, consequente eos petra:
petra autē erat Christus)
sed non in pluribus eorū,
beneplacitū est Deo, nam
prostrati sunt in deserto.
Hæc autem in figura facta
sunt nostri, vt nō simus cō-
cupiscētes malorum, sicut
& illi cōcupierūt, neq; ido-
lolatæ efficiamini, sicut
quidā ex ipsis: quemadmo-
dum scriptū est, Sedit po-
pulus manducare, & bibere,
& surrexerūt ludere. neq;
fornicemur, sicut quidam
ex ipsis fornicati sunt, & ce-
siderūt vna die viginti tria
milia, neq; tentemus Chri-
stum: sicut quidam eorum

tentauerūt, & à serpentib⁹
perierunt, neq; murmura-
ueritis: sicut quidā eorum
murmurauerunt, & perie-
rūt ab exterminatore. Hæc
autem omnia, in figura cō-
tingebant illis. scripta sunt
autem ad correptionē no-
stram, in quos fines sæcu-
lorum deuenerunt. Itaque
qui se existimat stare, vi-
deat ne cadat. Tætatio vos
non apprehendat, nisi hu-
mana. fidelis autem Deus
est, qui non patietur vos
tentari, supra id quod po-
testis: sed faciet etiam cum
tentatione prouentum, vt
possitis sustinere.

**¶ Ex epistola prima Pauli
ad Corinthios. Lectio. iij.**

Propter quod charis-
simi mihi, fugite ab
idolorum cultura. Vt
prudētibus loquor, vos
ipsi iudicate quod dico. Ca-
lix benedictionis, cui be-
nedicimus: nonne commu-
nicatio sanguinis Christi
est? & panis quem frangi-
mus, nonne participatio
corporis dñi est? Quoniā
vnus panis, & vnū corpus
multi sumus: omnes qui-
dem de vno pane & de vno

calice participamus. Vide te Israel secundum carnem. Nonne qui edunt hostias, participes sunt altaris? quod ergo dico quod idolis immolatum, sit aliquid? aut quod idolum sit aliquid? Sed quod quæ immolant gætes: dæmoniis immolât, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem domini bibere. & calicem dæmoniorum. Non potestis mæse domini participes esse: & mæse dæmoniorum. An æmulamur dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt: omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est querat, sed quod alterius. Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. domini enim est terra, & plenitudo eius. Si quis vocat vos infidelium ad cœnâ & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam, si quis autem dixerit: Hoc immolatum

est idolis: nolite manducare, propter illum qui iudicavit, & propter conscientiam. conscientiam autem dico: non tuam, sed alterius. Ut quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cum gratia participo: quid blasphemor, pro eo quod gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam dei facite. Sine offensione estote iudeis, & gentibus, ecclesie dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non querens quod mihi utile est, sed quod multis: ut salvi fiant.

¶ Ex epist. j. Pauli ad Corinthios. cap. ii. Lect. iij.

Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire quod omnis viri caput Christus est, caput autem mulieris, vir, caput verò Christi, Deus. Omnis vir orans, aut prophetans velato capite: deturpat caput suum, Omnis autem mu-

Tertia lect. occur. in Calend.

lier orans aut prophetans, nō velato capite: deturpat caput suum: vnū enim est, ac si decaluetur. Nam & si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suū. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago, & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est: sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum. Ideo debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos. Veruntamen neque vir sine muliere: neque mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro: ita & vir per mulierē. Omnia autē ex Deo. Vos ipsi iudicate, decet mulierem nō velatā orare Deū? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem, si comā nutriat ignominia est illi: mulier verò, si comam nutriat, gloria est illi. quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contentiosus esse: nos

talem consuetudinem non habemus, neque ecclesia Dei. Hoc autem precipio: non laudans, quod non in melius, sed in deterius conuenitis. Primum quidem, conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum: iam nō est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut ecclesiā dei cōtemnitis: & cōfunditis eos qui nō habēt? Quid dicam vobis? Laudo vos. In hoc non laudo.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. ii.

EGo enim accepi à domino quod & tradidit vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens fregit, & dixit, Accipite, & mandu-

eate: hoc est corpus meū, quod pro vobis tradetur. Hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam conauit, dicēs. Hic calix, nouum testamētū est in meo sanguine. hoc facite, quotiescūque biberitis, in meā cōmemorationem. Quotiescūque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem domini annuntiabitis, donec veniat. Itaque quicumque māducauerit panem hunc, & biberit calicem domini indignē: reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autem seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim trāducat, & bibit indignē: iudicium sibi manducat, & bibit, nō diiudicans corpus domini. Ideo iter vos multi infirmi, & imbecilles: & dormiūt multi. Quā si nos metipsos diiudicemus, nō utiq; iudicemur. Dū iudicamur autem: à domino corripimur, ut nō cum hoc mundo damnemur. Itaque fratres mei, cūm cōuenitis ad manducandum,

inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: va non in iudicium conueniat. Cetera autem, cūm venero, disponam. De spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem, quoniam cūm gentes essetis, ad simulachra muta, prout ducebamini euntes. Ideo notum vobis facio, quōd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Diuisiones verō gratiarum sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministracionum sunt: idem autē dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem verō Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autē datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem, per spiritum datur sermo sapientiz: alij autē, sermo scientiz, secūdū eundem spiritum. alteri, fides, in eodē spiritu. alij, gratia sanitatū, in vno spiritu, alij, operatio virtū. alij prophetia, alij, discretio spiritū, alij, genera linguarum, alij, in-

Tertijs lect. occur. in Calend.

terpretatio sermonū. Hæc autem oīa operatur vnus, atq; idem spiritus, diuidēs singulis, prout vult.

¶ Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. iij.

Sicut enim corpus vnū est, & membra habet multa, omnia autem mēbra corporis, cū sint multa, vnum tamē corpus sunt: ita & Christus. Etem in vno spiritu omnes nos in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gētiles, siue serui, siue liberi. & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam nō sum manus, non sum de corpore: non ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, nō sum de corpore, non ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodq; eorū in corpore, sicut voluit. Quod si essēt oīa vnū membrum, vbi corpus? Nunc autē multa qui-

dem mēbra: vnū autē corpus. Non potest autē dicere oculus manus, Opera tua non indigeo, aut iterum caput pedibus. Non estis mihi necessarij. sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse: necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora mēbra esse corporis his honorem abundantiorē circumdamus, & quæ inhonestata sunt nra, abundantiorē honestatem habent. Honestata autē nostra, nullius egent, sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorē tribuēdo honorē: vt non sit schisma in corpore, sed in idipsum prouincem sollicita sint membra. Et si quid patitur vnū membrum, compatiuntur omnia membra, siue gloriatur vnū membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit deus in ecclesia: primum apostolos, secundō prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opi-

tulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nunquid omnes prophetae, nunquid omnes doctores? nunquid omnes gratiam habent curationum? nunquid omnes linguis loquitur? nunquid omnes interpretatur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem vobis demonstro.

¶ *Ex episto. j. Pauli ad Corinthios. cap. 13. Lect. iij.*

Silinguis hominum loquar, & angelorum, charitatem autem non habeam: factus sum velut aes sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & si nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut non transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiens est, benigna est. Charitas

non emulatur, non agit perperam: non inflatur, non est ambitiosa, non quaerit quae sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit, siue prophetiae euacuabuntur, siue linguae cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem uenerit quod perfectum est: euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar ut paruulus, sapiebam ut paruulus, cogitabam ut paruulus. Quando autem factus sum uir: euacuavi quae erant paruuli. Videmus nunc per speculum in aenigmate: tunc autem, facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum. Nunc autem manet, fides, spes, charitas, tria haec, maior autem horum est charitas. Seestimini charitatem, aemulamini spiritualia, magis autem ut prophetetis. Qui enim loqui-

tur lingua, non hominib⁹ loquitur, sed deo: nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria. nā qui prophetat: hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & cōsolationē. **Q**ui loquitur lingua: semetipsum ædificat, qui autē prophetat: ecclesiam Dei ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis: magis autē pphetare. Nā maior est qui pphetat, q̄ qui loquitur linguis, nisi interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat.

Ex epistola prima Pauli ad Corinthios. Lectio. iij.

NVnc autē fratres, si venero: ad vos linguis loquēs: qd vobis prodero: nisi vobis loquar, aut i reuelatione, aut in sciētia, aut in prophetia aut i doctrina? Tamē quæ sine aīa sunt vocē dātia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctiōnē sonituum dederint, quō sciatur id quod canitur, aut qd citharizatur? Etenim si incertā vocē det tuba: qs parabit se ad bellū? Ita & vos per linguā, nisi manifestū sermonē de-

deritis: quomodo sciatur id quod dicit? Eritis enī in aera loquentes. Tā multa, vt puta, genera linguarum sunt in hoc mūdo: & nihil sine voce est. Si ergo nesci ero virtutem vocis: ero ei cui loquar barbarus, & loqtur: mihi barbarus. Sic & vos, quoniā ambulatores estis spirituū: ad ædificationē ecclesie quærite vt abūdetis. Et ideo q loquitur lingua: oret, vt interpretetur. Nā si orē lingua: spiritus meus orat, mens autē mea sine fructu est. **Q**uid ergo est? Orabo spiritu. orabo & mēte: psallam spiritu: psallā & mente. Ceterū si benedixeritis spiritu: qui supplet locū idiotæ, quomodo dicet. Amen sup tuā benedictionem. quoniam quid dicas, nescit, nā tu quidem bene gratias agis: sed alter nō qdificatur. Gratias ago Deo, quod omnī vestrū linguis loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba, sensu meo loqui, vt & alios instruā: quā decem millia verborū in lingua. Fratres, nolite pueri cūcī sensibus, sed malitia parvuli

uuli estote, sensibus autem intrēt autem idiotæ aut infideles nonne dicent quōd scriptū est, **Q**uoniam in aliis linguis, & labiis aliis loquar populo huic: & nec sic exaudient me, dicit dominus. Itaque linguæ in signū sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquatur, intrēt autem idiotæ aut infideles nonne dicent quōd insanitis? Si autem omnes prophetent, intrēt autem quis infidelis vel idiota: cōuincitur ab omnibus, diiudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntians quod verē Deus in vobis sit.

SANCTORVM HISTORIAE PRO TEMPORE AESTIVALI ex probatis auctoribus summam decerptæ.

MAIUS. Die. 19.

Potentiana virgo. Lec. iij.

Potentiana virgo pudētis Romani ciuis filia: cū miro amore coleret Christianam religionem, orbata parentibus cū sorore sua Praxede assidue ieiuniis & orationibus vacās omne patrimonium sibi ex hæreditate relictū, vendidit, & pauperibus distribuit. Huius opera à Pio

B.

N.

Romano pōtifice tota ipsius familia ad Christū cōuersa est, baptizati: que sunt vtriusque sexus numero. xcvj. Et cū Antonius Pius Imperator edicto publico sanxisset, vt Christiani priuatis sacrificiis contenti à publicis abstinerent: Pius pōtifex vna cum Christianis in domo Potētianæ sacra faciebat. Quos omnes virgo mira religione, & cō-

S

mitate recipiebat & necessaria eis subministrabat.

His igitur virgo, ac talibus virtutis, & pietatis operibus diu functa, migravit ad dominum, & iuxta patrem suum sepulta est, via Salaria, in coemeterio Priscillæ. xiiij. calend. Iunii.

Die. 20. Bernardinus confessor. Lectio tertia.

Bernardinus natione Italus, Senis in Etruria nobilibus parentibus, & diuitibus ortus, tam venerabilis erat, a puero innata quadam honestate, & viciorum odio, ut adolescentibus eius æqualibus si forte in eos lasciui aliquem sermonem conferentes incidisset, sola presentia silentium imponeret, his verbis inter se commonentibus, Bernardinus adest. Tanta erat huius in pauperes Christi benignitas, ut sæpe illis prædium sibi paratum distribuerit. Cum autem magna peste, quæ totam Italiam inuasit, Senis vehementissimè saeuiret, & relicto Xenodochio illo celebri à cunctis ministris ægrotantes miserabiliter conficiantur, Bernardinus

ægrotorum curam in flore iuuentutis cum omnium admiratione simul & miseratione propter ingens periculum, suscepit. Deinde omni sublimitate pauperibus distributa, beati Fræscisci religionem suscepit, & totam ferme Italiam, prædicans euangelium Christi, iustravit, multaque in nomine Iesu signa, & miracula fecit. Tres episcopus sibi oblatos recusauit. Tandem vita per omnem ætatem sanctissimè gesta migravit ad deum in urbe Aquila, ubi sepultus est honorificè. Postea vero à Nicolao. v. in catalogo sanctorum adscriptus est. xiiij. calend. Iunii.

Die. 25. Urbanus papa martyr. Lectio tertia.

Urbanus patria Romanus, Aurelio Antonino Imperatore pontificatum adeptus, multos sanctitatis exemplo, & doctrina singulari ad fidem traduxit. Et in his Valerianum beatæ Cecilie sponsum, & Tyburtium eiusdem Valeriani fratrem: qui postea martyrium constanti animo pertulerunt. Hic probato

cōsilio, superioris tēporis
episcoporū, & fidelium qui-
bus cōmodius visum erat,
vt possessiones attribuerē-
tur ecclesiis, quā vt ven-
derentur, quēadmodū fie-
bat initio nascētis ecclesie,
sic scripsit de bonis ipsis ec-
clesiasticis, quorum decet
dispensatores esse episco-
pos, & clericos. Non ergo
debent, inquit, in aliis vli-
bus quā ecclesiasticis, &
prēdictorum Christiano-
rum, fratrum, id est, cleri-
corum, vel indigentium cō-
uerti, quia vota sunt fide-
lium, & precia peccatorū,
ac patrimonia pauperum,
atque ad prēdictum opus
explendum, domino tra-
dite. Demum eū sedisset
annos. iij. menses decem,
dies. xij. martyrio corona-
tus est, & i cōmeterio Prę-
textati, via Tyburtina se-
pultus. viij. cal. Iunij. *Ofio:*

DA quęsumus omni-
potens Deus: vt qui
beati Urbani marty-
ris tui atque pontificis so-
lēnia colimus. eius apud te
intercessionibus adiuue-
mur. Per dominum.

¶ Dic. 30. Felix papa mar.

Lectio tertia.

Felix patria Roman^o,
Aureliano Imperato-
re pontificatum ade-
ptus est. Hic instituit, vt
martyrum memoria singu-
lis annis sacrificiis celebra-
retur. Nec nisi in loco sa-
cro missa perageretur, prę-
terquam cogente necessi-
tate. Templūque iussit,
si de consecratione ipsius
dubitaretur, denud conse-
crari, neq; enim iteratum
videri debere dictabat, qđ
factum esse nesciretur. Po-
stremū eū mense Decē-
bri presbyteros nouē, dia-
conos quinque, episcopos
quinque creasset, martyrio
coronatus, via Aurelia se-
pelitur. iij. calend. Iunij in
Basilica quā ipse condide-
rat, atque dicauerat. Sedit
autem annos quatuor, mē-
ses tres, dies. xv.

I V N I V S.

¶ Dic. 1. Pamphilus presb. marty.

Lectio tertia.

Pamphilus presbyter
Cæsariensis tanto di-
uinarum voluminum
amore flagrauit, vt cele-
berimam bibliothecā vn-
dique summo studio con-

quibus libris Cæsareæ cō-
struxerit: magnâque partē
Origenis operum, sua ma-
nu descriperit. Quis Hiero-
nymus se vidisse, ac ha-
buisse, ingentisque cupidi-
tate, quasi thesaurū aliquē
seruasse, testatur. Scripsit
nōnulla, quibus insignem
doctrinam, & magnam vi-
tæ sanctimoniam posteris
manifestam, ac testatam re-
liquit. Demum post beata
studia, & multos pro eccle-
sia Dei, ac gloria nominis
Christiani exhaustos labo-
res apud Cæsarem Palesti-
næ, pro fide Christi, in per-
secutione Maximini impe-
ratoris calēd. Iunii marty-
rio coronatus est.

¶ *Marcellin⁹ & Petrus mar-
tyres. Lectio tertia.*

T Emperibus Diocle-
tiani Imperatoris, Ro-
mæ, Petrus exorcista
iussu Sereni iudicis, p̄ Chri-
sti nomine in carcerem cō-
iectus: Paulinam Artemij
carceris custodis filiam, ab
immūdo spiritu liberauit,
ipsumque Artemium cum
coniuge & filia, ac tota do-
mo, & plerisque vicinis, qui
ad miraculū conuenerant:

ad Christum conuertit, &
hos oēs Marcellinus pres-
byter baptizauit: quo nun-
tiato Serenus Marcellinū
& Petrū ad se productos,
multis minis ab incepto
deterere tētavit. Cui cū
Marcellinus Christiana li-
bertate ad omnia responde-
ret, pugnis eū contusum se
parat a Petro, nudūque in
carcerem, testis vitreis per-
stratum trudi iubet sine ci-
bo, & sine lumine. Petrus
item alio in loco archisi-
mis vinculis constringitur.
Sed diu cruciati cum forti-
ores in dies atque in Chri-
sti confessione constantio-
res inuenirentur, extra vr-
bem educti. iij. no. Iunii
capite plexi, martyrio co-
ronantur. Lucilla verō ma-
trona Christiana ipsorum
corpora vehiculo delata,
noctū in via Labicana, ter-
tio ab vrbe milliario sepe-
liuit.

¶ *Die 11. Barnabas apost.
qu. ma. Oratio.*

Deus, qui nos beati
Barnabæ Apostoli
tui meritis, & inter-
cessione lætificas: concede
propitius, vt qui eius be-

neſicia poſcimus: dono tuſ
gratiæ conſequamur: per
dominum. *Lectio tertia.*

Ioſephus, qui cognomi
natus eſt Barnabas, na
tione Cyprius ad Chri
ſtianum dogma gentibus
cum Paulo prædicandum
in apoſtolatum extra duo
decim aſſumptus eſt. Hic
agrum, quem habebat, vé
didit, & attulit precium, &
poſuit ante pedes apoſto
lorum. *Qui* cum miſſus à
Ieroſolymitana eccleſia e
uangelizandi gratia Antio
chiam perueniſſet, vbi Græ
corum aliquot crediderat,
vidiſſetque gratiam Dei,
gauiſus eſt, & hortabatur
omnes in propoſito cor
dis permanere in domino,
quia erat vir bonus, & ſpi
ritu ſancto ac fide plenus,
& appoſita eſt multa tur
ba in domino. Proſectus
inde Tharſum, vt quære
ret Saulū, perduxit ipſam
Antiochiam, & annum to
tum conuerſati ſunt ibi in
eccleſia, & docuerunt tur
bam multam, ita vt cogno
minarentur primum An
tiochiæ diſcipuli Chriſtia
ni. *Qui* diſcipuli, prout

quiſque habebat, propo
ſuerunt in miniſteriu mit
tere habitantibus in Iudæa
fratribus. quod & fecerūt,
mittentes ad ſeniores, per
manus Barnabæ, & Sauli.
Qui, expleto miniſterio,
reuerſi ſunt à Ieroſolymis,
aſſumpto Ioanne, qui co
gnominatus eſt Marcus.
Erant autē in eccleſia, quæ
erat Antiochiæ, prophetæ
& doctores, in quibus Bar
nabas, & Saulus. Miniſtran
tibus autem illis domino,
& ie iunantibus dixit Spi
ritus ſanctus. Segregate mi
hi Saulum, & Barnabā in
op^o ad quod aſſumpſi eos.
Tunc ie iunantes, & oran
tes, imponentesque eis ma
nus, dimiſerunt illos & ipſi
quidem miſi à ſpiritu ſan
cto, abierunt Seleuciam, &
inde Cyprum multasque
pretereā vrbes, ac regiones
cum magno prædicationis
proſectu peragrarunt. Po
ſtremo Barnabas à Paulo
diſcedens ad Cyprum na
uigauit aſſumpto Marco.
Vbi circa ſeptimum Ne
ronis annū, martyrij coro
nam eſt adeptus. iij. idus
Iunij.

Iunius.

¶ Die. 13. Antonius confessor. Lectio tertia.

Antonius natione Hispanus, Vlyssipontæ natus cum adolescens adhuc esset canonicus regularis, audito martyrio quorundam monachorum ex ordine sancti Francisci, ad Morachium Mauritanie urbem occisorum, eundem ordinem sancti Francisci professus, & a prelatibus obtemperantia, martyrii cupidus, Saracenis predicaturus nauim ascendit, sed Deo aliter ordinata vi tempestatis prohibitus est. Ceterum, ut sanguineorum, & amicorum impedimenta vitaret, in Italia venit. Qui cum aliquando, iussu pontificis, Romae peregrinis multarum nationum predicaret, variis linguis locutus & ab omnibus intellectus esse traditur. Itaque sermonem ipse, domino signis confirmante, quasdam hereses in Italia confutauit, factiones diremit, & inimicos reconciliauit. Tandem plenus sanctitate, & miraculis clarus Patruis moritur idibus Iunii: & in ecclesia nomine ipsius

fabricata egregio tumulo sepultus est: & a Gregorio nono statim in sanctorum confessorum consortium relatus.

¶ Die. 18. Marcus & Marcellianus. Lectio tertia.

Marcus & Marcellianus fratres, Romæ Diocletiano Imperatore, pro Christi fide, in vincula coniecti sunt ab urbis prefecto Chromatio: ad mortem que damnati, nisi ante diem trigessimam ad cultum deorum redissent. Ad quos cum Tranquillus pater, & mater Maria, & plerique cognatorum ventitarent, ut ipsos ab incepto seducerent, a beato Sebastiano confirmati in fide perstiterunt. Qui Sebastianus non solum horum sanctorum parentes, sed Chromantium quoque ad Christi fidem conuertit. Quam ob rem Chromatius magistratu ab imperatore priuatus, in exilium missus est. Cui succedens Fabianus, Marcum, & Marcellianum deorum cultum aspernantes, post diuinam carceris afflictionem, ad stipitem alligari,

pedesque clavis cōfigi iussit. Sed hūc cruciatum, cū die ac nocte magno animo Christū laudātes pertulissent, latera transfixi lāceis, martyrij palmam sunt adepti. Quorū corpa à Christianis ablata noctu in via Ardeatina ad. xiiij. calend. Iulij sepeliuntur. **Oratio.**

Ræta quæ sumus omnipotens Deus: vt qui sanctorum martyrum tuorum Marci & Marcelliani natalitia colimus, à cunctis malis imminenti-bus corū intercessionibus liberemur. Per dominum.

Die. 19. Geruasius, & Protasius mar. Lectio. iij.
Eruasius & Protasius

G fratres, patrem habuerunt Vitale, qui Rauēnz, & matrem Valeriam quæ Mediolani pro Christi fide martyriū tulerunt. Parentum igitur pietatem, & fidem æmulātes, post ipsorum mortē iuxta consilium euangelicū omnes suas facultates pauperibus distribuerunt, & seruos quos habebāt libertate donarunt. Quibus rebus, & singulari vitæ san-

ctitate cōmoti, gentilium sacerdotes Christianæ religioni infesti, magnum in ipsos odiū, atque inuidiam conceperunt. Cū ergo per id tempus, Astatius comes in bellum proficisceretur, hanc nefariam rationem pios fratres è medio tollendi sacerdotes inuenerunt, vt Astatius, velut diuinitus admoniti, persuaderēt negatam ipsi esse decreto deorū victoriam, nisi Geruasium, & Protasium à Christi fide desciscere ipsisque diis sacrificare compelleret. Quod cū Astatius ab ipsis nec precibus impetrare, nec minis extorquere potuisset, eodem iubente Geruasius plumbatis tandiu cæsus est, donec spiritum emisit. Protasius verò sustib⁹ primū seuiusimè verberatus, postremo capite truncatus est. Quorū corpa Philipp⁹ quidē vir religiosus ac pi⁹ clam sustulit, & in sua domo sepeliuit. Vbi cū diu latuissent, ab Ambrosio episcopo Mediolanensi diuinitus admonito inuenta sunt, & cum magna populā

Iunior.

ueneratione, in honestissimo, & sacro loco reposita. Passi sunt autem Mediolani. xij. calendas Iunij.

¶ **Aduertendum est singulis annis in indice supra posito fo. 99. an in die sc̄ti Iohannis vel infra eius octauā interponenda sit aliqua ex dominicis vagantibus.**

¶ **Natiuitas Iohannis Baptistæ duplex maius. ¶ Ad vesperas. Hymnus.**

VT queant laxis resonare fibris,
Mira gestorū famulituum,

Solue polluti labij reatum
Sancte Iohannes.

Nuncius celsō veniens Olympo,
Te patri magnum fore nasciturum :
Nomen & vitæ seriem gerendę,
Ordine promit.

Ille promissi dubi⁹ superni,
Perdidit promptę modulorū loquelę,
Sed reformasti genitus percemptę
organa vocis.

Ventris obstruso recubās cubilli,
Senferas regem thalamo manentem,
Hinc patrens nati meritis vterque,
Abdita pandit.

Gloria patri, genitæque

proli: Et tibi cōpar vtriusque semper, Spiritus alme Deus vnus omni, Tempore seclī. Amen. **Ant.** Iohannes est nōmē eius, vinū & siceram non bibet, & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Oratio.

DEus, qui præsentem diem honorabilem nobis in beati Iohannis natiuitate fecisti, da populis tuis spiritualium gratiarū gaudiorum: & omnium fidelium mentes dirige in viā salutis æternę. Per dominum nostrum Iesum.

¶ **Ad Matutinum. Inuitatoriu. Dic. 24.** Regē præcursoris Dominum, venite adoremus. **Hymnus.**

ANtra deserti teneris sub annis, Ciuum turmas fugiens peritisti: Ne leui saltem maculare vitam, Famine posses. Præbuit hirtam tegimen camelus, Artubus sacris, strophium bidētes. Cui latex haustu, sociata pastū, Mella locustis.

Cæteri tātum cecinere vatum, Corde præfago iubat affaturū: Tu quidem mundi scelus auferentem, Indi-

et prodis.

Non fuit vasti spatium per orbis, Sanctior quisquā genitus Ioāne: Qui nefas seclī meruit lauātem, Tingere limphis.

Gloria. *an.* Priusquam te formare in utero noui te: & antequam progredere-
ris sanctificauī te.

Lectio tertia

Zacharias sacerdos, vir iustus, & egregia in Deum pietate, uxorem habuit Elizabeth, parem sibi, & moribus, & sanctitate, sterilem tamen. Itaque iam ambo senes, in orbitate cum magno filiorum desiderio degebant, Sed cum Zacharias tempore Herodis Iudæ regis templum ingressus ad sacrificā dum incensum apponeret, apparuit ei Angel⁹ ad dexteram altaris, turbatoque, & timēti ait, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: uxor Elizabeth pariet tibi filium: & vocabis nomen eius Ioannem. Nec solū vos, sed multi præterea ob ipsius ortum gaudebunt. Erit em̄ magnus corā domino: vi-

num & siceram non bibet, & spiritu sancto replebitur in utero ipso matris suæ, & multos filiorum Israel ad dominum conuertet: & ipse præcedet illum. Respondit Zacharias, Vnde hoc sciā, qui senex sum, & uxor rem habeo senem? Et angelus. Ego (inquit) sum Gabriel missus, ut hæc tibi nūtiarem: & quia mihi nō credidisti, mutus eris, donec quæ nuntiaui, fiant. Egressus igitur Zacharias ad plebem extra templum expectātem, & moram eius admirantem, loqui nō poterat, quo cognitum fuit ipsum uisionem uidisse. Cū igitur, peractis officiū diebus, in domū suam redisset, concepit Elisabeth, quæ sexto post mense, idem angelus nunciauit Mariæ, dicens. Ecce Elisabeth cognata tua cōcepit filium in senectute. Itaque Elisabeth, uidentem Mariam salutādi se, uisendique gratia domum ipsius ingressam, exclamauit. Benedictus fructus uentris tui. Et illud, Exultauit gaudio infans in utero meo. Cum autem peperisset, &

octauo die, de nomine nati consultaretur. Zacharias interrogatus, cū loqui nō posset, scripsit, Ioannes est nomen eius. Et post hæc vocē recepit, qua domino quotidie gratias agebat.

¶ *Ad laudes. an.* Dñs ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. ¶ *Ad vespas.*

Hy. Ve queant laxis. *an.* Puer q̄ nat⁹ est nobis, plus quā p̄pheta est. Hic est em̄ de quo saluator ait, Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne baptista.

¶ *Dic. 25. De octaua sancti Ioannis. Tertia lectio.*

¶ *Sermo sancti Aug. epi.*

Post illū sacrosanctū Domini natalis diem, nullius hominis natiuitatem legimus celebrari, nisi solā Ioannis Baptistæ. In aliis sanctis, & electis dei nouimus illū diem coli, quo illos post cōsummationē laborū, & deuictum, triūphantūq; mundum in perpetuas eternitates, presens hæc vita parturiit. In aliis cōsummata vltimi diei merita celebrantur: in hoc etiā prima die ipsa Ioannis

initia cōsecrantur. Pro hæc absque dubio causa: quia per hunc dominus aduentum suum ne subito insperatum homines non agnoscerent: voluit esse testatū. Ioannes autem figura fuit veteris testamenti: & in se pertulit formam legis, & ideo prænūtiat saluatorem venturum: sicut lex gratiā præcurrit. Quod autem nondum natus de secreto materni vteri prophetauit & expers lucis iā testis est veritatis: hoc est intelligendum: quod latens sub velamine literæ & carne & redemptorem mundo spiritu prædicauit, & nobis dominum Deum nostrum, quasi de quodam legis vtero proclamauit. Ergo, quia Iudæi errauerunt à ventre, id est, à lege quæ Christo grauida erat: errauerunt à ventre, loquuti sunt falsa. Ideo hic venit in testimonium: vt testimonium perhiberet de lumine.

¶ *Dic. 26. Ioanes & Paulus martyres du. minus. Oꝛo.*

Quæsumus omnipotens Deus, vt nos geminata lætitia

hodiernæ festiuitatis excipiat, quæ de beatorum Iohannis & Pauli glorificatione procedit, quos eadem fides & passio verè fecit esse germanos. Per dominû.

Lectio tertia.

Iohannes & Paulus fratres, Christianæ religionis colentissimi, domestici fuerunt Cōstantiæ filii Cōstantini magni. Sed cū Iulianus apostata imperiū recepisset, factus certior hos ex magnis facultatibus, quas illis Constantia reliquerat, pauperes alere, occasione captabat, eosdē spoliandi. Iubet igitur eos suis domesticis adscribi, nō dubitans illos cōditionem religionis gratia recusaturos. Negantibus igitur illis eius se fore domesticos, aut comites: quæ à Christiana pietate defecisset, spatiū decem dierum præscribit, quo vel imperata facerent, & Ioui sacrificarent: vel se certæ morti pararent. Ipsi verò, accepta conditione, bonam partem suarum facultatum pauperibus præscripto tempore distribuerunt. Decima die Teretia-

nus præfectus prætoris cohortis missus, eos inuenit orâtes, à quo quod statuisent rogati, cū se pro vera religione morti paratos esse respondissent: ille post tertiam noctis horâ in domo ipsorū, ne fieret tumultus, capite truncavit: ac secretò sepeliuit, rumorque per urbem ab interfectibus sparsus increbuit Iohannem & Paulum in exilium fuisse missos. Sed res enuntiata est à dæmonibus, qui corpora quorūdā obsidebāt. A quibus dæmonibus, cū Teretiani filius vexaretur ductus ad martyrum sepulchrum, liberatus est: eoque miraculo idē & pater, ad fidem Christi cōuersi sunt, & res tota patefacta. Passi sunt autem Romæ sexto calendas Iulij.

¶ Die. 27. De octa. scti Iohannis bapti. Lectio tertia, Ex sermone sancti Augu. epi.

Quod autem Iohannes in carcere constitutus, ad Christū, discipulos suos destinavit: lex ad euangelia trāsmisit. Quæ lex iuxta typū Iohannis, quasi ignoratū & clauso

carcere in obscuro, & in occulto iacebat: Iudaicæ cæcitatæ sensus intra literam tenebatur Iesusus. De hoc beatus euangelista proloquitur. Ille erat lucerna ardens & lucens adeo quòd Spiritus sancti igne succèsa mundo ignorantie nocte possessio: lumen salutis ostèderet & quasi inter dèfissimas delictorum tenebras, splèdidissimum iustitiæ solem lucis suæ radio præmòstraret de seipso, dicens: Ego vox clamantis in deserto. Videamus in quo deserto, id est, in gentium populo. Vacua enim timore Dei pectora: & Spiritu sancto arentia: deserto squalètis eremi comparatur. Desertus enim hic mundus ab omni cultura fidei & timoris Dei: & peccatorum spinis obsitus, squalèbat, tanquam ager incultus, & penitus nullam honorum operum sœcùditatem obtulerat, nullum imbrem gratiæ spiritualis exceperat.

¶ *Die. 28. De octaua sancti Iohannis baptistæ. Lectio tertia, ex sermone sancti Augustini.*

Mittitur beatus Iohannes, qui cum propheticæ, atque apostolice prædicatione annūtiando pœnitentiam: arduam cæpam profunderet, fecundaret, & excoleret: diuiniq; verbi seminibus impletet: & ad maturam frugem, id est, ad regenerationis gratiam præpararet. Nam illud quantæ gloriæ est: quòd Zachariæ sacerdoti seni, & Elisabeth sterili à Gabriele, id est, ab angelo illo prænuntiatur: à quo Mariæ dñi natiuitas nuntiatur: & quasi ex aliquo similis domino præmittitur filius sterilis, ante filiū virginis: nescio quod maius miraculum ipsa nouitate declarans. In sperata prole sterilitas muneratur: quia nouo partu erat ditanda uirginitas. Præmittitur ante Iesum Christum Iohannes, quasi testamentū vetus ante nouum, ut dies diei eructet verbum, & sacramentorum obscura profunditas, euidètiore nouæ doctrinæ mysteriis reueletur.

¶ *Petrus & Paulus Apost. sup. ma. Ad vespas. 117.*

A Vrea luce, & deco-
re rofeo, Lux lucis
omne perfudisti se-
culum: Decorans cælos in-
clyto martyrio, Hæc sacra
die, quæ dat reis veniam,
sanctor cæli, doctor orbis
pariter, iudices seclī, vera
mundi lumina,

Fer crucē alter: alter ense
trūphans, Vitæ sanatum
laureati possident.

Ait trinitati sempiterna glo-
ria, Honor, potestas, atque
iubilatio, In vnitae cui ma-
net imperium, Ex tunc &
modo per æterna secula.

Amen. Ana. Tu es, pastor
ouium, pnceps apostolo-
rū, tibi traditæ sunt clauēs
regni cælorum. **Oratio.**

Deus, qui hediernā
diem apostolorum
tuorū Petri, & Pau-
li martyrio consecrasti: da
ecclesie tuæ eorum in om-
nibus sequi præceptū: per
quos religionis sumpsit ex-
ordium. Per dominum.

¶ Et non sit cōmemoratio
de sancto Iohanne vsque ad
vesperas cōmemorationis
sancti Pauli.

¶ Die. 29. Ad Matutinum
lauda. & Hymnus. De cō

muni apostolorū. ana. Tu
es Petrus, & super hæc pe-
trā ædificabo ecclesiā meā,
& portæ inferi non præua-
lebunt aduersus eam.

Lectio tertia.

Petrus princeps apo-
stolorū, cui Christus
ascensurus ad patrem
suum gregem pascendum,
id est, suā ecclesiam guber-
nandam ter commēdauit:
cū multa post Christi a-
scensum cum apostolis cō-
fecisset, quæ ad constituen-
dam, & propogandam fidē
pertinerent, cæteris per or-
bem dispersis ad prædican-
dum, ipse sibi sedē Antio-
chiam elegit. Sed post epi-
scopatū Antiochiensis ec-
clesiæ, & prædicationem
dispersionis eorum, qui de
circuncisione crediderant
in Ponto, Galatia, Cappa-
docia, Asia, & Bithynia se-
cūdo Claudij anno admo-
nitus à Spiritu sancto Ro-
mam migravit ad conuin-
cendum Simonem magū:
& veram fidem enuncian-
dum: in eaque vrbe, quæ ca-
put orbis erat, ecclesiā mo-
derandum. Simonis ergo
disiectis tenebris, fraudi-

busque conuictis à Petro, lumen verbi dei, Romam, & Italiã eodem autore multum illustrauerat, cū Paulus vincetus Romã deportatur secūdo Neronis anno, postquam euāgelium cum in Syria, Asia, cum præcipuè in Græcia, & finitimis regionibus vsque ad Illyriã prædicasset. Cuius aduentu, & opera magna, veræ pietatis & fidei accessio facta est in vrbe Roma, & Italia, occidentisq; regionibus. Sed vltimo Neronis anno, scruiente in Christianos persecutione, Petrus & Paulus capti, morti traduntur eodẽ die, id est. iij. cal. Iulij. Petr^o enim, cruci affixus est, capite ad terram verso: quod sic fieri impetrauit, asserens se indignum esse, qui eodẽ modo, quo suus Dñs, crucifigeretur. Paulus verò capite truncaus, cuius corpus in vita Ostiensis sepultum est. Petri verò in Vaticano.

¶ *Ad laudem. Antiphona.*
 Quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis. & quodcunque solueris super terram, erit so-

lutum & in cælis.

¶ *Ad vesp. Hymnus.*
 Aurea luce. vt supra. 22a.
 Hodie Simon Petrus ascendit crucis patibulum: Alleluia. Hodie clauicularius regni gaudens migravit ad Christum. Hodie Paulus apostolus, lumen orbis terræ, inclinato capite pro Christi nomine martyrio coronatus est. ¶ *Et non in commemoratio de festo sequenti: quia vesp. hodie sunt communes utriusque Apostolorum. Cōmemoratio Pauli dup. min^o. Ad Mutiniam lauitat. & hymnus. De cōmuni apostolorū. 2a. Qui operatus est Petro in apostolatu, operatus est & mihi inter gentes: & cognouerunt gratiã: quæ data est mihi à Christo domino.* *Lectio ij.*

Paulus extra numerū xij. apostolus non ab hominibus, nec p hominẽ, sed per Iesum Christum & deũ patrem, quum esset in ecclesia Antiochijs, vbi aderat propheta, & doctores, & in his Barnabas & Simon, qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenæ.

fis, & Manaem, qui erat
 Herodis Tetrarchæ colla-
 ctaneus, ministrantibus il-
 lis domino, & ieiunantibus,
 dixit Spiritus sanctus. Se-
 gregate mihi Saulū & Bar-
 nabam, in opus, ad quod
 assumpsi eos. Tunc ieiunā-
 tes, & orantes, imponen-
 tesque eis manus, dimise-
 rūt illos. Et ipsi quidē mis-
 si à spiritu sancto, abierunt
 Seleuciam, & inde nauiga-
 runt Cyprum, & quum ve-
 nissent Salaminam, prædi-
 cabant verbū Dei in syna-
 gogis Iudæorum. Habebāt
 autem & Ioannem in mini-
 sterio. Et quum perambu-
 lassent vniuersam insulam
 vsque ad Paphum, inuene-
 runt quendam virū magū,
 pseudoprophetā, Iudæū,
 cui nomen erat Barieu, cū
 proconsule Sergio Paulo
 viro prudente. Hic accer-
 sitis Barnaba & Paulo, de-
 syderabat audire verbum
 Dei. Resistebat autem illis
 Elymas magus quærens a-
 uertere proconsulem à fi-
 de. Saulus autē, qui & Pau-
 lus repletus spiritu sancto
 intuens in eū dixit, O ple-
 ne omni dolo, & omni fal-

lacia, fili diaboli inimice
 omnis iustitiæ, non desi-
 nis subvertere vias Domi-
 ni rectas. Et nunc ecce ma-
 nus domini super te, & e-
 ris cæcus, nō videns solem
 vsque ad tempus. Et con-
 festim cecidit in eum caligo,
 & tenebræ, & circuiens
 querebat, qui sibi manum
 daret. Quo viso procon-
 sul credidit, & conuersus
 est. Profectus verò Pau-
 lus à Papho iuncto sibi
 Barnaba, multisque vrbi-
 bus peragratis, cū Iero-
 solymam venisset Petrus,
 Iacobusque, & Ioannes vi-
 dentes gratiā Dei, quæ da-
 ta erat ei, dexteris societa-
 tis dederunt ipsi & Barna-
 bæ, vt hi gentibus, ipsi ve-
 rō circumcisīs prædicarent
 euangelium. Vnde digres-
 sus, postquam innumeros
 labores hausisset, multaq;
 pericula euasisset, per va-
 rias mūdi plagas Christianum
 dogma lōgē latēque
 propagando: anno à Chri-
 sti passione. xxviii. q. fuit
 imperij Neronis. xiiii. eo-
 dem die quo Petr^o Romæ
 martyrio coronatus est: se-
 pultusque in via Ostiensi,

vbi postea fuit illi magnificum templum erectum. Scripsit autē nouē ad. vij. ecclesias epistolas. Præterea ad discipulos suos Timotheū, Titum, & Philemonem. iij. ad Hebræos vnam. omnes simul numero decimoquarto.

¶ *Ad laudes. Antiphona.*

Bonum certamen certavi: cursum cōsummaui: fidem seruauī: ideo reposita est mihi corona iustitiæ. *oro.*

Deus, qui in multitudine gentium beati Pauli apostoli prædicatione docuisti: da nobis quæsumus: vt cuius natalitia colimus, eius apud te patrocinia sentiamus. *p.*

¶ *Ad vesperas. Hymnus.*

Dector egregie Pauli mores instrue: Et mente polum nos transferre satage: Donec perfectum largiatur plenius, Euacuato quod ex parte gerimus.

Et trinitati sempiterna gloria, Honor, potestas, atque iubilatio, In vnitae cui manet imperium, Ex nunc & modo, per æterna secula. Amen. *oro.* Gloriosi prin-

cipes terræ, quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in morte non sunt separati. *Oro.* Deus qui hodie nam diem. *&c. vt supra.*

Deinde p. cōme. octa. san. Et Ioan. bap. an.

Elisabethæ Zachariæ magnū virū genuit, Ioannē baptistā, præcursorē domini. *oro.* De quo præsentem diem. *&c. vt supra in eius festo.*

I V L I V S.

¶ *Die. i. Octaua natiuitatis sancti Ioan. bapti. dup. minus. Ad Matut. Inuitat. & Hy. vt in eius festo an.*

Ipse præibit ante illū in spiritu, & virtute Eliæ, parare domino plebē perfectam.

¶ *Secūdam Lucā. Lec. iij.*

Elisabeth impletū est tēpus pariendi: & peperit filium. Et audierūt vicini, & cognati eius: quia magnificauit dñs misericordiā suā cum illa: & cōgratulabātur ei. Et reli.

Homilia sancti Ambrosij.

Peperit ergo filiū Elisabeth, & congratulabantur vicini: Habes sanctorum editio lætitiā plurimorum: quia cōmune est bonū. Iustitia enim cōmunis

comunis est virtus. Et ideo in ortu iusti, futurae vite in signe praemittitur, & gratia sequitur virtutis exultatione vicinorum praefigurata signatur. Pulchre autem tempus quo fuit in utero, propheta memoratur: ne Mariae praesentia taceatur. Sed tempus siletur infantiae, eo quod praesentia domini matris in utero roboratur: qui infantiae impedienda nesciuit. Et ideo in euangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius & oraculum: exultationem in utero: & vocem in deserto. Neque enim ullam infantis sensit gratiam, qui supra naturam, supra gratiam in utero situs matris a mensura perfectae cepit aetatis plenitudinis Christi. Et respondit mater eius, & dixit. Non, sed vocabitur Ioannes. Et responderunt ad illam. Nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant ergo patri eius quem vellet vocari eum: & accepit pugillarem, & scripsit, dicens, Ioannes est nomen eius, Et mirati sunt omnes. Continuo au-

B.

N.

tem soluta est lingua eius: & apertum est os eius: & loquebatur, benedicens deum. Mirè sanctus euangelista praetermittendum non putavit, quod plurimi infantem patris nomine Zachariam appellandum putauerunt: ut aduertat matri non nomen alicuius displicuisse de generis: sed id sancto infusum spiritu: quod ab Angelo ante Zachariae fuerat praenuntiatum.

¶ *Ad laud. 30.* Innuebant patri eius quem vellet vocari eum: & scripsit dicens: Ioannes est nomen eius.

¶ *Notandum, quod hodie in laudibus post orationem sancti Ioa. dicitur. oratio. Deus qui hodiernam diem.*

&c. Pro commemoratione apostolorum, & similiter faciendum est infra octavam visitationis virginis in laudibus & vesperis, vig. ad octavam ipsorum apostolorum, tam hodie in vesperis, & die crastina per totam diem non sit commemoratio de Apostolis.

¶ *V. litatio beae Mariae virginis ad Elizabetham da. ma.*

¶ *Ad vesperis. Hymnus. Ave maris stella, Dei. &c.*

T

Julius.

Añs. Hodie Ioannes spiritu sancto repletus, dominum, quem verbis laudare non potuit corporis obsequio recognouit. beata Elisabeth: quam mater Domini visitauit: ut Ioannes in utero suo, spiritu sanctificationis accipiens, precursoris officium inchoaret. **Oratio.**

Omnipotens sempiternus Deus, qui ex abundantia charitatis beatam Mariam tuo filio fecundatam ad salutationem Elisabeth inspirasti: presta quaesumus, ut per eius visitationem donis ceteris leuibus repleamur: & ab omnibus aduersitatibus eruumur. Per eundem. &c.

¶ Dic. 2. Ad matutinum Inuitarorium. Visitatione virginis Mariae celebrem: Christum eius filium adoremus dominum. **Hymn.**

O gloriosa domina. &c.

Añs. Repletus spiritu sancto Ioannes nondum seipsum sentiens virginis matris praesensit aduentum.

¶ Lect. ij. ex cap. 1. Luc.

Exurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festi-

natione in civitatem Iudae & intrauit in domum Zachariae, & salutauit Elisabeth. Et factum est: ut audiuit salutationem Mariae Elisabeth exultauit infans in utero eius, & repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus uteris tui. Et unde hoc mihi ut veniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuae in auribus meis, exultauit in gaudio infans in utero meo, & beata quae credidisti: quoniam perficientur ea quae dicta sunt tibi a domino.

¶ Ad laudes. Antiphona. Adueniens quae Christum gestabat in utero: Ioannes exiliens in occursum eius gestiuit erumpere.

¶ Ad vesperas. Hymnus.

Aue maris stella. Antiph.

Beata sterilis: quae praecursorem domini senio ingravescente concepit, beatorum virgo: quae Deum atque hominem genuit. Vtraque miraculum sentit: & mysterium recognoscit, Sed Elisabeth suum vertit in praecordia ut

fitantis: Maria utrunq; refert in gloriam cōditoris.

¶ *Die. 3. de octaua uisitationis. Lectio. iij. ex Homilia sancti Ambrosij epi.*

Contuēdum est em̄, quia superior venit ad inferiorē: ut inferior adiuuetur. Maria ad Elisabeth: Christus ad Ioannem. Deniq; etiam postea ut sanctificaret baptismū Ioannis, dominus venit ad baptismum. Cito quoque in aduētū Mariæ: præsentia dominicæ beneficia declarātur. Simul autem, ut audiuit salutationem Mariæ Elisabeth: exultauit infans in utero, ei⁹: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna: & dixit ad Mariam: Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Vide distinctionem, singulorūque verborum proprietates. Vocem prior audiuit Elisabeth: sed Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordinem audiuit: iste exultauit ratione mysterij. Illa Mariæ: iste domini sensit aduentum: femina mu-

lieris: & pignus pignoris. Iste gratiam loquuntur, illi intus operatur: pietatisque mysterium maternis adoriuntur profectibus, duplicique miraculo prophetant matres spiritu paruulorū. Exultauit infans in utero: mater repleta est. Non prius mater repleta quam filius: sed cum filius repletus esset Spiritu sancto: repleuit & matrē. Exultauit Ioannes: exultauit & Mariæ spiritus: exultante Ioanne repletur Elisabeth. Mariam tamen non repleri spiritu, sed spiritū eius exultare cognouim⁹.

¶ *Die. 4. de octaua uisitationis. ex eadem Homilia. Lectio tertia.*

Incomprehensibilis enim, incomprehensibiliter operabatur in matre: & illa post conceptum repletur, ista ante conceptum. Benedicta tu inter mulieres: & benedict⁹ fructus vētris tui. & vnde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me? Nouit sermonem suum spiritus sanctus: nec vnquam obliuiscitur: & prophetiæ nō so-

Jum rerum completur miraculis sed etiam proprietate verborum. **Q**uis est iste fructus ventris, nisi ille de quo dictum est, Ecce hereditas domini, filij merces fructus ventris? Hæc hereditas domini filij sunt: qui merces sunt fructus illius, qui de Mariæ ventre processit. Ipse fructus ventris est flos radicis: de quo bene prophetavit Esaias, dicens. Exiet virga de radice Jesse: & flos de radice eius ascendet. Radix enim est familia Iudæorum: virga, Maria: flos Mariæ, Christus: qui veluti bonæ arboris fructus nostræ virtutis processu: nunc floret: nunc fructificat in nobis nunc rediuvua corporis resurrectionis reparatur. Et unde hoc mihi: ut veniat mater Domini mei ad me? Non quasi ignoratus dicte. Scit enim esse Spiritus sancti gratiam, & operationem, ut mater prophetæ à matre Domini ad profectum sui pignoris salutetur, sed quasi hoc non humani meriti: sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat.

¶ Die. 5. de octava visitationis
ex eadē Homilia. Lect. 111.

Non visitata hæc officia foeminarum sunt: ut veniat mater domini mei ad me. Miraculum sentio: cognosco mysterium: mater Domini verbo facta: Deo plena est. Ecce enim, ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis: exultavit in gaudio infans in utero meo: & beatata quæ credidisti. Vides non dubitasse Mariam, sed credidisse. & ideo fructum filii dei consequuta. Beata (inquit) quæ credidisti. Sed & vos beati, qui audistis, & credidistis. quæcūque enim crediderit anima: & concipit, & generat Dei verbum, & opera eius agnoscat. Sic in singulis Mariæ anima: ut magnificet dominum. Sic in singulis Mariæ spiritus: ut exaltet in domino. Si secundum carnem una mater est Christi: secundum fidem tantum omnium fructus est Christus Iesus. Omnis enim anima accepit dei verbum: si tantum est maculata, & immunis à vitis: & intemperato pudore eius testimoniam custodit.

Hodie vesp. dicuntur de octaua apostolo. Et nō sit cōmemoratio de visitatione in his vesp. e. nec die crastina. Hym. de cōi. Apost.

An̄a. Petrus apostolus & Paulus doctor gentiū: ipsi nos docuerūt legem tuam Domine.

Oratio.

Deus, cuius dextera beatum Petrum ambulante in fluctibus ne mergeretur erexit: & cō apostolum eius Paulū terribi naufragantem de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede, vt amborum meritis: æternitatis gloriam consequamur. **Qui viuīs & regnas Deus. Per oīa. &c.**

Die. 6. Octaua apostol. Petri & Pauli du. mi. Hodie oīa dicūtur de cōmuni Apost. præter. in. lectio. & orationem. Tertia lectio. Sermo sancti Leonis pap.

Omniū quidem sanctorum solēnitatū dilectissimi: totus mundus est particeps. & vnius fidei pietas exigit: vt quicquid p̄ salute vniuersorum gestū recolitur: cōmunibus vtq; gaudiis ce-

lebretur. Veruntamen hodierna festiuitas, præter illam reuerentiam quam toto terrarum orbe promeruit speciali, & propria nostræ vr̄bis exultatione veneranda est: vt vbi præcipuorum apostolorum glorificatus est exitus: ibi in die martyrij eorum sit lætitiæ principatus. Isti enim sunt viri, per quos tibi euāgelium Christi, Roma replenduit: & quæ eras magistra erroris: discipula facta es veritatis. Isti sunt sancti patres tui, veriq; pastores: qui te regnis cælestibus inserendam, multo melius, multoq; scælicius condiderunt, q̄ illi, quorū studiū, prima mœniū tuorū fundamēta locata sunt: è quibus is qui tibi nomen dedit: fraterna de cæde scædauit. Isti sunt enim qui in te hanc gloriam prouexerunt: vt sis gens sancta: populus electus: ciuitas sacerdotalis, & regia: per sacram Beati Petri sedē caput totius orbis effecta. latius præsidens religione diuina, q̄ dñatione terrena. Quāuis enim multis aucta victo-

riis, ius imperij tui terra
 marique distēditur: minus
 tamen est, quod tibi belli-
 cus labor subdidit: quā
 quod pax Christiana sub-
 iecit.

Oratio.

Deus cu⁹ dexter. & c. vi. 7.

**Die. 7. de octauis visita-
 tionis. Lectio tertia.**

Beatissima virgo Dei
 genitrix Maria à suis
 primordiis Domino
 consecrata: propter bene-
 ficia eius inaudita, exhibi-
 ta populo inuocanti: om-
 nes in necessitate constitu-
 ti ad eam confugiunt, tan-
 quam ad singulare reme-
 dium: vbi humanum subsi-
 dium non sufficit requisitum.
 Disponit namq; om-
 nia inferiora sua sapientia,
 prouidentia, & industria
 propulsata. Ipsa enim ex
 abundantia gratiæ sibi datæ
 est cura curarum, cū sit vi-
 sitatrix: nutrix genitrixq;
 bonorū. Gaudet autē deus,
 & lætatur per sæcula, quan-
 do reginæ cæli cuncta de-
 bitē sunt subiecta. Vbi em̄
 est gubernatrix, puidā cæ-
 licæ & terrenæ potestatis?
 In Maria. Vbi mater mis-
 ricordis, & impetratrix ve-

nia? In Maria. Vbi mediā-
 trix ad Deū pro crimine?
 In Maria. Vbi reparatrix
 sperandæ gratiæ? In Maria.
 Vbi mater militantis eccle-
 siæ? In Maria. Vbi aduoca-
 ta sæculi? In Maria. Ipsa si-
 quē est aduocata mū di: pa-
 trona peculij: visitatio pe-
 riculi: spes salutis populi
 Christiani. Ipsa miserorū
 miseratio, afflictorū reue-
 latio, desolatorum cōsola-
 tio, peccatorū visitatio: di-
 scordantium reintegratio
 cum triumpho.

**Die. 8. de oct. visit. Lea.
 iij. Sermo vener. Br. pbr.**

Beata dei genitrix vir-
 go semper Maria tē-
 plum Domini: sacra-
 rium Spiritus sancti: cū
 ab angelo salutata fuisset:
 seq; prole grauidā cogno-
 sceret: cōfestim in monta-
 na perrexit portans à quo
 portabatur. Et apertē post
 visionem angeli beata Dei
 genitrix in montana subiit:
 quæ gustata suauitate su-
 pernorum ciuiū humilita-
 tis se gressibus ad alta vir-
 tutum transtulit. Intra-
 go domum Zachariæ, atq;
 Elisabeth, quā seruum ad

præcursorem Domini parituram nouerat, salutem: non quasi dubia de oraculo quod acceperat: sed ut gratulatura de dono quod conseruam accepisse didicerat. Non ut uerbum angeli mulieris attestacione probaret: sed ut mulieri pueræ ætatis, uirgo iuuenula mysteriū sedula impederet. Ut autem audiuit salutacionem Mariæ Elisabeth: exultauit infans in utero eius: & repleta est spiritu sancto Elisabeth. Aperiente os suum ad salutandum beata Maria: repleta est mox spiritu sancto Elisabeth: repletus est & Ioannes: atque uno eodemque spiritu ambo edocti. Illa salutantē quæ esset agnouit: & ut matrem Domini sui, debita cū benedictione uenerata est. Ille ipsum esse dominum, qui utero uirginis portaretur, intellexit.

¶ Die. 9. Hodie in uesp. dicitur. an. assignata ad primas uesp. Octa. uisitat. du. Lect. iij. ex eodē sermone.

Repleta est ergo spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit uoce

magna. Rectè uoce magna exclamauit, quia magna dei cognouit dona. Et rectè uoce magna, quia illū quē ubique præsentem nouerat: etiam adesse sentiebat. Magna etenim uoce: non tam clamorosa: quàm deuota intelligendum est. Neque enim modicæ uocis deuotionis Deum laudare uolebat, quæ spiritu sancto plena flagrabat: quæ & illū in utero gestabat: quo in natis mulierum nemo maior est. Eum etenim aduenisse gaudebat: qui conceptus ex carne uirginis: filius altissimi uocaretur & esset. Exclamauit autē, & dixit: Benedicta tu inter mulieres: & benedictus fructus ventris tui. Non solum benedicta inter mulieres: sed inter mulieres benedictus maiori benedictione specialiter insignis. Benedictus fructus ventris tui. Ne ipse generali more benedictus sanctorum: sed sicut apostolus ait. Quorū patres, ex quibus Christus secundum carnem: qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.

Julius.

¶ Die. 10. Septem fratres
marty. Lectio tertia.

C Rescēte rable perfe-
cutionis in Christia
nos, septem fratres
Romæ sub Antonio Pio
martyrio coronati sunt.
Cū enim delatum fuisset
ad Cæsare ab his deos bla-
sphemari, Christi fidē pa-
lam consentibus, datum
est negotiū Publico præfe-
cto, vt eorum causam iudi-
caret. Qui primo blandis
verbis, deinde terroribus,
ac minis instat, vt abnega-
to Christo, diis sacrificar-
ent. Felicitas autē eorum
mater constātia plusquam
virili, si Christū, inquit, d
iudex, nosces, eiusque ma-
gnitudinē intelligeres, ac
diuinitatē, desisteres haud
dubiè pios homines à reli-
gione ipsius oratione im-
pia subducere. Qui enim
Christianis maledicit, deo
maledicit in cordibus eo-
rum habitanti. Et ad filios
eouerſa, ipsos, vt neq; cru-
ciatus perhorrescant, neq;
mortem propter fidem in
Christum recusent adhor-
tatur. Igitur iratus iudex,
ad filiosq; conuersus, eūm

videret eos in fide immobi-
les permanere, nec promiſ-
sis, nec minis à sentētia re-
uocari, in carcerē eos tru-
dit, & Cæsari rei ordinē ex-
ponit. Ille verò, iubet oēs
morti tradi. Primus igitur
eorū Ianuari⁹, plūbatus ex-
sus expirauit. Felix deide,
& Philippus fustib⁹ necan-
tur. Siluanus præcipitio.
Alexāder cū aliis duob⁹ ca-
pite trūcatur. vj. idus Iulij
Mater itē quarto post mē-
se, gladio percussa, marty-
rij palmā adepta est. Quā
Gregorius octies martyre
appellat. Passa est enim se-
pties in septem filijs, & de-
mum in corpore proprio.

¶ Die. 11. Pius papa cōfeso-
sor. Lectio tertia.

Pius natione Italus, pa-
tria Aquileiensis Im-
peratore Marco An-
tonino vero pontifex fa-
ctus est. Hic pœnā statuit
iis, qui negligenter Chri-
sti corpus aut sanguinem
attractarent. Pœnitentiam
(inquiens) agant. xl. die-
bus, quorum negligentia
in terrā aliquid deciderit,
si super altare tribus dieb⁹,
si super linteam, quatuor,

si in aliud linteum nouum diebus. Vbiunque ecciderit, si recipi potest, lambatur, sin aliter, aut lauetur, aut radatur: lotū & rasum, aut comburatur, aut in sacrarium reponatur. Demū ubi ex ordinationib⁹ quinque Decēbri habitis presbyteros. xix. diaconos xxj. ep̄os. x. creasset, moritur & in Vaticano sepelitur. v. id. Iulij, cū sedisset annos. xj. menses. iij. dies tres.

¶ *Die. 13. Anaclētus papa martyr.*

Lectio tertia.

Anaclētus papa natione Græcus, patria Athenien. Traiani temporibus Clementi suffectus, vt honestis institutis homines ecclesiasticos formaret, lege vetuit, ne ep̄scopus à paucioribus, quàm à tribus ep̄scopis initiaretur. Ac vt clerici publicè, nō priuatim ad sacros ordines asciscerentur. Omnibus quoq; fidelibus præcepit, vt peracta cōsecratione communicarent, recusantes autem ab ecclesiis eicerentur. Hic etiā loca, vbi seorsum martyres sepelirentur designa-

uit. Per id tempus mirum in modum augete re Christiana, Traianus metuens ne quid detrimenti imperium Romanum inde caperet, tertiā persecutionem in Christianos cōcessit. Qua cum permulti alij tum in primis ipse Anaclētus martyrio coronatur tertio idus. Iulij. Sedit autem annos nouem, menses duos, dies decem.

¶ *Die. 14. Procef⁹ & Martinianus. Lectio tertia.*

Quo tēpore Romæ Petrus & Paulus in vinculis in Tarpeio monte tenebantur, duo ex custodibus Procef⁹ & Martinianus, apostolorum verbis & miraculis, cum aliis quadraginta nouem ad fidem Christi conuersi sunt: & fonte diuinitus ex quodā saxo in ipso carcere manēte baptizati. A quibus apostoli relaxati, abire si vellent ex carcere permisi sunt. Quod vbi nuntiatum est Paulino militum præfecto, Procef⁹ & Martinianum ad se accersitos, verbis grauissimis ob acceptam religionē

Iulius.

castigat, & ab ea cūctis rationib⁹ reuocare conatur. Sed cū nihil proficeret. indignatus se ab iisdē contemni, iubet ipsorum ora saxo vehementer contundi, dentesq; cōminui, Deinde cū Iouem adorare iussi constanter renuissent in equuleo suspensi, fustibus squissimē cæduntur, & admotis flammis aduruntur, vnā vocem emittentes, Sit nomē domini benedictū. Vehementer igitur cruciati, & in Christi fide persistētes, in eundem carcerē detruduntur, & paucis post diebus extra vrbe educti, in via Aurelia capite truncantur. Quorum corpora Lucina in prædio suo. vj. nonas Iulij sepeliuit.

¶ Die. 15. Bonauentura cardinalis confessor. Lect. iij.

Sanctus Bonauentura natione Tuscus in oppido Balneo regio nobili genere nat⁹, anno suæ ætatis circiter vigesimo secundo religionem beati Francisci suscepit. Et studio literarum deditus Alexandro de Ales præceptore tantū profecit, vt se-

ptimo susceptæ religionis anno in Gymnasio Parisiensi publicē librum sententiarum interpretaretur, vir summæ mansuetudinis, ac sanctitatis. Anno verò. xij. quā susceperat religionē, creatus est totius ordinis minister generalis. Quod munus sapienter administrādo, summam est laudē consecutus, non solum doctrinæ, & sanctimonie: sed etiā ingenij, & dexteritatis. Quā fama ductus Gregorius papa. xj. Cardinalem ipsum, & episcopum Albanensem creauit. Multa hic opera doctissimē conscripsit, quæ longum esset recensere, in primisque eruditissima commentaria in quatuor libros sententiarum. Obiit autē Lugduni. iij. Idus Iulij, claritq; miraculis. Quā ob rem à Christo papa. iij. anno domini millesimo quadringentesimo octuagesimo secundo inter sanctos est relatus.

¶ Die. 18. Symphorosa cū septem filiis mart. Lect. iij.

Tybure, Symphorosa matrona sanctissima vxor fuit Getuli

martyris, ex quo septem filios ad martyrium videlicet procreauit, Crescentiū Iulianum, Nemesium, Primitiuū, Iustinū, Staeteū, Eugenium, cum quibus in persecutione Adriani capta est, propter Christianę fidei professionem, omnesque multis affecti supplicii, ut a vera pietate discederent. In qua cum immobiles permansissent, Symphorosa, in præterfluentē fluuium saxo ad collū appēso, præcipitata est, & interempta: eiusque corpus ab Eugenio ipsius fratre sepulturę datum. Postridie verò, qui fuit, xv. calē. Augusti septem fratres singulis stipitib⁹ alligati sunt. Et Crescens per guttur ferro transfixus, Iulianus per pectus, Nemesius per cor. Primitius per umbilicum, Iustinus membratim dissectus est, Staeteus multis lanceis confixus, Eugenius à pectore in partes inferiores scissus, Ipsorum autem corpora in fossam quandam præaltam deiecta sunt in via Tiburtiana miliario nono.

¶ Die. vii. Praxedis virgo.
Lectio tertia.

PRaxedis virgo venerabilis Prudentis Romani filia, amissis parentibus, tanta cura, & constantia Christianorum commoditatibus inseruiebat, ut multos sanctorum pauperum suis opibus aleret, aliorū necessitatibus quoad poterat prouideret. Exorta verò Christianorum sub Marco Antonino Imperatore persecutiōe, ex æstuās virgo beata non destitit fideles omni ratione fouere. Itaque alios domi occultabat, aliis necessaria submittebat, alios ad fidei constantiā hortabatur martyrum corpora mira sollicitudine collecta, sepeliebat. Tantam igitur Christianorum stragem cum sine summo dolore ferre non posset, precata deū, ut se tantis è malis eriperet exaudita est. Et egregiæ suę pietatis atque laborum præmia perceptura, migravit ad dominum, duodecimo calendis Augusti. Cuius corpus Pastor presbyter iuxta patrē & sororem Potentianam,

In cœmeterio Priscillæ via
Salaria sepeliuit.

¶ *Maria Magdalena dupl.
mi. Ad vesp̄as. Hymnus.*

Nardi maria pistici
Sumpsit librâ mox
optimi, Vnxit bea-
tos domini Pedes rigando
lachrymis.

Honor, decus, imperium
Sit trinitati vnice Patri na-
to, paracleto Per infinita
sæcula. Amen. *Antiph.*

Maria vnxit pedes Iesu: &
extersit capillis suis: & do-
mus impleta est ex odore
vnguenti. *Oratio.*

Beata Mariæ Magda-
lenæ quæ sumus Do-
mine, suffragiis adiu-
uemur, cuius precibus ex-
oratus, quatrduanum fra-
trem viuum ab inferis re-
suscitasti. *Qui* vivis & re-
gnas Deus, Per omnia sæ-
cula sæculorum. Amen.

¶ *Die. 22. Ad matutinum.*

Inuitatorium. Laudemus
Deum nostrum. in confes-
sione beate Mariæ Magda-
lenæ. *Hymnus.* Nardi Ma-
ria pistici. &c. *vt supra.*

Antiph. Ornatum mundi
contempsisti propter amorē
domini mei Iesu Christi,

EX mulieribus, quæ
Christū egregia pie-
tate coluisse in histo-
ria euangelica referuntur,
Maria Magdalena in pri-
mis celebratur. de qua ta-
men nō parua est doctissi-
morū & grauissimorum vi-
rorum controuersia, qui-
busdam res aliquas gestas,
de quibus est in euāgelio,
ad vnā mulierem referē-
tibus, aliis ad plures. Vt-
cunque sit, traditum est à
maioribus, Mariā Magda-
lenā Lazari Marthæ q; so-
rorem cum ipsis, & Maxi-
mino, aliisq; sanctis homi-
nibus post Christi ascēsi-
onem, nauī ī qua sine velit,
& remis fuerāt à Iudæis, vt
naufragio perirent, impo-
siti, ope diuina Massiliam
tandē applicuisse, eādē-
que potissimum Massilien-
sibus & vicinis populis euā-
geliū prædicasse, & pleris-
que ad fidem Christi con-
uerſis in præaltum mōtem
secessisse, ibiq; solitariam
vitam multos annos trans-
egisse, in frequenti tamen
angelorum consuetudine,
à quibus iam moritura, in

ecclesiam vrbis Aqueſi. cu
ius erat epiſcopus ſanctus
Maximin⁹, deportata fue
rit, vbi accepta Euchariftia
migraverit ad dominū vn
decimo cal. Auguſti mul
tis editis miraculis, quæ lō
gum eſſet recenſere.

¶ *Ad laudes. Antiphona.*
Iſta eſt ſpecioſa inter filias
Ieruſalem.

¶ *Ad veſperas. Hymnus.*
Nardi. vi. *Antiph.* Ma
ria optimā partem elegit:
quæ non auferetur ab ea.

¶ *Die. 25. Iacobus Apoſto
lus duplex maior. Oratio.*

Eſto dñe plebi tuæ ſan
ctificator & cuſtos: vt
apostoli tui Iacobi
munita præſidiis: & cōuer
ſatione tibi placeat & ſecu
ra mente deſeruiat. Per do
minum no.

Lectio iij.

Iacobus Apoſtolus Ze
bedæi filius, natione Ga
lilæ⁹, inter primos apo
ſtolos à Chriſto vocatus
fuit cū Ioanne fratre. *Qui*
relictis retibus: quæ tunc
fortè reſiciebant, & patre
Zebedæo, ipſam Ieſum ſe
cuti ſunt. Hic eſt vnus ex
tribus apoſtolis dilectiſſi
mis: quos Chriſtus teſtes

eſſe voluit ſuæ tranſfigura
tionis. Et quos ſolos ſequi
ſe permisit domum ingreſ
ſurus lairi aechiſynagogi,
ad filiam ipſius à morte re
uocandam. Hunc & Ioan
nem fratrem tam dilectos
eſſe Chriſto eorum mater
intelligebat, vt non dubi
tauerit ab ipſo petere, vt
quum eſſet in ſuo regno al
terū à dextris collocaret,
alterum à ſiniſtris. Hic igitur
Iacobus poſt Chriſti
aſcenſum, quum fidem ip
ſius per Iudæam & Sama
riam mirabiliter prædican
do propagaveſſet, plurimoſ
que & in his Hermogenē
hæreticum ad verum Dei
cultum cōvertiſſet. Hiſpa
niam, adiſſe, & ibi euange
liſt prædicaveſſe, author eſt
Iſidor⁹. Vnde Ieroſoly mā
reuerſus ab Herode gladio
percuſſus primus Apoſto
lorum martyrio coronat⁹
eſt. *Qui* dum ad ſupplicium
duceretur, oblatum para
lyticum in via ſanavit, co
que miraculo loſiam, qui
ſe vinctum ad Herodē tra
xerat, cōvertit, & martyrij
participem effecit. Poſtea
verò ipſius apoſtoli corp⁹

Compostellā translātū est.
**¶ Die. 26. Anna mater vir-
 ginis duplex min. Oratio.**

Deus, qui beatæ An-
 nę tantā gratiā do-
 nare dignatus es, vt
 beatissimam matrem tuam
 in glorioso utero portare
 mereretur: da nobis quesu-
 mus, per intercessionē ma-
 tris & filiæ, tuæ ppitiatio-
 nis abundantiā. vt quarum
 memoriā pio amore cōple-
 ctimur: earum precib⁹ ad
 cælestem Ierusalem perue-
 nire valeamus. Qui vivis.

**¶ Inuit. hy⁹. & an. dicitur
 de cōi. vni⁹ sanctæ nec vir-
 ginis nec marty. Lect. iij.**

Anna virginis dei ge-
 nitricis mater, Gazi-
 ri filia, ex tribu Iu-
 da in Bethlehem oppido
 Iudææ nata, Ioachim fuit
 vxor, qui & ipse ex eadem
 tribu Galilæus erat ex Na-
 zareth, ambo ex stirpe re-
 gia sanctorumq; patrum,
 ipsi sancti atq; iusti vt de-
 cebat parentes futuros vir-
 ginis, quæ Christum erat
 pgenitura. Sed quanquā
 in charitate maritali san-
 ctissimè degerent, diu ta-
 men optatissima prole ca-

ruerunt, donec post annū
 vigesimū, conceptu, & or-
 tu sacratissimæ Vginis Ma-
 riæ felicissimo, sterilitatis
 macula deleta, compotes
 facti sunt longissimi desy-
 derij. Migravit autem ad
 dominum septimo calend.
 Augusti, cuius corpus cō-
 ditum est in Bethlehem in
 paterna sepultura.

**¶ Die. 29. Martha virgo.
 Lectio tertia.**

Martha Christi ho-
 spita Mariæ, & La-
 zari soror, post
 Christi ascēsum ad patrē
 Iudæis in psecutione Chri-
 stianorum cū fratre, & so-
 rore, & Marcilla, pedisse-
 qua, & item Maximino, &
 quo tota domus fuerat ba-
 ptizata, comprehenditur.
 Et hi omnes cū aliis com-
 pluribus Christianis in na-
 ui quadam imponuntur.
 Quæ nauis velis, remis,
 clauoque spoliata, mari cō-
 mittitur, vt omnes facto
 naufragio perirent. Cæte-
 rum deo gubernante Mas-
 siliā incolumis applicuit.
 Quo miraculo, & dictorū
 sanctorum prædicatione
 Massilienses primum, de-

inde vicini populi, ad fidem Christi conuersi sunt. Martha igitur cum Massilię omnium in se animos propter eximiam sanctitatem conuertisset, cum multis honestissimis mulieribus in monasterio, quod ipsa curauit edificandum sanctissime vixit, mortemque obiit multo ante a se præcognitã, & miraculis illustratam quarto calendas Augusti.

Oratio.

Omnipotens clementissimè Deus: cuius filius in xde beatę Marthę hospitari dignatus est: te quesumus, vt eius meritis, quæ illum placidè suscepit: in xde polorum misericorditer hospitari valeamus: Per eundem dominum nostrum Iesum. &c.

¶ Die. 31. Nemesius & Lucilla martyres. Lectio. iij.

Valeriano, & Gallieno Imperatoribus, Nemesius tribunus militum, & Lucilla eius filia Romæ a sancto Stephano papa ad fidem Christi conuersi, & baptizati sunt. Nemesius verò paulopost, ab eodem diaconus ordi-

natus, mira pietate Christum eiusque fidem colebat. Is cum aliquando Maximus, & Valerianus consules via Appia, qua ipse transibat in templo Martis sacrificarent, sacrificiũ abominatus, Deũ orare cœpit, vt vanitatem superstitionis illorũ, aliquo signo declararet, statimque Maximus a dęmone correptus exclamare cœpit, se vehementer a Nemefio torqueri. Egressi verò ministri cum eum orantem offendissent, variis contumeliis affectum in templum pertraxere, ad cuius præsentiam statim Maximus expirauit. Tunc Valerianus, qui rem magicis artibus patratam putabat, ira percitus, Nemesium, innumeris suppliciis tortum, cum Lucilla filia in carcerẽ trudit. Post tertium verò diẽ educti, Lucilla primũ via Appia ante templum Martis, vbi Maximus interierat, spectante patre decollatur. Deinde Nemesius inter viam Appiam, & Latinam itidem capite plexus, martyrio coronatur.

Augustus.

octauo celendas Augusti.
Quorū corpora idem sanctus Stephanus papa via Latina non longē ab vrbe sepeliuit.

AUGUSTVS

Vincula sancti Petri dup.
mi. Ad vespē. Hymnus.

Petrus beatus catena-
rum laqueos Christo
iubente rupit mirabi-
liter Custos ouilis, & do-
ctor ecclesie, Pastorque
gregis, cōseruator ouium,
Arcet luporum truculea-
tam rabiem.

Gloria Deo per immensa
sæcula. Sit tibi nate decus
& imperium. Honor, pote-
stas, sancto que spiritui. Sit
trinitati salus indiuidua.
Per infinita sæculorum sæ-
cula. Amen. **Antiphona**
Herodes rex apposuit vt
apprehenderet Petrū, que
misit in carcerem, volens
post pascha producere eū
populo.

Oratio

Deus, qui beatum Pe-
trum Apostolum à
vinculis absolutum
intra hunc abire fecisti: no-
strorum quæsumus absol-
ue vincula peccatorum. &

omnia mala à nobis propi-
tius exclude: Per dñm.

**¶ Dicitur. Ad matut. Iuuit
Regem Apostolorū. &c.**

Hymnus. vt s̄. in vespere.

**Ant. Petrus quidem ser-
uabatur in carcere, & ora-
tio fiebat sine intermissio-
ne ab ecclesia ad Deum
pro eo.**

Lectio tertia

Cum Herodes occi-
didit Iacobū fratrem
Ioannis, animadu-
erens id esse gratam Iudæis,
apprehendit quoque Petrū,
Erāt autem (vt est in actis
apostolorum) dies azymo-
rum, tradiditque quatuor
quaternionibus militū ad
custodiendum, volens post
pascha producere eum po-
pulo. Et Petrus quidem ser-
uabatur in carcere. Oratio
autem fiebat sine intermis-
sione ab ecclesia ad Deum
pro eo. Cū autem produ-
ctus eum esset Herodes,
in ipsa nocte erat Petrus
dormiens inter duos mili-
tes, vincens catenis duabus,
& custodes ante ostium cu-
stodiebant carcerem. Et ec-
ce, Angelus Domini asti-
tit: & lumen refulsit in ha-
bitaculo, percussitque late-
re Pe-

re Petri excitauit eum, dicens. Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Et dixit angelus ad eum, præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic, & dicit illi, circunda tibi vestimētum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eū, & nesciebat quia verum est, quod fiebat per Angelum, sed existimabat se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad civitatem quæ vltro aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuo discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit. Nunc scio verè quod misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Consideransq; venit ad domū Mariæ matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erāt multi congregati, & orantes.

¶ **Ad Laudēs. Antiphona.**
Misit Dominus Angelum suū, & liberauit me de ma-

B.

N.

nu Herodis, alleluia.

¶ **Ad vesp̄as. Hymnus,**
vt supra aua. Solue iubente Deo terrarum Petre catenas. Qui facis vt pateant caelestia regna beatis.

¶ **Dic. 3. Stephanus papa martyr. Lectio tertia.**

Stephanus patria Romanus, Valeriani, & Gallieni Imperatorū tempore summo pontificatus præfectus, instituit, vt sacerdotes & leuitæ nusquam sacris vestibus vterentur, nisi in ecclesia, & sacris peragendis. Quæ (inquit) nec ab aliis debent cōtingi, aut ferri, nisi à sacratissimis hominib⁹, ne vltio quæ Bakhafarem percussit, super hæc transgrediētibus, & talia præsumētibus veniat diuina. Sed cū multos sermone, & exemplo ad fidem conuertisset, ad templum Martis, vt sacrificaret ab infidelibus abstractus, constanti animo recusauit. Quam ob rem capite truncatus est, ac sepult⁹ via Appia in cœmeterio Calisti. iij. nonas Augusti. Cū fessisset annos septem: mensures quinque, dies duos.

V

Augustus.

Inuentio sancti Stephani protomartyris.

Vic. 3. In hoc festo omnia dicuntur de communi vnius martyris, præter tertiam lectionem, & orationem.

LECTIO tertia.

Stephani protomartyris, Gamalielis Pauli præceptoris, Nicodemi, & Abibonis corpora quæ diu in obscuro, ac de spectro loco sepulta iacebant, inuenta sunt haud procul Ierosolymis, Honorio Imperatore, per reuelationem factam presbytero cuiusdam Luciano. Cui Gamaliel veneranda senis specie, in somnis apparuit, & locum ubi indecenter iacebat, monstravit præcepitque, ut Ioannem Ierosolymitanum antistitem adiret, darétque operam, ut eorum corpora honestiore cõderentur loco. Qua visione exterritus Luciano Iohanni antistiti reuelationem exponit. Adhibitis igitur aliis finitimarum urbium episcopis: & presbyteris, ad locum monstratum pergant. Tunc effossa humo loculos distinctos inveniunt, ex quibus mira

fragrantia, & suauissimus odor diffundebatur. Cui igitur ingens hominum multitudo vndique miraculo commota eo concurrebat, multi, qui variis languoribus conflictati venerant: sani & incolumes discesserunt. Tandem sanctorum corpora cum summa celebritate in sanctam ecclesiam Sion illata honesto ibi loco condita fuerunt.

Oratio.
A nobis quæsumus domine imitari quod colum, ut discamus & inimicos diligere, quia eius inuentionem celebramus, qui nouit etiam pro persecutoribus exorare dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. Qui tecum uiuit & regnat.

Sanctæ Mariæ ad nives dup. maius. Ad Vesperas.

Hic Aue maris stella. Sanctæ Mariæ succurre miseris, inua pusillanimes, refove debiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto famulo tuo, maneomne sexu, sentiam omnes tuam inuua nen, quicunque celebrant tuam sanctam festiuitatem.

Oratio.

Deus, qui virginalem
aulam beate Marix
virginis, in qua habi-
tares, eligere dignatus es,
da quesumus, vt sua nos
defensione munitos, iucū-
dos suæ facias interessē cō-
memorationi *Qui viuus &*
regnas Deus. Per omnia.

¶ Die. 5. Ad Matut. Inuit.
Sacta Maria Dei genitrix
virgo intercede pro nobis.
Hymnus. O gloriosa Do-
mina, &c. *Ant.* Beata es Ma-
ria, quæ credidisti, perficiē-
tur in te quæ dicta sunt tibi
à domino alleluia.

Lectio tertia.

Romæ Liberio pon-
tificē antequa vllum
in vrbe templum vir-
ginis matris nomine dica-
tum esset, Ioānes patricius
Romanus morum honesta-
te, & generis nobilitate, at-
que opibus præstans, cui
vxor erat moribus, & con-
ditione par, cū orbitatē
filiorum dolenter ferret,
nec diu cogitanti idoneus
qui quā occurreret, quem
suarum opū heredē relin-
queret, eadēque sollicitu-
do vxorem fatigaret, am-
bo assiduis precibus à bea-

ta virgine Maria contende-
bant, vt vel se prolis cōpo-
tes efficeret, vel quē potif-
simū heredē instituere cō-
modissimum, & honestissi-
mū esset, indicaret. Exora-
ta igitur piis precibus mi-
tissima virgine, nocte no-
narum Augusti, quo tem-
pore solēt urbem æstiuī ca-
lores infestare, pars eius
montis vrbis, qui dicitur
Esquilix, plurima niue cō-
spersa est, Deo volūtati ma-
tris annuente. Eademque
noctē Ioāni eiusque vxori
seorsum virgo mater visa
est niue demissam referre,
ipsoq; iubere, vt in eo lo-
co, quem nix occupasset,
templum suis sumptibus
ædificarent, quod nomine
Marix virginis dicaretur,
quæ ad hūc modum vellet
hæres ab ipsis reliqui. Hæc
visionem cū Ioannes ad Li-
beriu pōtificem retulisset,
idē sibi visum cōtigisse pō-
tifex asseueravit, eademq;
nuntiata, & imperata, pro-
inde monita diuina nō esse
negligenda. Cum magna
igitur & solenni pompa ad
locū niuis pontifex cū fre-
quenti populo processit,

Augustus.

& locum templo designavit, quod illorum quos diximus impensis magnificè cōstructum sanctæ Mariz maioris nuncupatur.

¶ Ad Laudes. Antiphona.

Beatam me dicent omnes generationes, quia ancillā humilem respexit Deus.

¶ Vesperæ dicuntur de transfiguratione, & sit commemoratio de virgine per orationem tantum.

¶ Transfiguratio dñi dup. m. Ad vespera. Hymnus.

GAude mater pietatis
In valle gemētium,
Pro ducatu dignitatis
Christi regis omnium:
Quo dilecta prædotaris,
In culmine montium.

Vbi patres præcellentes:
In mortali corpore,
Admirātur assistentes, De
tam grandi munere:
Diuinū numem cernētes,
Increato lumine.

Genitori, genitoque laus,
& iubilatio: Salus, honor
virtus quoque, sit & benedictio:
Procedēti ab utroque,
Compar sit laudatio.
Amen. **an.** Assumpsit Iesus
Petru, & Iacobum, & Ioan
nem fratrem eius, & duxit

eos in montem excelsum
seorsum, & transfiguratus
est ante eos.

Oratio.

DEus, qui fidei sacramenta in vnigeniti
tui gloriosa transfiguratione patrum testimonio roborasti: & adoptionem filiorum perfectam, voce delapsa in nube lucida mirabiliter præsignasti: concede propitius: vt ipsius regis gloriæ nos coheredes efficias: & eiusdem gloriæ tribuas esse consortes.
Per dominum nostrum.

¶ Dic. 6. Ad Matut. l. vit.
Sūmum regē gloriæ Christum adoremus. **Hymnus.**

EXultet laudibus sacra
ta concio, Cæli agminibus
iūcta tripudio
pro verbi gloria, qua splendent omnia: Terra, pōtus,
& æthera.

Promissum pādatur fratru
de medio: Patris cūm labitur
vox de fastigio: Dicens
hūc filiū doctorem cælicū
Auditūque dignissimum.
Te trina deitas, vnaq; poscimus:
Sic nos tu visita,
sicut te colimus: Per tuas
semitas duc nos quo tēdimus
Ad lucem, quā inha-

bitas. Amen. *Absa.* Et ecce apparuerunt eis Moses, & Elias loquentes cum Iesu.

¶ *Lectio tertia, ex capitulo. lo. xvij. Matth. xi.*

ET post dies sex, assumpsit Iesus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelsum secretum: & transfiguratus est ante eos. Et respendit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illi Moses, & Elias, cum eo loquentes. Respondens autem Petrus, dixit ad Iesum, domine, bonum est nos hic esse: si vis faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, & Moysi unum, & Elie unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obstravit eos: Et ecce vox de nube dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere. Levantes autem oculos suos, ne-

minem viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte, precepit illis Iesus, dicens. Nemini dixeritis visionem. donec filius hominis a mortuis resurgat.

¶ *Ad Laudes. Antiphona.* Et ecce vox de nube dicens, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite alleluia.

¶ *Ad vesperas. Hymnus.* Gaude mater. *vt supra. An.* Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde, & accessit Iesus, & tetigit eos, dixitque eis, Surgite, & nolite timere, alleluia.

¶ *Dominicus confessor duplex minus. Oratio.*

DEus, qui ecclesiam tuam beati Domini confessoris tui illuminare dignatus es meritis, & doctrinis, concede, ut eius intercessionem, temporalibus non destituatur auxiliis, & spiritualibus semper proficiat incrementis. Per dñm. *Die. 7. Lec. iij.*

Dominicus natione Hispanus, vir sanctitate & doctrina clarus, ordinis prædicato-

rum autor Galagura Oxomensis diocesis oppido natus est, patre Felice, matre verò Ioanna. Quæ facta grauida, in somnis visa sibi est vtero se gestare catulū cum facula ori inserta, qua egressus ex vtero totū mūdū incenderet. Qua vice licet re portendebatur puerum esse conceptum, qui splendore suę doctrinæ totum mundum illustraret, & prædicationib⁹ ad rectè viuendum inflammaret, vt res ipsa declarauit. Hoc em̄ præstitit, tum per se, tum etiam per ordinem prædicatorum quem ipse condidit, cum prius in ecclesia Oxomensis fuisset canonicus regularis. Huius viri sanctitas, & doctrina plurimum enituit in extirpandis hæresibus perniciosis, quæ ad Tolosam pullularant septennio consumpto in eo labore. Quibus rebus ductus Innocētius tertius papa institutum ab eo ordinē auctoritate apostolica approbavit: & paulò post, itidem Honorius tertius confirmauit. Dominicus igitur, cum multa mo-

nasteria per orbem erigendi auctor fuisset, miraculisque claruisset, & multas regiones docendo, & prædicando, iustrasset, anno Christi nati. M. ccxxij. Bononiæ (quæ vrbs est Italice celebris) nonis Augusti à vita migravit. Quem postea Gregori⁹ nonus reuoluit in numerum sanctorū, ob edita miracula, & vitam sanctissimè gestam.

¶ Die. 9. *Xystus secundus papa martyr. Lectio tertia.*

Xystus secundus papa, natione Græc⁹, patria Atheniensis, ex Philosopho Christi discipulus factus, seuiendo adhuc Deciana & Valeriana persecutione, sedit annos duos, menses. x dies. v. & .xx. Qui accusat⁹, quòd Christi fidem contra principum decreta prædicaret, captusque, ad Martis trahitur templum proposita, nisi Marti sacrificaret, capitali pœna: quâ tamen ipse constanti animo impietati prætulit. Cū igitur ad supplicium duceretur interpellanti se Laurentio, & dicenti, Quo progredieris sine

filio pater? quo sacerdos optime sine ministro prope-
ras? Respondit. Non ego
te defero fili. Maiora ma-
nēt te pro Christi fide cer-
tamina, post triduum me
sequeris, sacerdotē leuita.
Interim siquid in thesauris
habes pauperib⁹ distribue.
Eodem igitur die cum Xy-
sto diaconi sex interficiun-
tur, felicissimus, Agapit⁹,
Ianuarius, Magnus, Inno-
centius, Stephanus. Sepul-
tus autem est Xystus in cœ-
neterio Calisti, via Appia
vij. idus Augusti.

**Inspiciendum est nūc in
indice supra folio. 99. po-
sito, an in die sancti Laurē-
tj, vel infra eius octauam,
sint interponenda aliqua ex
dominicis vagantibus.**

**¶ Laurentius martyr dup-
ma. Ad vesp̄as. hymnus.
Deus tuorū. vt in cōi. an.**

Leuita Laurentius bonum
opus operatus est, qui per
signum crucis cōcos illumi-
nauit, & thesauros ecclesie
dedit pauperibus. **Oratio.**

DA nobis quæsumus
Dominipotens Deus,
vitiatorū nostrorum
flāmas extinguere: qui bea-

to Laurentio tribuisti, cor-
mentorū suorū incen-
dia superare. Per dominū.

¶ Dic. 10. Ad matut. Inuis.
Beatus Laurentius Christi
martyr triumphat corona-
tus in cælis: venite adore-
mus Christum dnm. **Hy⁹.**
Martyr Dei. **vt in cōi. an.**
Quo progredieris, sine fi-
lio pater: quo sacerdos san-
cte, sine ministro prope-
ras? Non ego te defero fili,
maiora te manēt pro Chri-
sti fide certamina.

Lectio tertiz.

SAcuiente adhuc Vale-
riana in Christianos
persequutione, quæ
fuit post Neronē octaua,
cum Laurētius natione Hi-
spanus, Xystum papā mar-
tyrem, cuius erat pietatis
charissimus discipulus, in
vincula coniectū visitaret,
iussus ab eo est, vt pauperi-
bus, primo quoque tem-
pore, distribueret thesau-
ros ecclesie quos haberet.
Quod Laurentius diligen-
ter exequutus, cū Xystum
videret ad martyriū abstra-
hi post eū clamabat, Quo
pater abis sine filio? quo sa-
cerdos sine leuita? Xystus

Augustus.

autem bono eū animo esse iubet, nā fore ut se post tri-
duum sequeretur. Laurentius autē à Parthemio tri-
buno vocatus, iussusq; the-
sauros ecclesię demonstra-
re, se postridie facturū pol-
licetur. Et postremo die,
(ut testatur sanctus Am-
brosius) pauperes adduxit.
Interrogatusq; , ubi essent
thesauri, quos promississet,
ostendit pauperes, dicens.
Hi sunt thesauri ecclesię.
Tunc verò in carcerem cō-
iectus, cuius præfectus er-
at Hippolytus, non cessā-
bat prædicatione ac mira-
culis editis Christi fidem
propagare. Nam Lucillio
cuidam, qui plorando in
carcere fuerat obæcatus,
credenti visum promittit,
ac per baptismū restituie.
Hippolytūmq; ipsum eū
xix. eius familię homini-
bus ad Christum cōuertit.
Productus autē ut thesau-
ros proderet, ipsorumque
redderet rationem : quod
factum erat exposuit : seq;
pauperibus, Xysti manda-
tum, & Christi doctrinam
sequutū distribuisse. Tunc
verò simul, propter distri-

butos thesauros, simul, p-
pter Christi cōfessionem,
scorpionibus primum, de-
inde virgis, tum plumbatis
flagellis sæuissimè cęditur.
Quibus patientissimè to-
leratis cum à fide Christi
non posset auerti, ferreæ
craticulæ alligatur, arden-
tibus prunis imponitur, &
lento igne constantissimus
in fide torretur, donec spi-
ritum emisit, quarto idus
Augusti. Cuius corpus cir-
ca urbem in via Tyburtina
Hippolyt^o curauit sepeliē-
dum, in prædio Cyriacę
viduę, quam ille à diutur-
no morbo liberauerat.

¶ Ad Laudes. Antiphonæ.

In craticula te Deum non
negavi, & ad ignem appli-
catus te Christum confes-
sus sum, probasti cor meū,
& visitasti nocte, igne me
examinasti, & nō est inuen-
ta in me iniquitas.

¶ Ad Vesperas. Hymnus.

Deus tuorū. *vi supra. In.*
Beatus Laurentius dum in
craticula superpositus vre-
retur, ad impiissimum ty-
rannum dixit, Assatum est
iam, versa & māduca. nam
facultates ecclesię, quas re-

quis, i cælestes thesauros manus pauperum reporta- uerunt.

Die. 11. De ost. scti Lau- rentij. Tertia lectio. Sermo sancti Augustini episcopi.

Cum omnes beatos martyres, quos nobis tradidit antiquitas: honorificètia digna ueremur: præcipuè tamen beatum Laurentium martyrem, debemus tota deuotione suscipere. Maiorem enim affectum ibi debeo, ubi credulitatem meam cogit cõtemplatio, quàm ubi fidem meam hortatur opinio. Maiorem inquam affectum illic debeo: ubi per ea quæ uidi, cõpellor deuotione credere, etiã illa quæ non uidi. Nam & cùm audio aliquãta, quæ mihi impossibilia uidentur cõpi ea credere potuisse fieri dum similia facta esse conspexi. Et ideo tẽporibus nostris passi hanc nobis præstiterunt gratiam: ut fidem præteritam confirmarent. Supradictum igitur beatum uirum tota debemus deuotione suscipere. Primum quia preciosum sanguinẽ

suum propter dominũ tradidit: deinde, quòd prerogatiuam nobis apud dominum nostrũ non minimã contulit: ostendens qualis debeat esse Christiani fides: de cuius consortio existere martyres merentur. Tertio, quòd idem tã sanctæ conuersationis fuerit: ut coronam martyrii, tempore pacis inuenerit. Sed cum in fideles tãta sanctitate beatum Laurentium pro Christi nomine uidissent certare, errorẽsque eorum manifestos rationabili castigatione conuincere: tũc illi inebriati furore rapuerunt eum, & exde crudelissima sauciauerunt, & beati uiri corpus flammis in craticula taadiderunt. Verè beatum corpus, quod non ad pœnam funestus ignis: vel tormenta mortis à fide Christi immutauerunt, sed ad requiem æternã sancta religio, coronauit.

Die. 12. Clara uirgo dominus. Lectio tertia.

Clara uirgo sanctissima nobili loco nata Assisij (quod oppidum est in Umbria) initi-

Augustus.

ta disciplinamque beati
Francisci sui cuius secuta,
relictis mundanis opibus,
collegium instituit paupe-
rum, & religiosarum scemi-
narum, cū quibus recessit
in ecclesia beati Damiani.
Vbi mirabili parsimonia &
sanctitate, vitā quadragin-
ta duorū annorū peregit,
multis etiam editis miracu-
lis. Quorum illud silentio
non præteribimus. Quod
cum tēpore Federici Impe-
ratoris, Saraceni qui Italiā
inuasent: Alsium obsi-
derent, & ipsum virginum
monasteriū oppugnarent,
Clara licet ægrotans ad por-
tam se iubet deportari in
hostiū cōspectum cum ca-
psula qua sacramentum eu-
charistię continebatur, vbi
hanc cū lachrymis oratio-
nem effudit. Ne tradas do-
mine bestiis animas confi-
tentes tibi, & custodi famu-
las tuas, quas precioso san-
guine redemisti. Cui vox
de cælo reddita est, Ego
vos semper custodiam. Ita-
que Saraceni subito terro-
re quodam percussi, obsi-
dionem solvunt, & qui mu-
ros ascēderat ex citate per-

culsi, deciderunt. Paulò ve-
rò post morbo ingrauescē-
te decem & septem diebus
sine vllō cibo peractis mi-
gravit ad dominū, pridie
idus Augusti, tempore In-
nocētij quarti. Qui ægro-
tantem inuisit, & eucharis-
tia est impartitus. Quam
Alexander. iij. anno Dni.
M cclv. retulit in numerū
sanctarum virginum.

*Die. 13. De octava sancti
Laurentij. Tertia lectio, ex
sermone sancti Augustini.*

HAc ergo tota causa
passionis est fratres,
propter quā mortis
addictus est sanctus vir, vti
sui similes esse ceteros hor-
taretur. Nam exhortatio
illa intantū profecit: vt illo
à seculo recedente: fides e-
ius regionis ipsius loca vni-
uersa peruasent, ita Chri-
stus, vbi tunc in beato mar-
tyre suo Laurentio perse-
quutionem passus est, nūc
illie plurimū Christiano-
rū exultet in populis. Suf-
ficere nobis debēt ad pro-
fectum salutis nostræ, mar-
tyrū exēpla sanctorū: qui
propter ad ipiscendā cæle-
stem coronā oībus se man-

dati Dominicis subdiderunt. Et ita cunctis se vixerunt legibus saluatoris: ut propter ante actam vitam mererentur ad hanc martyrij gloriã peruenire. Non enim illo tẽpore tantũ per fecerunt preceptũ dñi, quo cõfessionis suppliciu per tulerunt: sed necesse fuit illos prius secũdũ euãgeliũ vixisse: vt Christi passiõibus participarent. Necesse inquam erat, vt initia bona fieret, quorũ finis est optimus subsequutus, & martyres eos non solũm fuisse cũ passi sunt: sed etiã martyres Christi fuisse cũ vuerent: Martyr enim Græcè, Latine testis dicitur. Igitur quotiescunq; bonis actibus mandatum Christi facimus, toties Christo testimonium perhibemus.

¶ Dic. 14. De octa. sancti Laurentij. Tertia lectio, ex alio sermone sancti Augu.

Igitur sanctũ martyrem Laurentium grano sinapis possumus: comparare, qui diuersis attritus passionibus, per totũ orbem gratia meruit sui fragrare martyrij. Qui ante coniti-

tus i corpore erat humilis, ignotus, & vilis, postea quã vexatus, laceratus exutus est: vniuersis per totũ mũdum ecclesiis odorem suã nobilitatis infudit. Rectè igitur huic cõparatio copulatur. Siquidem granum sinapis cum teritur, accenditur, Laurentius cũ patitur inflammatur. Illud feruor attritionis suã mouet, hic ignem plurima vexatione suspirat. Sinapis (inquam) in vasculo calido decoquitur, Laurentius in craticula flammarũ igne torretur. Ardebat itaque extrinsecus beatus Laurentius martyr, tyrãni scruientis incendiis, sed maior illum intrinsecus Christi amoris flamma torrebat. Et quanuis rex improbus ligna subiceret, incẽdia maiora supponeret, tamẽ sanctus Laurentius has flammãs fidei calore nõ sentit, & dum Christi precepta cogitat, frigidum est illi omne quod patitur. Neque enim potest in visceribus ignium tormenta sentire, qui sensibus paradisi refrigeria possidebat.

Augustus.

¶ **A**duerte an in die Assumptionis virginis, vel infra eius octaua sit interponenda aliqua ex vagantibus.

¶ **A**ssumptio Mariæ virginis dup. maius. Ad vesperas hymn⁹. Ave maris stella. **Añs.** Virgo prudentissima quo pgrederis, quasi aurora valde rutilans filia Sion, tota formosa, & suavis es, pulchra vt luna, electa vt sol.

Oratio.

FAmulorū tuorū quæsum⁹ domine delictis ignosce: vt qui tibi placere de actibus nostris nō valemus, genitricis filij tui domini nostri intercessionem saluemur. Per dñm.

¶ **Et non sit commemoratio de sancto Laurentio in his vespis nec die crastina.**

¶ **Ad Matutinum. Inuitatorium.** Venite adoremus regem regum, cuius virgo mater hodie assumpta est ad cælū. **Hymnus.** O gloriosa domina. **Añs.** Exaltata est sancta dei genitrix super choros angelorum, ad cælestia regna.

¶ **Lectio tertia, ex sermone beati Bernardini.**

Virgo hodie gloriosa cælo ascendens: supernorum gaudia citium copiosis sine dubio cumulauit augmētis. Hæc est enim, cuius salutationis vox, & ipsos exultare facit in gaudio: quos materna adhuc viscera claudunt. Quod si paruuli necdum nati anima liquefacta est, vt Maria locuta est: quid putamus quænam illa fuerit cælestium exultatio: cū vocem & audire, & videre faciem, & beata eius frui præsentia meruerunt? Nobis verò charissimi: quæ in eius assumptione sollemnitatis occasio? quæ causa lætitiæ? quæ materia gaudiorum? Mariæ præsentia tot⁹ illustratur orbis, adeo vt ipsa iam cælestis patria clarius rutillet virgineæ lapidis irradiata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio, & vox laudis. Sed plangēdū nobis potius, quàm plaudēdum esse videtur. Quantum enim de eius præsentia cælum exultat: nūquid non consequens est, vt tantum luceat hic noster in-

ferior mundus eius abſentiam? Ceffet tamen querela noſtra: quia nec nobis hic eſt manens ciuitas: ſed eam inquirimus, ad quã hodie Maria benedicta peruenit. In quam ſi conſcripti ciues ſumus: dignum profectò eſt etiam in exilium, etiam ſuper flumina Babylonis, eius nos recordari: eius cõmunicare gaudiis: ei⁹ participare lætitiã: maximèq; eã, que tã copioſo impetu lætificat hodie ciuitatẽ dei vt ſentiamus & ipſi ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

¶ *Ad Laudẽs. Antiphona.*

Assumpta eſt Maria in cælum, gaudet angeli, laudantes benedicunt dominum.

¶ *Ad Veſperas. Hymnus.*

Aue maris ſtella. *an.* Maria virgo cælõs aſcendit, gaudere, quia cum Chriſto regnat in æternum.

¶ *Die. 16. De octa. Aſſumptionis. Tertia lectio, ex eodem ſermone ſancti Bernardini.*

Preceſſit nos regina noſtra, preceſſit, & tã glorioſe ſuſcepta eſt, vt ſiducialiter ſequatur dominam ſeruuli clamantes.

Trahe nos poſt te: in odore unguentorum tuorum curremus. Aduocatam promiſit peregrinatio noſtra, quẽ tanquã iudicis mater: & mater miſericordiẽ ſuppliciter, & efficaciter ſalutis noſtrẽ negotia pertractabit. Precioſum hodie munus, terra noſtra direxit in cælum, vt dando, & accipiendo ſelicis amicitiarum ſcõdere copuletur humana diuinis, terrena cõleſtibus, ima ſummis. Illò em̄ aſcendit fructus terrẽ ſublimis, vnde data optima, & dona perfecta deſcendunt.

Aſcendens ergo in altum virgo beata, dabit ipſa quod donat hominib⁹. *Q*uid n̄ daret? Siquidem nec facultas ei deeſſe poterit, nec voluntas. Regina cælõrum eſt, miſericors eſt. Deniq; mater eſt vnigeniti filii dei. Nihil enim ſic poteſt poteſtatis eius, ſeu pietatis magnitudinem commendare.

¶ *Ho die veſperẽ dicuntur de ſancto Laurentio, & dicitur an̄, aſſignata ei ad primas veſp̄. die autẽ cratiua omnia ſicut in eius feſto preter lectiões, & ſit cõme-*

Augustus.

moratio de octaua beate virginis per oratione tantu.
Die. 17. De oct. san. Lau. dup. mi. Tertia lect. sermo sancti Augustini episcopi.

Beatissimi Laurentij martyris, cuius natalē hodie celebramus, passionem, nosse vos credo, & quanta in persecutione pertulerit, dilectionem vestrā scire posse non dubito. Tanta enim eius martyrij gloria extitit, vt passione sua, mundum illuminauerit vniuersum. Illuminauit mundū plane Laurentius eo lumine, quo ipse accensus est, & flāmis, quas ipse pertulit, omnium Christianorum corda calefacit. Quis enim hoc exemplo nolit pro Christo ardere cum Laurentio, vt possit à Christo cum Laurentio coronari? Quis nolit ad horam sustinere Laurentij ignem, vt æternum gehennæ non patiatur incendium? Beati igitur Laurentij exemplo prouocamur ad martyrium, accēdimur ad fidem, incallescimus ad deuotionem, & si nobis persecutoris flamma deest, fidei ta-

men flamma non deest. Non ardemus quidem corpore pro Christo, sed ardemus affectu. Non subiicit mihi persecutor ignē, sed suggerit mihi ignem desiderium saluatoris.

Die. 18. De oct. Assumpti Tertia lectio. Sermo sancti Hieronymi presbyteri.

Cogitis me, & Paula & Eustochium: imo charitas Christi me compellit, qui vobis dudū tractatibus loqui consueeram: vt nouo loquendi genere sanctis, quæ vobiscū degunt, virginibus: latino vtens eloquio, exhortationis gratia: sermonem facerem de Assumptione beate, & gloriose, semperque virginis Mariæ: more eorū qui declamatorie in ecclesiis solēt loqui ad populū: quod utiq; genus docendi, nondū attigeram. Sed quia negare nequeo, quicquid iniūgitis: nimia vestra victus dilectione: experiar quod hortamini affectu infantium more balbutientium: quæcunque audierint fari gestiūt, cum necdū possint ad plenum verba formare. Maxime

quia propter simpliciōres quosque id me deprome-
re cōpellitis: vt habeat san-
ctum collegium veſtrū ser-
mone Latino: quibus se oc-
cupent laudibus ex eadem
die: quibusve diuinis vacēt
lectionibus. Præsertim, cū
& eadem in multis festiui-
tatibus multorum sancto-
rum patrum studia, miro
cuderint eloquio: quæ de
hac quidem vberius ubiq;
in scripturis diuinis prædi-
cata leguntur.

Die 19. Octaua Assump.

Tertia lect. ex eod. sermōe.

Quid enim aliud so-
nant euangelia: nisi
nascentem dñm
ex Maria virgine: & omnia
eius incremēta: quousque
fuit in mundo: duntaxat
diuinis efferūt præconiis?
Porro ab exordio sancti
euāgelij Gabrielem archā-
gelū colloquentem Mariæ
audisti. & deinceps reliqua
omnia plenius legisti. Ad
præsepe quoq; , ô Paula te
teste: nato puero: multitu-
dinem angelorū inter cre-
pūdā noui partus: & que-
relas nescij ploratus: pro
fescenninis gloria in excel-

sis Deo: & in terra pax ho-
minibus bonæ voluntatis
cantantem audisti & radiā-
tem stellam vidisti. Pasto-
ribus insuper euangelizan-
tib⁹ credidisti, magos præ-
terea tria deferentes mune-
ra in visione beatis oculis
cōspexisti. Ipsa eadem mune-
ra bene intelligendo: vo-
tis orantibus inde deo obtu-
listi. Nam & cum eisdē ma-
gis deum puerum in præse-
pio adorasti. Sed fortē cō-
questa me delatorē: quod
te prodiderim clamabis.

Ad quos ego, Si calatum
esse volebas teste cōscien-
tia: mihi narrare ante præ-
sepium, vbi plurimum la-
chrymata es, nō debueras.
Quod (vt verū fatear) Chri-
sti præconia, etiam si volue-
ro adiuratus: neq; tuas lau-
des omnino tacere queo.

Die 20. De octaua Assump. Tertia lectio, ex eod. sermōe.

Idcirco tuæ te interro-
gent filix: quas lacte nu-
tris: tu ea melius resera-
bis: quæ nescio si per spe-
ciem aliquam certē: aut in
spiritu vidisti. Vnde vos, ô
filix pulsate matrem præ-

Augustus.

cibus : pulsate ad ostiū in-
uitātis amici: si quo modo
tandē vobis aperiātur quæ
sunt reserata matri. Verum
tamē de his quid plura di-
cam? Omnia saluatis ges-
ta, & beatę Marię obse-
q̃a: necnon & actus vitę ex e-
uangelio didicistis. Et nūc
quid superest: vt ab aliquo
doctore requiratis? De as-
sumptione tamen eius qua-
liter assumpta est: quia id
vestra deposcit intentio,
præsentiā absens scribere
vobis curauit: quæ absentia
præsens deuotus obtuli: vt
habeat sanctum collegiū
vestrum in die tantę solen-
nitatis munus Latini ser-
monis: in quo discat tenera
infantia lactis experiri dul-
cedinem: & de exiguis exi-
mia cogitare: qualiter fa-
uēte Deo per singulos an-
nos tota hæc dies expendatur
ī laudem: & cū gaudio
celebretur: ne fortē si vene-
rit vestris in manibus illud
apocriphum de transitu e-
iusdem virginis: dubia pro-
certis recipiatis: quod mul-
ti latinorum pietatis amo-
re studio legendi, charius
amplectuntur: præsertim

cūm ex his nihil aliud ex-
periri potest pro certo: ni-
si quod hodierna die glo-
riosa migravit à corpore.

*¶ Die. 21. De octaua assump-
tio. Tertia lectio, ex eo-
dem sermone.*

Monstratur autem
sepulchrū eius ces-
tētibus nobis vsq̃
ad præsens ī vallis Iosaphat
medio: quę vallis est inter
montem Sion, & montem
Oliueti posita: quam & tu,
ô Paula oculis aspexisti.
Vbi in eius honore fabrica-
ta est ecclesia, miro lapi-
deo tabulatu: in qua sepul-
ta fuisse: vt scire potestis
ab omnibus ibidem habitā-
tibus prædicatur: sed nunc
vacuum esse mausoleū cer-
nentibus ostenditur. Hæc
idcirco dixerim, quia mul-
ti nostrorū dubitant, vtrū
assumpta fuerit simul cum
corpore: an obierit relicto
corpore. Quomodo autē,
vel quo tēpore, aut à qui-
bus personis sanctissimū
corpus eius inde ablatum
fuerit: vel vbi transpositū
vtrūmve resurrexerit ne-
scitur: quanuis nonnulli a-
struere velint eam iam re-
fuscitatam:

suscitatus: & beata cum Christo immortalitate in celestibus vestiri. Quod & de beato Ioanne euangelista eius ministro, cui virgini a Christo virgo commissa est, plurimi asseuerant: quia in sepulchro eius (ut fertur) non nisi manna inuenitur: quod & featurire cernitur. Veruntamen, quid horum verius censeatur, ambigimus. Melius tamen Deo totum, cui nihil impossibile est, committimus: quam aliquid temere diffinire velimus autoritate nostra, quod non probamus. Sicut & de his qui cum domino (teste euangelio) surrexerunt credimus.

Hodie i. vesp. dicitur an. assignans ad primas vespe. D. c. 22. octava Assump. duplex min. Tertia lectio. ex eodem sermone.

Sed utrum redierint in terram puluerem: an non: incertum non habemus: nisi quod legimus quod multi corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt: ac venerunt in sanctam ciuitatem, scilicet Ierusalem: & apparuerunt multis. De quibus profecto nonnulli

doctorum senserunt etiam: & in suis reliquerunt scriptis: quod etiam in illis perpetua completa sit resurrectio. Fatentur enim, quod veri testes non essent: nisi & eorum resurrectio vera esset. Unde & beatus Petrus dixisse legitur: cum de Dauid loqueretur in testimonium. Et sepulchrum, inquit, eius apud nos est: quasi non sit ausus dicere: quod ipse aut corpus eius apud nos est: sed tantum sepulchrum in quo conditus fuerat. Hinc aiunt resurrexisse & ipsum cum ceteris sanctis: & ideo vacuum remansisse mausoleum, ut nunc hoc beatę Marię cernitur. Quod sane factum & de aliis quibuslibet locis scripturarum affirmare conantur: quod hi tam cum Christo regnent in aeterna societate resuscitati. Quod quia Deo nihil est impossibile: nec nos de beata Maria factum abnuimus: quanquam propter cautelam, salua fide, pio magis desiderio opinari oporteat, quam inconsulte diffinire quod sine periculo nescitur.

¶ **Die. 21. Bernardus abbas.**

Bernardus Fontanis (quod castelli est in Burgundia) honestis parentibus natus tempore Eugenij papæ tertij, tã castè, & sanctè pueritiã, adolescentiamque traduxit, vs sepe à mulieribus propter egregiam eius pulchritudinem sollicitatus, nõquam peccato, & carni acquieuit. Qui vt has tentationes effugeret viginti duos annos natus, Cisterciensis ordinis monachus factus, vigiliis & orationibus mirificè deditus, in nimia paupertate vitam sanctissimè perduxit. Ab omni ambitione tã alienus, vt lanuen. & Mediolanensem episcopatus sibi oblatos constantissimè recusauerit, tanto se munere indignum esse professus. Hic multa opera egregia composuit, doctrina præditus, infusa magis diuinitus, quàm humanitus parta. Tandem annosuz ætatis sexagesimo tertio graui morbo correptus monachis assistentibus charitatem, humilitatè, ac patientiam iure testamènti re-

linquens multis miraculis clarus, à vita migravit, xiiij. calendas. Septemb.

¶ **Notandum quòd festum sancti Bartholomæi licet extra urbem Romam communiter celebretur die. 24. Romæ tamen celebratur die. 25. idèo Romæ die. 24. nisi fuerit dnica aut sabbatum fiet officium de sancto Ludouico, licet anteponatur, & die. 25. celebrabitur festum sancti Bartholomæi.**

¶ **Die. 24. Bartholomæus aposto. dup. ma. Oratio.**

Omnipotens sempiternè Deus, qui huius diei venerandam sanctamque lætitiã in beati apostoli tui Bartholomæi festiuitate tribuisti: da ecclesiæ tuæ quæsumus, & amare quod credidit, & prædicare quod docuit: Per dominum nostrum Iesum. &c.

Lectio tertia.

Bartholomæus Apostolus natione Galileus, in ea diuisione orbis terrarum, qua apostoli totius Christiani mysterij certissimi testes inter se prouincias, vt Christi doctrinam prædicarent, partiti

sunt, Iycaoniã sortitus, in
 Indiam vsq; penetravit, &
 euãgelium iuxta Matthæi
 traditionem, in Indorũ ser-
 monẽ conuertit, & latissi-
 mẽ prædicauit. Quumque
 prouinciã suam bene, atq;
 vtiliter administrasset, cõ-
 pluribus ad Christi fidem
 conuersis multa pro Chri-
 sto Iesu supplicia interim
 passus, in Armeniã maiore
 venit. Ibiq; Palemonium
 regem, cũ coniuge & .xij.
 ciuitatibus ad Christi cul-
 tum traduxit multisq; mi-
 raculis æditis ad postremũ
 à Palemonij fratre, p̄tifi-
 cõ, qui dæmonibus serue-
 lãt suãsu, interficitur, pel-
 le priũs detracta, vt atro-
 cius expẽderet suppliciũ.
 Atque hoc quidẽ martyrij
 genere ad cælum spiritus
 eius euolauit. ix. calendas.
 Septemb. corpus autem in
 Abano Armeniã vrbe cõ-
 ditum, multò post tẽpore
 ad Lyparam Siciliã adiacẽ-
 tem insulam delatum est.
 Inde Beneuẽtum circa an-
 nũ Christi D. ccviij. transf-
 latũ. Hinc postea Romã,
 vbi egregia populi venera-
 tione colitur.

¶ Die. 26. Zepherin^{us} pa. m.

Zepherin^{us} patria Ro-
 manus, qui Seueri
 Imperatoris tempo-
 re pontifex creatus est, re-
 bus diuinis magisquã hu-
 manis intentus de iudicio
 secretorum peccatorũ sic
 scripsit. De occultis alieni
 cordis temere iudicare,
 peccatũ est. & cum, cuius
 non videtur opera nisi bo-
 na, iniquũ est ex suspitio-
 ne reprehendere, cũ eorũ,
 quæ hominibus sunt inco-
 gnita solus deus iudex sit.
 Item de ordinationibus sic
 instituit. Ordinatiões (in-
 quit) presbyterorum & le-
 uitarũ tempore congruo,
 & multis corã astãtibus so-
 lenniter agite, & probabi-
 les, ac doctos viros ad hoc
 opus, prouehite. Itẽ præ-
 terea instituit, vt oēs Chri-
 stiani, cũ ad pubertatis an-
 nos peruenissent, singulis
 annis in solẽni die paschæ,
 publicẽ cõmunicarẽt. Cũ
 autem sedisset annos no-
 uem, menses septẽ, dies de-
 cem in persecutione Anto-
 nini martyrio coronatus
 est, & sepult^{us} in via Appia
 nõ longẽ à cõmeterio Ca-

Augustus.

listi septimo cal. Septemb.
¶ Dic. 28. Augustinus ep̄s
confes. dop. m. n. Oratio.

Adesto supplicatio-
nibus nostris omni-
potēs Deus, & qui-
bus fiduciam sperādæ pie-
tatis indulgēs, intercedēte
beato Augustino confesso-
re tuo atq; pontifice: con-
suetæ misericordiæ tribue
benignus effectū. Per do-
minum nostrū Iesum. &c.

¶ Dic. 28. Lectio tertia.

Augustinus Tagaste
(quod est oppidum
in Africa) honestis
parētibus ortus, omnium
ferē suorum æqualium do-
ctissimus, sed in adolescen-
tia Christianæ religioni a-
lienus. Mediolanū contē-
dit. Vbi, cū sanctū Am-
brosium ad populū de re-
ligione concionantem, fre-
quenter audisset, priuatis
quoq; colloquiis eius eru-
ditus, & conuersus, trigesi-
mo suæ ætatis anno, ab eo-
dem fuit baptizatus. Vnde
reuersus in Africam Chri-
stianissimē ac sanctissimē
uiuens à Valerio viro san-
cto. Hipponensī episcopo
presbyter factus, monaste-

rium condidit religiosorū
hominū, quos pia doctri-
na, & præceptis apostolicis
instituebat. Et cū per id
tempus manichæorum hæ-
resis, i qua ipse fuerat mul-
tum inualuisset, acerrimē
in eam cum Fortunato hæ-
resiarcha complures dies
disputauit, eundemq; con-
uicit. Quibus rebus duct⁹
Valerius episcopus, Augu-
stinum in societate sui epi-
scopatus asciuit. Qua cu-
ra suscepta, Augustinus,
tanto studio cuiusq; gene-
ris hæreticos insectat⁹ est,
vt partim sermone, partim
libris editis, totam Africā
à Manichæorū, Donatista-
rum, Pelagianorūq; erro-
ribus expurgauerit. Scri-
psit libros innumerabiles,
ad religionem, & sacrarum
scripturarum expositionē
pertinētes: tanta doctrina,
& pietate, vt nullus neque
Græcorum, neque Latino-
rum Christianam philoso-
phiam magis illustrauerit.
In quo studio cū annum
ageret ætatis septuagesimū
sextū à vita migravit, quin-
to calend. Septemb. anno
Christi nati, cccxxx. idq;

Hipponi Vandalis eam vr-
bera obsidentibus.

¶ Decollatio sancti Ioan-
baptiste du. ma. Ad vespe.

Hymnus. Deus tuorum.
vt in comuni vnus marty.

Antiph. Ioannes baptista
arguebat Herodem, pro-
pter Herodiadé: quam tu-
lerat fratri suo viuenti vxo-
rem.

Oratio.

Sancti Ioannis baptiste,
& martyris tui quæsu-
mus Dñe, veneranda
festiuitas, salutaris auxiliij
nobis præstet effectû. Per.

¶ Ad Matuti. Inuitator. &
Hymnus, de comuni vnus

martyr. Añs. Misit Hero-
des rex manus, ac tenuit
Ioannem, & vinxit eum in
carcerem, quia metuebat
eum, propter Herodiadé.

lectio tertia.

Ioannes filius Zacha-
riæ, cùm factû esset ver-
bû domini super ipsum
in deserto, indutus vesti-
mento ex pilis camelorû,
& zona pellicea, venit in
regionem, quam interfuit
Iordanis: vbi Christus ab
eo baptizatus est, prædicâs
baptismum pœnitentiæ, &
remissionem peccatorum.

Existimante autê populo,
q̄ ipse esset Christus, dixit
Ioânes, Ego quidem aqua
baptizo vos, veniet autem
fortior me, cuius non sum
dignus soluere corrigiam
calceam eti, ipse vos bapti-
zabit in Spiritu sancto, &
igne. Herodes autê tetrar-
cha correptus ab illo, cùm
propter eius alia scelera,
tum quia Herodiade vxo-
re fratris sui per adulteriû
abutebatur, cõiecit ipsum
in vincula. Vnde suos ipse
discipulos misit ad Iesum,
qui interrogarent, esset ne
ille, qui venturus esset, an
expectaretur alius. Chri-
stus autê coram ipsis mul-
tis ægrotantibus curatis,
iubet eos quæ vidissent Io-
anni renuntiare. Et his ab-
euntibus, multa in laudem
Ioannis præfatus, adiecit,
Dico vobis, maior inter na-
tos mulierum propheta Io-
anne baptista nõ est. Cùm
autê dies natalis Herodis
ageretur, & Herodiadis fi-
lia tripudiâs placuisset He-
rodi, iussa est ab eo, quic-
quid vellet, optare, dato in-
reiuurando se nihil ei nega-
turû, Illa verò à matre sub-

September.

ornata, caput Ioannis in disco sibi dari poposcit. Herodes igitur, partim propter iusiurandum (quam iustius erat temerè datum non præstare) partim ne his qui aderant leuiter negare videretur, quod ipsum fuit summa leuitas, puellæ annuit optatis, abscessumque Ioannis in carcere caput, protinus est alatum in disco, & puellæ datum. Quod illa statim tradidit Herodiadi matri. Corpus autem eius discipuli sepelierunt.

¶ *Ad laudes. Antiphona.*

Puellæ saltanti imperauit mater, nihil aliud petas, nisi caput Ioannis.

¶ *Ad vesperas. Hymnus.*

Deus tuorum, *ut supra. an.* Misso Herodes speculatore præcepit amputari caput Ioannis in carcere, quo audito discipuli eius venerunt, & tulerunt corpus eius, & posuerunt illud in monumento.

SEPTEMBER.

¶ *Die. 3. Seraphia virgo*

(martyr. Lectio. iij.)
Seraphia virgo Antiochensis, cum Adriano

Imperatore, Romam venisset, in domo beatæ Sabidæ diuersata est, eandemque ad fidem Christi conuertit. Quam obrem, à præside Berylio comprehensa, ad deorumque sacrificium producta, negauit se alteri quam Christo sacrificium oblaturam, affirmans se ob perpetuam virginitatem, quam ei vouerat, exemplum dei viui factam. Tunc præses, ut amissa pudicitia templum Dei esse desineret, duobus eam salacibus iuuenibus constuprandam tradit. Qui obscuriore cubiculo inclusam, cum circa primam noctis horam aggregati pararent, orante virgine subito lumine circumfusi quasi exanimis membris omnibus resolutis in terram prostrati, tota nocte iacebant: donec præsidis rogatu fuerunt à virgine oratione fusa postera die suis viribus restituti: & quæ sibi contigerant præsidi narrauerunt. Sed cum is cuncta magicis artibus tribueret, adductam sibi virginem, & vestibus spoliatam, incensis facibus aduri iussit. Quæ cum alacri animo illa tole-

passet, fustibus diu cæsa, & trans arcū Faustini ducta, ibidem decollata est. Eius autem corpus beata Sabina in eodem loco sepeliuit tertio non. Septembris.

Aduertendum nūc in indice post Pente. posito, an die Natiuitatis virginis, vel infra eius octauā interponenda sit aliqua ex dñi eius vagantibus. Natiuitas Mariæ virginis du. maius.

Ad vesp̄as. Hymnus. Ave maris stella. **Antiph.** Gloriosæ virginis Mariæ ortum dignissimum recolamus, quæ & genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

Oratio.

FAmulis tuis quæsum⁹ domine cælestis gratiæ munus impertire: vt quibus beatæ virginis partus extitit salutis exordium: natiuitatis eius votiua solennitas pacis tribuat incrementum. Per dñm.

Ad matutinū Inuitator. Natiuitatē virginis Mariæ celebremus, Christū eius filiū adorem⁹ dñm. **Hy⁹.** O gloriosa, & n. Regali exprogenie Maria exorta re-

fulget, cuius precibus nos adiuuari mente, & spiritu deuotissimè possimus.

Lectio tertia.

MAria virgo Christi mater patrem habuit Ioachimū ciuem Nazareth vrbis Galilææ, & matrem Annam ex oppido Bethlehé, ambos ex tribu Iuda ex more Iudæorū, quibus ex sua cuique tribu vxorem ducere legitimum erat, & consuetum. Ioachimus igitur, & Anna assidua, & mirabili religione Deum colentes, tripartitam habebant suorum bonorum rationem. Vnam enim partē pauperibus, alterā templo, eiusq; ministris dicauerāt, tertia se suamque familiā alebāt. Sed in iustitia, pace, & gaudio perseuerātes, vnus tantum dolor sterilitatis angebat, nulla prole post annū matrimonij vigesimū procreata, quod turpe, & infamix loco inter Iudæos habebatur. Itaq; Ioachimus cū in festo eucæniorum Ierosolymā adorandi gratia venisset, velletque supplex ad altare Dei munus

offerre, repulsus est ab Isachare sacerdote cum ignominia, quasi indignus esset, ob longam sterilitatem qui more patrum & fecundorum hominum ad eum locum accederet. Quae repulsa moestissimus Ioachimus, nec ferens praepudore suorum civium conspectum, ad caulas fecessit. Cui post aliquot dies cum pastoribus comorati, & precibus assiduus a deo contendenti, ut eam a se ignominiam depelleret, angelus se ostendit, & bono animo ipsum esse iubens, preces eius auditas esse a Deo renuntiavit, filiamque procreandam, quae Sarae, & Rachelis prolem mysterij magnitudine superaret. Quae spe erectus, laetusque Ioachimus domum repetens, uxori obuiauit. quae cum ei quoque apparuisset angelus, eademque nuntiasset, plena spe, & gaudio ad marito congratulandum properabat. Salutatur igitur inter se cum maxima laetitia, & visa, deique promissum conferentes, domum reuertuntur. Concepit igitur Anna diuino munere, sextoque

id. Septemb. Mariam peperit, quae ut Eua maritum ad peccatum alliciens, causa fuit mortiferae seruitutis humani generis, sic ipsa genitrix Christo redemptionis salutaris. ¶ *Ad laudes. Ant.* Natiuitate hodiernam perpetuae virginis genitricis dei Mariae solemniter celebremus, quae celsitudo throni processit, halleluia.

¶ *Ad vesper. Hym.* Ave maris stella. *Ant.* Natiuitas tua dei genitrix virgo, gaudium annuntiavit vniuerso mundo: ex te enim ortus est sol iustitiae Christus Deus noster, qui soluens maledictionem dedit benedictionem: & confundens mortem, donauit nobis vitam sempiternam.

¶ *Die. 9. de octaua Nati.* Tertia lect. ex cantic. cantic.

Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt verba tua vino: fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideo adolescentulae dilexerunt te. trahere me post te: curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria sua, Exultabimus

& letabimur in te: memo-
res vberum tuorum super
vinum. Recti diligunt te.
Nigra sum, sed formosa si-
lia Ierusalem sicut taberna-
cula Cedar: sicut pelles Sa-
lomonis. Nolite me con-
siderare quod fusca sim: quia
decolorauit me sol. Filij
matris meæ pugnaverunt
contra me: posuerunt me
custodem in vineis. Vineam
meam non custodiu. In-
dica mihi quem diligit ani-
ma mea: vbi pascas: vbi cu-
bes in meridie: ne vacari
incipiam post greges soda-
lium tuorum. Si ignoras
te o pulchra inter mulie-
res: egredere, & abi post
vestigia gregum tuorum:
& pascere herdos tuos iuxta
tabernacula pastorum. E-
quitatu meo in curribus
Pharaonis assimilavi te, a-
mica mea. Pulchræ sunt
genæ tuæ, sicut turturis:
collum tuum, sicut moni-
lia. Murenulas aureas fa-
ciemus tibi: vermiculatas
argento. Dum esset rex in
accubitu suo, nardus mea
dedit odorem suum.

¶ **1. In. 10. de octa. Natiui.**

¶ **2. Cetera lect. ex canticis.**

Fasciculus myrrhæ di-
lectus meus mihi, in-
ter vbera mea commo-
rabitur. Botrus cypri dile-
ctus meus mihi, in vineis
engaddi. Ecce tu pulchra
es amica mea: ecce tu pul-
chra, oculi tui colubarum.
Ecce tu pulcher es dilecte
mi, & decorus: lectulus no-
ster floribus: signa domo-
rum nostrarum cedrina: la-
quearia cypressina. Ego
flos campi, & lilium conual-
lium. Sicut lilium inter spi-
nas, sic amica mea inter fi-
lias. Sicut malum inter ligna
siluarum: sic dilectus meus
inter filios. Sub umbra il-
lius quem desiderabam sedi:
& fructus eius dulcis guttu-
ri meo. Introduxit me rex
in cellam vinariam: ordina-
uit in me charitatem. Fulci-
te me floribus: stipate me
malis: quia amore laqueo.
Leua eius sub capite meo,
& dextera eius amplexabi-
tur me. Adiuro vos filie Ie-
rusalem per capreas ceruof-
que caporum: ne suscitatis:
neque euigilare faciatis di-
lectam: quoad usque ipsa velit.
Vox dilecti mei. Ecce iste
venit saliens in montibus,

September.

transiliēs colles similis est dilectus meus capreae, hinnuloque ceruorum, En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras: prospiciēs per cancellos.

¶ Die. 11. de oct. Natiuita.

Tertia lect. ex cantic. cantic.

EN dilectus meus loquitur mihi. Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni. Iam enim hyems trāsit, imber abiit & recessit, flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra, ficus protulit grossos suos, vineae florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: columba mea in foraminibus petrae, in cauernis maceris. Ostende mihi faciem tuā: sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis: & facies tua decora. Capite nobis vulpes paruulas: quae demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia, do-

nec aspiret dies, & inclinatur vmbrae. Reuertere, similis esto dilecte mi capreae, hinnuloque ceruorum, super montes bethole. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni. Surgam, & circuibō ciuitatē: per vicos, & plateas quæram quem diligit anima mea: quæsiui illum & non inueni.

¶ Die. 12. de oct. Natiuita.

Tertia lect. ex cantic. cantic.

INuenerunt me vigiles, qui custodiūt ciuitatē, Nam quæ diligit anima mea vidistis? Paululum cū pertransissem eos: inueni quem diligit anima mea. Tenui eum nec dimittam: donec introducā illum in domū matris meae, & in cubiculum genitricis meae, Adiuro vos filiae Ierusalē per capreas, ceruosque camporum: ne suscitatis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrhae & thuris & vniuersi pulueris pinguetarij? En lectulum Sa-

lomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi. Vniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos. Ferculum fecit sibi rex Salomon de lignis Libani.

¶ *Die. 13. de octa. Natiuit.*

¶ *Tertia lect. ex catis. satie.*

Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Veni de Libano sponsa mea: veni de Libano, veni, coronaberis. De capite amana: de vertice sanir, & hermo: de cubilibus leonum: de motibus pardorum. Vulnerasti cor meum soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. **Q**uam pulchre sunt mammae tuae, soror mea sponsa: pulchriora sunt vbera tua vino: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Ortus conclusus soror mea sponsa: ortus conclusus fons si-

gnatus. Emissiones tuae paradisi malorum puniceorum: cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo: nardus & crocus, fistula, & cinamomum, cum vniuersis lignis Libani, myrrha, & aloe, cum omnibus primis vnguentis. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium.

¶ *Exaltatio sancte crucis dup. ma. Ad vesp. Hymn.*



Intra sex, quod iam peractis tempus implens corporis: Se volente natus ad hoc passioni dedit: Agnus in cruce leuatur, Immolatus stipite.

Hic acetum, fel, arundo, Stupa, clauis, lancea Mite corpus perforatur, Sanguis, vnda profuit, Terra, potus, astra, mundus, Quo lauantur flumine.

Cruce fidelis inter omnes Arbor vna nobilis: Nulla sylua talem profert fronde, Flore, Germine: Dulce lignum, dulces clauos, Dulce pondus sustinet.

Tecte ramos arbor alta, **T**esa laxa viscera. Et rigor

Jentescat ille, quē dedit natiuitas: Ut superni mēbra regis Miti tendas stipite.

Sola digna tu fuisti Ferre seculi precium: Atq; portū p̄parare Nauta mūdo naufrago. Quē facer cruor p̄uxit Fusus agni corpore.

Gloria, & honor Deo Vsq; quequo altissimo. Vna patri, filioq; inelyto paracletō, Cui laus est, & potestas Per immēsa sēcula. Amen.

Añā. Nobile lignum exaltabitur, Christi fides rutilat, dum Crux ab omnib⁹ veneratur.

Oratio.

Deus, qui nos hodie na die exaltationis sanctę Crucis annua solemnitate lætificas: præsta quęsumus: ut cuius mysteriū in terra cognouimus: eius redēptionis præmia ī cęlo mereamur. Per.

¶ Non fit cōmemoratio de natiuitate virginis vsq; ad vesp̄as, dici crastinę.

¶ Ad matuti. Inuit Christiū regē pro nobis in cruce exaltatum, venite adoremus. **hy⁹. Lustris sex. &c.**

Añā. Sacra crux extollitur, virga regia erigitur, in qua saluator triumphauit.

Cum extremis Phocę Imperatoris temporibus, Cosdroas Persarum rex imperij Romani prouicias inualisset, & Ierosolyma capta, multisq; ibi Christianorū milibus occisis, partem dñicę crucis in Caluarie loco ab Helena constitutā, in Persidem transtulisset, Aegyptus deinde atque Africa Persarum armis celsissent, Heraclius qui Phocę successit, magnis affectus cladibus, pacē à Cosdroa petiuit, hanc cū magno Romani imperij dedecore accepturus. Cæterum cū à barbaro hoste victoriis insolēte nullam impetraret, Christi numine, ieiuniis, & supplicationib⁹ propitio, exercitum cōparauit. Cū quo in hostem profectus, tres Cosdroz duces cum magnis exercitibus tribus præliis diuina ope superauit. His autē cladibus fractus Cosdroas, dum fugā ultra Tigrim parat, Medasem filium, regni cōsortē declarauit. **Q**uam cōtumentiam Syrochius maior na-

tu filius non ferens, patri
fratriq; necem, quā paulo
post ex fuga retractis intu
lit, molitur: pacemq; & pa
ternum regnū impetrat ab
Heraclio quibusdam acce
ptis conditionibus, quarū
ea fuit in primis, vt crucē
dominicā restitueret. He
raclius igitur crucis lignū
post annos quatuordecim
quā venerat in potesta
tem barbarorum, receptū,
secum deferens, Ierosoly
mā reuertitur. Quā urbē
ingressus, in solemnissima
pompa, crucem ipsā cir
cūtulit, & suis humeris ad
caluariz mōtem portauit,
sicut illā Christus per ean
dem viam portauerat. Mi
raculo autem datum est,
quod vt erat auro & gem
mis cultus substituit ante
portā, quæ in caluariz lo
cum foras ducebat, & quō
magis exire conabatur, eo
immobilior permanebat.
Nam sibi videbatur diuini
tus exitu prohiberi. Cum
que omnes stupor eius rei
teneret: Zacharias Ieroso
lymitanus antistes, qui ei⁹
lateri hærebat, Imperato
rem ipsum admonuit, vide

ret, ne parū Christū imita
retur in ferēda cruce triū
phali nitens culcu: cū ille
nudis pedib⁹, atque humili
liter tulisset. Tunc Hera
clius relicto cultu, quo or
nat⁹ erat, vestē plebeiam,
sumpsit, calceosque detra
xit, atq; ita sine offensa cō
fecit reliquum viæ. Vbi ve
rō ad caluariz locū est vē
tum, ibi crucem statuit, vñ
de fuerat à Persis sublata.
Quam ob rem statutū est,
vt crucis exaltatio annua
festiuitate celebraretur.

¶ *Ad Mat. An̄a.* Super om
nia ligna cedrorū tu sola
excellior, in qua vita mun
di pepēdit, in qua Christ⁹
triumphauit, & mors mōr
tem superauit in æternū.

¶ *Ad uesperas. Hymnus.*
Lustris sex. vt *supra. An̄a.*
O crux benedicta, quæ so
la fuisti digna portare regē
cælorū, & Dñm, halleluia.

¶ *Post orationē exultatio
nis pro commemoratione
octauæ natiui, dicitur eius
An̄. assignata ad primas ve
speras cum eius oratione.*

¶ *Die. 15. octa. natiui. da.
ni. Tertia lect. Sermo san
cti Augustini episcopi.*

Adest nobis dilectis-
simi optatus dies
beatæ ac venerabi-
lis semper virginis Mariæ.
Ideo cū summa exultatio-
ne gaudeat terra nostra tã-
tæ virginis illustrata nata-
li. Hæc est enim flos cãpi,
de qua ortū est preciosum
lilium cõualliū, per cuius
partū mutatur natura, pto
platorum: quæ deletur &
culpa. Præcisum est i ea il-
lud Eux infelicitatis eulo-
giū: de qua dicitur, In tri-
stitia paries filios: quia ista
in lætitia dominū parturi-
uit. Eva enī luxit: ista exul-
tauit: Eva lachrymas, Ma-
ria gaudium in ventre por-
tauit quia illa peccatorē,
ista edidit innocentē. Vir-
go quippe genuit: quia
virgo concepit. Inuiolata
peperit: quia in conceptu
libido non fuit. Vtrobiqu;
miraculum. Et sine corrup-
tione grauida, & in partu
virgo puerpera. Ave (in-
quit angelus ad eam) gra-
tia plena, dominus tecum.
Impleta est ergo Maria gra-
tia, & Eva euacuata est à
culpa. Maledictio Eux, in
benedictionē mutatur Ma-

rix. Ave, gratia plena, do-
minus tecum. Tecū dñs in
corde: tecū in ventre: tecū
in utero: tecum in auxilio.
Gratulare btã virgo: Chri-
stus rex ex folio suo venit
in uterum tuum. Ex sinu
patris in uterum dignatus
est descendere matris.

**¶ Die. 16. Petrus, Doro-
theus & Gorgonius marty-
res. Lectio tertia.**

Petrus, Dorotheus, &
Gorgonius Diocletia-
ni Imperatoris cubi-
cularij fuere. Quorum Pe-
trus cū de martyrio cuius-
dam viri, qui Nicomedie,
vbi hæc gesta sunt, edicta
Imperatorū aduersus Chri-
stianos in foro pendentia
discerperat multa liberius
loqueretur, captus diis im-
molare iubetur. Quo re-
cusato appēsus tam crude-
liter flagris ceditur, vt cõ-
cisa pelle carnes etiã lania-
rentur. Quo supplicio cū
nihil à Christi confessione
retraheretur, nudatus car-
nes aceto, & sale perfundi-
tur. cumq; hoc etiam con-
stanter tolerasset, in crati-
cula prunis subterstrata,
lento igni cruciatur, carnī

ficibus eū subinde versantibus, donec consumptis igni carnibus, inuictū spiritum in fide latus exhalauit. *Quo spectaculo permoti Dorotheus, & Gorgonius, Diocletianum cū summa constantia, & libertate his verbis alloquuntur. Cur Imperator punis i Petro mentis sententiam, quæ nobis est cū illo cōmunis? Cur in illo crimē ducitur, quod nos itidem confitemur? Hæc nobis fides, hic cultus, hæc cōmunis sententia. Quos ille comprehensos similibus suppliciis affectos, ad vltimum laqueo iussit appesos necari, quin to idus Septembris.*

¶ Dic. 17. Cornelius papa & Cyprianus episcopi & marty. Lectio tertia.

Cornelius patria Romanus, pontificatus gessit tempore Decij Imperatoris. Hic cum Lucina matrona sanctissima beatorum Petri & Pauli corpora à Cathacumbis vbi minus tuta esse videbatur, clam extulit. Quorū Paulum Lucina in prædio suo via Ostiensī non longè

à loco vbi fuerat occisus, Petrū verò Cornelius non longè à loco vbi fuerat cruci affixus, reposuerit. Decius autē, cognito quod Cornelius multos ad fidē Christi conuerteret, Centūcellas eum misit in exilium. Vbi Cyprianus Carthaginiensis episcopus, ipsum per literas consolatus est. Sed hoc intellecto Decij missionem & remissionē litterarum malignè interpretatus, Cornelium reuocauit, quasi reum læsæ maiestatis, ipsumque plumbatis caedi, ac deinde ad Martis simulacrum adorandū duci iubet. Quod cū facere cōstitissimè recusaret. xvij. cal. Octob. capite truncatus à beata Lucina cū quibusdā clericis noctu sepelitur i arerario prædij sui, non longè à cœmeterio Calisti. Sedit autē annos duos, menses. ij. dies. ij.

Cyprianus natione Apher, Christianus factus, omnes suas facultates pauperibus distribuit. Deinde presbyter, nec multo post epus Carthaginiensis creatus, plurima fau

ſtatis documenta præbuit, & doctrinæ ſingularis monumenta poſteris reliquit. Imperatore Valeriano accuſatus, q̄ Chriſtum coleret, à Paterno proconſulè, cùm ab inſtituto ſpectu non poſſet, in exilium miſſus eſt. Vnde reſſus, proconſule defuncto, ruruſum apud Galerium Maximum, qui Paterno ſucceſſerat accuſatus, inuictò animo in vnus veri Dei, Chriſtiq̄: conſeſſione perſeuerans, obruncatus maritimo coronatur. xvij. calendis Octobr.

¶ *Mat. h. eius apoſtolus dicitur. A. i. veſp. Oratio.*

Beatè apoſtoli, & euangelix Matthæi domine precibus adiuuemur: vt quæ poſſibilitas noſtra nõ obtinet, eius nobis interceſſione donetur. Per dominum noſtrũ. &c.

¶ *Die. xi. Lectio tertia.*

Matthæus, qui & Levi dicebatur, ex publicano factus eſt apoſtolus. Nam cùm in vrbe Galilææ Capharnaõ ad telonium ſederet, à Chriſto prætereunte vocatus, ipſam

eſt ſequutus, què cùm diſcipulis hoſpicio ſuſcepit. Poſt eius verò reſurrectio nem Matthæus dum pararet in Aethiopiã proficiſci ad prædicandum gentibus illis euangelium, patria, hoc eſt, Hæbraica lingua euangelium, quod in Iudæa prædicauerat, ſcripſit. Profectus igitur in Aethiopiã, quã prouinciã fuerat ſortitus, verbum dñi ſequentibus ſignis latiffimè diſſeminavit. Et regio puero à morte ad vitã ope diuina reuocato, regẽ patrem cùm vxore, & vniuerſã prouincia ad Chriſti fidem conuertit. Cui regi defuncto cum Hirtacus quidã in regno ſucceſſiſſet, eius què filiam Iphigeniam ſibi vellet matrimonio copulare, Matthæus, quo auctore virginitatem illa vouerat, vt in ſancto virginitatis propoſito perſisteret eandẽ hortabatur. Itaq; virginẽ conſtanter ſuis votis obſiſtere moleſtiſſimè ferens: Hirtacus, Matthæũ, què eius cõſilij auctorem eſſe ſciebat, ad altare ſacra facientem gladio cõfodi iuſſit. Et ſic apoſto.

apostoli, & euāgelistæ mar-
tyrissque coronam adeptus
Matthæus, ad Christū, bea-
tāque vitā migravit, vn-
decimo calend. Octob.

**¶ Die. 22. Mauricius, cum
sociis martyr. Lectio. iij.**

Cum Maximianus Im-
perator exercitum,
quem ingentem ex
variis nationibus cōfectū,
trans alpes induxerat, diis
sacrificare in Sedunorum
finibus (qui populi sunt in
Gallia) iussisset: Thebano-
rum legio, quæ à Thebis
Aegyptiis missa fuerat à re-
liquo agmine, ne impiis sa-
crificiis interesset, discessit.
Quo animaduerso Maxi-
mianus, denuntiatum eis
mittit; vt si se saluos esse ve-
lint, protinus in castra re-
deant ad sacrificia. Illi se
Christianos esse respōdēt,
& à talibus sacrificiis reli-
gione, à qua minimè sibi
esset discedendum, prohibe-
ri: proinde precati Impera-
torem, ne quod ipsis nefas
esset imperaret. Tūc Maxi-
mianus maiorem irā odio,
quā in Christianos gererat
suggerēte, Thebanos, qui
numero erant ad sex millia

sexcenti sexaginta sex im-
misso exercitu pœnas dare
iubet, decimo quoque tru-
cidato. Quam pœnam se-
mel, & iterum Christiani
subire, & quidem libenter
maluerūt auctore Mauri-
tio, quā impia imperata fa-
cere. Postremò Maximia-
no nõ ferente Christiano-
rū cōstantiā, vniuersi à rell
quo exercitu illiº imperio
cōciduntur. Et sic Theba-
norū legio ad caelestem mi-
litiā commigravit. x. ca-
lend. Octob.

Oratio.

Annue quæsumus o-
mnipotens deus, va-
sanctorū martyrum
tuorum Mauritiij & sociorum
eius, nos lætificet festiua so-
lennitas: & quorum suffra-
giis nitimur, corā nataliis
gloriamur. Per dominum.

¶ Die. 23. Linus papa mar.

Lectio tertia.

Linus papa natione Tu-
scus, ab ultimo Nero-
nis anno vsq; ad Ve-
spasiani tempora p̄tifica-
tum primus post Petrum
gessit, hortante ad id humi-
litate gratia Clemente, qui
quartus à Petro p̄fuit ec-
clesiæ. Quauis enim ipse à

B. N.

Y

Petro sibi successor fuisset destinatus, ne tamen videretur ambitiosè agere, Lino primum celsit, deinde Cleto. Linus igitur eù Dei ecclesiam sanctissimè moderaretur, instituit ne qua mulier, nisi velato capite, templū ingrederetur. Idemque res gestas beati Petri, præsertim cōtra Simonem magum, diligenter perscripsit. Tanta erat huius viri sanctitas, & fides, ut nō solum dæmones fugaret, sed mortuos etiam in vitam reduceret. Sed hominū cecitate, cordisque duritia, factū est, ut à Saturnino cōsule, cuius filiam à dæmonibus liberauerat, capitali supplicio ob Christi fidem afficeretur. Sepultus est autem iuxta beati Petri corpus, nono calend. Octob. cū sedisset annos vnde-
cim, menses tres, dies. xij.

Die. 27. Cosmas & Damianus mar. Lectio tertia.

Cosmas & Damianus fratres in Aegæa vrbe Arabiæ nati, quāquam erant arte medicinz docti, magis tamen Christi virtute sanabant omnes in-

firmitates. Quod audiens Lysias præses Diocletiano & Maximiano imperatoribus adducit eos ad se iubet. Qui cū ab eo interrogati nomina, patriam, & religionem incunctatè exposuissent, manus pedesque vinciti, quoniam diis sacrificare recusauerant, immanissimè torquētur. Sed cū viderentur cruciatus negligere, iussu præsidis, ut erāt ligati in mare deturbātur. Diuino tamen munere solutis vinculis è pelago sunt incolumes egressi. Præses autem hoc magicis artibus ascribens, iubet eos in carcerem trudi, ac postmodum eductos in magnum rogū immitti. In quo cum illi nihil fecius permāssissent, post innumera supplicia capitis obruncatione martyrio sunt coronati, & ibidem à Christianis sepulti v. calend. Octob. Processu verò temporis Romanam translati, in ecclesia ipsorum nomine dicata reconduntur.

Oritio.
Prestā quæsumus omnipotens Deus, ut qui sanctorum martyrum

tuorum Cosmæ & Damiani natalitia colimus à cunctis malis imminentibus, eorum intercessionibus liberemur. Per dominum.

¶ *Dedicatio sancti Michaelis archàngeli dup. minus. Ad vesperas. Hymnus.*

Tibi Christe splendor patris, Vita, virtus eordium, In conspectu angelorū, Votis, voce psallim⁹: Alternates cōcrepādo, Melos dam⁹ vocib⁹.

Collaudamus venerantes, Oēs cæli milites: Sed præcipuè primatē Cælestis exercitus Michaelē in virtute Conterentē Zabulon.

Quo custode procul pelle Rex Christe piissime omne nefas inimici, Mundo corde, & corpore Paradiso redde tuo, Nos sola elementia.

Gloriā patri melodis Personemus vocibus: Gloriā Christo canamus: Gloriā paraclito. **Q**ui trinus & vnus Deus, Extat ante secula. Amen. **A**n̄a. Dum sacrum mysterium cerneret

Ioannes, Michael Archangelus tuba cecinit. Ignosce Domine Deus noster qui

aperis librū, & soluis signacula eius, alleluia. **Oratio.**

Deus qui miro ordine angelorum ministeria, hominūq; dispensas: concede propitius: vt quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniatur. Per.

¶ *Die. 26. Ad Matut: Inuitatorium. Regem archangelorum Dominum venite adoremus. Hymnus.*

Christe sanctorū decus angelorum, Rector humani generis, & auctor Nobis æternum tribue benignus Scādere cælum.

Angelum pacis Michael ad istam, Cælitus mitti rogitamus aulam: Nobis vt crebro veniente crescant Prospera cuncta.

Angelus fortis Gabriel, vt hostem, Pellat antiquum, volitet ab alto: Sæpius tēplum veniens ad istud, Visere nostrum.

Angelum nobis, medicum salutis, Mitte de cælis Raphael, vt omnes sanet ægrotos, pariterq; nostros, Dirigat actus.

Hinc Dei nostri genitrix
 Maria: Totus & nobis cho-
 rus angelorū, Semper as-
 sistat, Simul & beata Con-
 cio tua.

Praestet hoc nobis deitas
 beata patris, ac nati, pari-
 tēque sancti Spiritus, cu-
 ius reboat in omni gloria
 mundo. Amen. *Añā.* Con-
 cussum est mare, & contre-
 muit terra vbi archāgelus
 Michael descēdebat de cæ-
 lo.

LECTIO tertia.

Quoniam hodie festū
 Michaelis archange-
 li celebram⁹, nō
 erit ab re pauca de ordinibus,
 præstantiāque angelo-
 rum commemorare, quos
 Deus initio mundi creauit
 nulla infectos prauitate, li-
 cet ipsorum quidam ex om-
 nibus ordinibus suā cul-
 pa cum principe diabolo
 corruerint. Angelorum igitur,
 qui in officio perstan-
 tes, fuerunt in gratia cōfir-
 mati, tres omnino esse hie-
 rarchias grauissimis. san-
 ctorum voluminum, & au-
 ctorum testimoniis accepi-
 mus: supremā scilicet, me-
 diam, & infimā, quarū sin-
 guis ternos ordines conti-

neant, suprema Seraphi-
 nos, Cherubinos, & thro-
 nos: media, dominationes,
 principatus, & potestates,
 infima virtutes, archange-
 los, & qui angeli proprio-
 re vocabulo, quod est alio-
 quin omnibus commune,
 nominantur. Cōficitur au-
 tem vnusquisq; ordo præ-
 stantia & similitudine mu-
 neris, & gratiæ: qua quidā
 angelorū cōueniunt inter-
 se. Nam licet cūcta gratia-
 rū munera omnes accepe-
 rint, alia tamē aliis largius
 tributa sunt. Itaq; seraphi-
 ni appellantur, qui ceteris
 charitate præstant: cheru-
 bini, qui sapientia, ac cete-
 ri eodem modo. Sed quā-
 quam angeli quo superio-
 res sunt, hoc rarius à Deo,
 in ministeriū aliquod mit-
 tātur (tutelares em̄ quorū
 cuiusque fidei singuli ho-
 mines committūtur ex in-
 fimo ordine sunt) tamen
 ex omni ordine quandoq;
 mitti testatur Paulus, qui
 omnes (inquit) sunt admi-
 nistratorij spiritus, in mini-
 sterium missi. Itaque Mi-
 chaelem, qui nūc princeps
 ecclesiæ dicitur esse, vt oli

synagogæ, licet, tum angelus, tum archangelus nominetur, esse tamen supremæ hierarchiæ existimarunt viri nonnulli sacrarum literarum eruditissimi, autore Daniele, qui Michaellem unum esse dicit de primis principibus. Michaelis igitur festum, quod. viij. idus Maij celebratur ab eius apparitione, & quod. iij. cal. Octob. ab eius Basilicę dedicatione nomen accepit, quæ ipsi fuit dedicata in antro ad cacumen Gargani montis Apulię, qui procurrit in Adriaticum mare.

Quo in loco propter multa, & magna edita miracula ab aliis populis religiosè colitur Michael, tum maximè ab accolis Sipuntinis, qui se patrocinio eius sæpe adiutos esse prostentur. ¶ *Ad laudes. Antiphona.* Factum est silētium in cælo, dum draco cõmitteret bellum, & Michael pugnavit cum eo, & fecit victoriam alleluia.

¶ *Ad vesperas. Hymnus.* Tibi Christe. *ut supra. 2. 1.* Princeps gloriosissime Michael archangele, esto me-

mor nostri, & hic, & ubiq; semper precare pro nobis filium dei alleluia alleluia.

¶ *Post orationē sancti Michaelis pro comm. sancti Hieronymi dicitur. Antiphona.* O doctor optime, ecclesię sanctę lumen, beate Hieronyme, diuinę legis amator deprecare pro nobis filium Dei. *Oratio.*

Deus, q̄ ecclesię tuę in exponēdis sacris scripturis, beatum Hieronymum cõfessorem tuum, doctorē gloriosum elegisti, presta quęsumus: ut eiusdem piis suffragātib; meritis, quod ore simul & opere docuit, te adiuuante exercere valeamus. Per dominum nostrum.

¶ *Dic. 10. Hieronymus presbyter confessor dupl. m. m. m. Le. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*

Hieronymus Constantino Imperatore anno ab orbe redēpto cccxxj. in oppido Stridone (quod est in Pannoniæ Dalmatię quę confinio) Christianis parentibus ortus, puer admodū Romā missus est, liberalibus studiis erudiondus. Vbi Donato

in grammaticis præceptore, & (vt quidam volunt) Victorino in rhetoricis vsus, græcas ac latinas literas felicissimè didicit. Cùm autem ætate processisset Aristotelicam, Platonicam, Stoicam ac cæterorum omnium philosophiã atugit. Galliã deinde discendi gratia perlustrauit. vnde Romam reuersus est, atq; inde in Syriam profectus.

Qua itidem magna ex parte discendi studio peragratâ in vastam eremum, quæ Syros ab Agarenis determinat, secessit. Vbi quatuor annos ab hominum frequentia semotus, cum solo Deo librisque suis cõmercium habens, adolescentiæ lapsus lachrymarũ imbre diluebat. Et contractas per ætatis incuriam sordes laborum asperitate detergebat. Inedia denique ac vigiliis, & incredibili austeritate, rebellantem carnem, & subinde repullulantem ætatis lasciuiam coercens, corpus spiritui seruire docebat. Visèbatur tamen in ea solitudine nonnunquã ab amicis, & vicinos mona-

chos ipse inuisebat. Hebraicis sermonis difficultatem, indefesso labore peruenit. Cuius non solum intelligẽtiam, sed & peculiarem sonum, ac vernaculũ stridorem est assequutus, vsus ad eam rem doctissimis Hebræorũ, quos ingenti mercede cõducebat, marsupium exhauriens, vt pectus eruditione locupletaret. Nec his contentus Chaldaicam item linguã est aggressus, quã tamen hæctenus modo sequutus est, vt intelligere posset verius, quã sonare. Gregoriũ Nazianzenum præceptorem suũ ipse appellat, & hoc interpretante se, sacras didicisse literas testatur. Cum igitur ingenti iã doctrina & sanctitate clarus haberetur, Romã reuocatus presbyter factus est. Vbi cùm probatissimæ vitæ exẽplo mores hominum castigaret, in primisque clericorũ crimina constanter argueret, non ferens ipsorum inuidiã, ex vrbe iterum profectus Syriam repetiit, & Bethlehẽ iuxta præsepe, quod infantem Christum exceperat,

venturæ senectuti sedē de-
legit. Vbi cum piis doctis-
que viris in monasterio,
quod Paula matrona san-
cta condiderat, sanctissi-
mam vitam multis egit an-
nis. Libros complures scrip-
psit: vetus testamentum ad
veritatem Hebraicam trā-
stulit. Nouum autem red-
didit Græcæ fidei. Multa
præterea Græcorum ope-
ra latinitate donauit. Tan-
dem vitæ cursu sanctissimè
peracto multis miraculis
clarus in eodem oppido
Bethlehem migravit ad do-
minum pridie calendas O-
ctobris anno Christi nati.
ccccxxij. suæ verò ætatis
nonagesimo primo.

OCTOBER.

Franciscus confessor du-
plex minus. Oratio.

DEus, qui ecclesiam
tuam, beati Franci-
sci meritis, factu no-
uæ prolis amplificas, tri-
bue nobis ex eius imitatio-
ne, terrena despiciere: & cæ-
lestium donorum semper
participatiōe gaudere. Per
dominum nostrum.

¶ Dic. 4. Lectio tertia.

FRANCISCUS natione Ita-
lus, Assisij nat⁹ (quod
oppidū est i Vmbria)
vir fuit religiosissim⁹, euā-
gelicæ perfectionis secta-
tor: floruitque sub Innocē-
tio papa tertio. Nam cū
adolescens mercaturā exer-
cuisset: nō tamen abiit post
arrū, nec sperauit in pecu-
niæ thesauris. Sed ad Chri-
stum cōuersus, cum audis-
set in ecclesia illud euange-
licum, Qui non renuntia-
uerit omnibus, quæ possi-
det, non potest esse meus
discipulus: cuncta quæ ad
manum habuit, pauperib⁹
erogauit, cætera patri suo,
idipsum postulanti, hære-
ditario iure coram episco-
po tradidit. Deinde, vt nor-
mam sequeretur, quā Chri-
stus dedit apostolis, dum
eos mitteret ad prædican-
dum, distributa pecunia,
calceamenta deposuit, &
vnica contentus tunica, vā
quatenus liceret, Christū
imitaretur. xij. sibi socios
asciuit. Atque ad æmula-
tionem euangelicæ perfe-
ctionis, ordinem mona-
sticū, qui minorū appella-
tur, instituit: Romamque

venit, circa annum à Christo nato M. ccvij. quem papa visione diuina præmonitus benignè recepit, regulamque, & institutum ab eo viuendi ordinem confirmauit. Dimissi ergo quoquo versus fratribus, qui verbum dei seminarent, ipse in Syriam nauigauit, à Soldanoq; fuit benignè receptus. Sublata tamen prædicandi facultate, coactus fuit in patriam redire. Cui biennium ante obitum cum xl. dies ieiunasset in monte Aluernæ, in festo exaltationis Crucis orâti, apparuit Seraph crucifixus, qui in manib⁹, & pedibus ipsius stigmata plagarum Christi mirabiliter impressit. Quibus insignitus, summæ admirationi cunctis intuentibus, venerationique fuit. Tandem beatus Franciscus plenus bonis operibus, & gratia apud Assisum moritur iij. nonas Octobris. Quæ Gregorius nonus cognitis eius miraculis, catalogo sanctorum adscripsit.

Die. 7. Marcus papa confessor. Lectio tertia.

Marcus patria Romanus, magni Constantini tempore pontifex factus, instituit, ut episcopus Ostien. à quo Romanus pontifex consecratur, pallio uteretur. Præterea, ut diebus solènis, statim post euangeliū, Symbolum iuxta declaratione Nicæni concilij, à clero, & populo magna voce decantaretur. Duas ecclesias Romæ condidit, vnâ via Ardeatina, alterâ intra urbem. Quas Cōstantinus magnis muneribus exornauit, & auxit. Postremò cum ex sacris ordinibus, bis mense Decēbri habitis, presbyteros. xxv. diaconos. vj. episcopos. viij. creasset, moritur, ac in cœmeterio Balbinæ sepelitur, cum sedisset annos duos, menses. viij. dies viginti.

Orauo.

Exaudi domine preces nostras: & intercedente beato Marco confessore tuo, atque pontifice, supplicationes nostras placatus intende. Per dñm.

Die. 9. Dionysius, Rusticus, Eleutherius marty. Lectio tertia.

Dionysius patria Atheniensis, vir patrius & areopagita, quo nomine illius ciuitatis senatores appellabantur, traditur eo die, quo Christus crucifixus est, animaduerso solis præter ordinem naturæ defectu, cum esset vir excellens omni doctrina, coram multis exclamasse, Aut Deus naturæ patitur, aut mundi machina dissoluitur. Cum autem Paulus Athenas venisset, & ductus esset in Areopagum, ut rationem eius doctrinæ redderet, quæ prædicabat, in medio senatus mirabiliter de vera pietate, & resurrectione Christi, ac mortuorum differuit. Quia oratione cum alios, tum in primis Dionysium conuertit, eumque constituit episcopum Atheniensis ecclesiæ. Postea verò cum Romam venisset Dionysius, ut Petrum videret, & Paulum quos audierat in vincula coniectos esse, aliquanto post tempore missus est à Clemēte in Galliam, ad prædicandum euangelium, quæ sequuti sunt Rustic⁹ præ-

byter, & Eleutherius diacōnus, vsque ad urbem Parisiorum. Vbi cum multos ad fidem Christi conuertisset, in persecutione Domitiani, capti Dionysius & socij à Fescennino præfecto, vehementer loris flagellati sunt. Sed cum non possent auocari à Christiana pietate, postridie Dionysius in craticula ferrea igne supposito imponitur, & multis deinde supplicijs afficitur. Quibus superatis idē Dionysius. xc. ætatis suæ anno, cum socijs similiter cruciatis, capite truncatur vij. idus Octob. Qui Dionysius suum caput substituisse, & manibus per longum spacium portasse memoratur. Scripsit autē mirabili quadam doctrina librum de cælesti hierarchia, & alterum de diuinis nominibus. Itē de mystica theologia, & alia nonnulla.

Oratio.

Deus, qui hodie beatum Dionysium martyrem tuum virtute constantiæ in passione roborasti quique illi ad prædicandum gentibus gloriam tuam, Rusticum,

& Eleuterium sociare dignatus es, tribus nobis quibus ex eorum imitatione, pro amore tuo prospera mundi despiciere: & nulla eius aduersa formidare. Per dominum nostrum.

¶ Die. 14. Calistus papa martyr. Lectio tertia.

Calistus pontifex, patria Romanus usque ad Seueri tempora peruenit. Hic ieiunium quod ter in anno celebrabatur, per quatuor tempora ut fieret, decreuit. Ut sicut annus per quatuor uoluitur tempora, sic nos quaternum solenne agamus ieiunium, per quatuor anni tempora. Quibus temporibus postea institutum est, ut fieret sacrorum ordinum initiatio, quae antea Decembri dumtaxat mense fieri consueuerat. Coemeterium quoque de suo nomine condidit via Appia, in loco ubi multorum martyrum cineres antea repositi fuerant. Postremo ubi ex ordinationibus mense Decembri quinquies habitis presbyteros. xvij. diaconos. iij. episcopos, viij. creasset, mar-

tyrio coronatus est, ac sepultus in coemeterio Calopodij, via Aurelia. iij. ab urbe lapide, pridie idus Octobris cum sedisset annos vi. menses. x. dies. x.

¶ Lucas euangelista dupl. ma. Ad vesper. & Matut. Hym. Antiph. & Inuitato. de cōmuni apost. Oratio.

Interueniat pro nobis quaesumus domine sanctus tuus Lucas euangelista, qui crucis mortificationem iugiter in suo corpore, pro tui nominis honore, portauit. Per dominum nostrum Iesum.

¶ Die. 18. Lectio tertia.

Lucas medicus Antiochenis, sectator Pauli fuit, ac omnis eius peregrinationis comes. Scripsit euangelium, de quo idem Paulus, Misimus, inquit cum illo fratre, cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Aliud quoque edidit volumine egregium, quod inscribitur apostolorum Acta, Cuius historia usque ad biennium Romae commorantis Pauli peruenit, hoc est, usque ad quartum Neronis annum. Quidam suspicant-

tur, quotiescūq; in epistolis suis Paulus dicit, iuxta euangeliū meum, Lucæ significare volumen. **Q**uamquam Lucas non solum ab Apostolo Paulo, qui cum domino in carne non fuerat, sed à cæteris etiam apostolis euāgelium didicisse, ipse quoque in voluminis sui principio declarat, dicens. Sicut tradiderunt nobis, qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur euangeliū sicut audierat, scripsit. Acta verò apostolorum, sicut viderat, composuit. Vixit octoginta quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus est Constantino-poli: ad quam urbem vigesimo Constantij anno ossa eius cum reliquis Andreæ apostoli translata sunt ex Achaia.

¶ Die. 19. Ptolomæus & Lucius mar. Lectio tertia.

Alexandriæ Marco Aurelio vero & Antonino filio Imperatoribus, cum pudicam ac Christianā vxorem, infidelis, & scelestus maritus, nec à proposito Christiano de-

terrere, nec reā coram iudice conuincere posse confideret, in exitū Ptolomæi, quem illa magistrum religionis habuerat, cōuersus, Centurioni amico persuasit, vt illum an Christianus esset percūteretur. A quo rogatus Ptolomæus, sine cunctatione, Christianum se esse respōdit. **Q**uamobrem in vincula coniectus, diuq; carceris situ, & squalore confectus, ad Vrbis iudicis tribunal produci-tur. Vbi Christianā pietatē pari constantia, cum multa Christi laudatione professus, capitali sententia damnatur. Hæc Ptolomæi precipitem damnationem Lucius, qui aderat indignè ferēs, liberius cœpit temeritatem iudicis increpare. A quo interrogatus an ipse quoque Christianus esset, cū id planè asseuerasset, simili sententia damnatur. Tūc Lucius, Gratias (inquit) ago tibi Vrbici, q̄ me à seuitissimis dominis asseris, ad optimūq; patrē, & regem omnium Deum remittis. Et sic cum Ptolomæo Lucius interfectus,

martyrio coronatur. xiiij.
calendis Nouembris.

¶ *Die. 22. Hilariion Abbas.*

Lectio tertia.

Hilariion Abbas in vi-
lico Tabatha prope
Gazā Palestinæ vr-
bem ortus, ex parentibus
gentilibus Christianus, ip-
se vt rosa de spinis efflo-
ruit. **Q**ui Alexandriā mis-
sus, atque breui grāmaticā
edoctus, & Christianus ef-
fectus. ecclesiā assiduè fre-
quentabat. Quo tempore
cū Antoni j nomen esset p
totam Aegyptū celeberrim-
um, videndi eum studio
incensus ad eremum cōten-
dit. Et cū illo duobus men-
sibus versatus, ipsius vitæ
rationem, ac morū gravita-
tem diligēter cōsiderauit.
Reuersusque ad patriā to-
tum patrimoniu sibi à de-
functis parentibus relictū
pauperibus largitus est. Et
adhuc adolescēs. xv. anno
ad eremum reuertitur. Vbi
cellula structa paulo am-
pliore, quā vt caperet eius
corpuscūlū sacco indutus,
ad. xxj. xtatis suæ annum,
teste Hieronymo, qui vitā
eius literis mandauit, tanta

abstinētia corpus afflixit,
vt quindenis modo carnis
vnoquoque die post solis
occasum vesceretur, & sup
humū iuncis dūtaxat strā-
tam, ad vltimum vitæ diem
somnia resciceretur. Hic de-
mum orationi, & psalmo-
diz semper intentus, post
incredibilem carnis mace-
rationem, & continua ieiū-
nia, octogesimum natus
annū, sanctitate, & miracu-
lis clarus, migravit ad do-
minū. xij. calēd. Nouemb.

¶ *Die. 20. Euaristus papa
martyr.* *Lectio tertia.*

Euaristus papa, natio-
ne Græcus, patre lu-
dæo, Traiani tempore
præsuit ecclesiæ. Hic (vt
Damascus testatur) titulos
in vrbe Roma presbyteris
diuisit, & septem diaconos
statuit, qui custodirēt epi-
scopum prædicantem, ne
aut ipse ab insidiatoribus
quoquomodo infestetur,
aut lædatur à suis, aut ver-
ba diuina detrahendo, aut
insidiando polluantur, vel
despiciantur. Idem consti-
tuit, ne plebis in episcopū
accusatio admitteretur. Or-
dinationes ter habuit mō-

se Decembri, quibus presbyteros. vj. diaconos. ij. episcopos per diuersa loca v. creauit. Postremò cum sedisset annos nouē, mēses x. dies. ij. anno vltimo Traiani martyrio coronatus est, ac sepultus i Vaticano vij. calend. Nouembris.

¶ Die. 28. Simon & Iudas apostoli dup. ma. Oratio.

DEus, qui nos per beatos Apostolos tuos Simonem & Iudam ad agnitionē tui nominis venire tribuisti: da nobis eorum gloriam sempiternā & proficiendo celebrare, & celebrando proficere. Per dominum nostrū.

Lectio tertia.

Simon qui & Simeō zelotes zelo domini feruens accepit Aegypti principatum, & post Iacobum iustum cathedram tenuit Ierosolymorum. Cui ecclesiae cum multis annis praefuisset, Atticus consularis Traiani tempore cognito quod esset generis Dauid, & Christianus, multis eum suppliciis affecit. Quibus mira patientia toleratis ad crucem dānatur

iussus ut quē vita coleret, eius exitū morte quoque imitaretur. Itaque cruci affixus est, cum. exx. annos natus esset, cūctis admirantibus in corpore tā senili, tam robustū animū ad ferenda supplicia perstitisse.

Iudas Iacobi frater in Mesopotamia, ac interioribus Ponti euangelizans, feras & indomitas gentes, sancto dogmate mitigauit, & fidei diuinitate subiugauit. Cui⁹ extat vna parua epistola, quae inter catholicas nominatur.

¶ Die. 29. Marcellus mar.

Lectio tertia.

Marcellus natiōe Hispanus, patria Legionensis, cum à vita militari, quā multis annis Centurio gesserat, discessisset, vt vera religione accepta, Christo cōmodius inferiret, Diocletiano & Maximiano Imperatoribus accusatus est eo nomine apud praefectum Fortunatum, Cui se tanquam militiae desertorem, & cultorem nouae superstitionis incusanti: clara voce se Christianum esse respōdit:

November.

& Christo malle, quàm ter-
renis principibus militare.
Quo responso, Fortunat⁹
ira succensus, vincit eum
Tingim oppidum Mauri-
taniz ad Agricolanū præs-
fidem mittit ei que per lite-
ras, Marcelli causam expo-
nit. Qua cognita Agrico-
lanus confitentem Marcel-
lum, & in fide Christi per-
seuerantem capite damna-
uit. Occisus que est quarto
calend. Nouembris. Cuius
mortem duodecim eius fi-
lij, suscepto martyrio, di-
uersis in locis æmulati esse
memorantur.

**¶ Aduertendum est nunc
in indice post Petrecost po-
sito an in festo omniū san-
ctorū interponenda sit ali-
qua ex dominicis vagant.**

N O V E M B E R.

**¶ Festum omnium sancto-
rum duplex maius. Ad ve-
speras.**

Hymnus.



Christe redē-
ptor omniū,
Cōserua tu-
os famulos:
Beatæ semp
virginis, Placatus sanctis
precibus.

Bcata quoq; agmina Cz-

lestiū spiritū Præterita,
p̄sētia, Futura mala pellite-
Vates æterni iudicis, Apo-
stoli que domini Supplici-
ter exposcimus, Saluari
vestris precibus.

Martyres dei inclyti,
Confessōres que lucidi
Vestris orationibus,
Nos ferte in cælestibus.

Chori sanctarū virginū,
Monachorū que omniū:
Simul cū sanctis omnibus
Consortes Christi facite.

Gentem auferite perfidam
Credientium de sinibus:
Vt Christo laudes debitas
Perfoluamus alacriter.

Gloria patri ingenito, E-
iūsque vnigenito. Vna cū
sancto Spiritu In sempiter-
na secula. Amē. **an.** Ange-
lis: archangeli: throni: dno-
tiones: principat⁹: potesta-
tes: virtutes: cherubin atq;
seraphin: patriarchæ: pro-
phetæ: sancti legis docto-
res apostoli: omnes Christi
martyres: sancti cōfessores:
virgines domini: anacho-
ritæ: sancti q; omnes inter-
cedite pro nobis. **Oratio.**

Omnipotēs sempiter-
ne Deus, qui nos o-
mnium sanctorum

tuporum merita sub vna tribuisti celebritate venerari: quęsumus, vt desyderatam nobis tuę propitiacionis abudantiam multiplicatis intercessoribus largiaris. Per dominum nostrum.

Die. i. Ad Matut. Inuitatorium. Regem regum dominum venite adoremus: quia ipse est corona sanctorum omnium. **Hymnus.**

Iesu saluator seculi, Redemptis ope subueni: Et pia dei genitrix Salutę posece miseris.

Cętus omnes angelici, Patriarcharum cunei: Et prophetarum merita Nobis precentur veniam.

Baptista Christi præuius: Et clauiger æthereus, Cum cæteris apostolis Nos soluāt nexu criminis.

Chorus sacratus martyrum, Confessio sacerdotum, Et virginalis castitas. Nos à peccatis abluant.

Monachorum suffragia, Omnęsque ciues cælici Annuāt votis supplicum: Et vitę postant præmium.

Laus, honor, virtus, gloria Deo patri & filio, Sancto simul paraclito, In se-

culorum secula. Amen. **ans.** Vidi turbam magnā quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, stantes ante thronum.

Sermo sancti Augustini episcopi. Lectio tertia.

Hodie, dilectissimi, omnium sanctorum, sub vna solennitatis lætitia celebramus festiuitatem, quorum societate cęlum exultat, quorum patrociniis terra lætatur, quorum triūphis ecclesia sancta coronatur, quorum confessio quanto in passione fortior, tanto est clarior in honore, quia dum creuit pugna, creuit & pugnatū gloria, & martyrij triūphus multiplices passionum genere adornatur, per quę grauiora tormēta, gratiora fuere & præmia, dumq; catholica mater ecclesia per totum orbem lōgę latęque diffusa, in ipso capite suo Christo Iesu edocta, contumelias crucis, & mortem didicit non timere, magis magisque roborata est, nō resistēdo, sed pferēdo. Vniuersos autē quos agmine inelyto carcer pœnalis in-

clusit, pari & simili calore virtutis ad gerendum certamen gloria triumphalis inspiravit. O verè beata mater ecclesia, quã sic honor diuinæ dignationis illuminat, quam vincencium gloriosus martyrum sanguis exornat, quam inuiolatæ confessionis cãdida induit virginitas. Florib⁹ eius nec rosæ, nec lilia defunt. Certent nũc charissimi, singuli ad vtrosque honores, amplissimas accipere dignitatum coronas, vel de virginitate candidas, vel de passione purpureas. In caelestibus castris, pax, & acies habent flores suos, quibus milites Christi coronantur. Dei enim ineffabilis, & imensa bonitas etiam hoc prouidet, vt laborum quidem tempus, & agonis nõ extenderet, nec longum faceret aut æternum, sed breue, & (vt ita dicam) momentaneum, vt in hac breui, & exigua vita, agones essent & labores, in illa verò, quæ æterna est, corona & præmia meritorum, vt labores quidẽ, cito finirentur, meritorum verò præmia, sine

sine durarent.

¶ Ad laudes. Antiphona.
Te gloriosus apostolorũ chorus: te prophetarũ laudabilis numerus: te martyrum candidatus laudat exercitus: te omnes sancti & electi voce confitentur vnanimes: beata trinitas vnus Deus.

¶ Ad Vesperas. Hymnus.
Christe redemptor &c. an.
O quam gloriosum est regnum, in quo cũ Christo gaudet omnes sancti, amici stolis albis: sequuntur agnum quocunque ierit.

¶ Hodie post vespere diei dicuntur vesp. defunctorũ, nisi sit sabbatum, nam tũc vesp. defunctorũ dicuntur die diuina post vespe. diei.

¶ Die. 2. De octz omnium sanctorum. Lectio tertia.

Legimus in ecclesiasticis historiis, quod sanctus Bonifacius, qui quartus à beato Gregorio Romanæ vrbis episcopatũ tenebat, suis precib⁹ à Phoca Cæsare impetrauit donari ecclesiæ Christi templum Romæ, quod ab antiquis Pantheon antea vocabatur: quia hoc quasi simulachrum

mulachru omniu videre-
tur esse deorum. In quo eli-
minata omni spurcicia fe-
cit ecclesiam sancte Dei ge-
nitricis atq; omniu mari-
ru Christi: vt exclusa mul-
titudine demonu multitu-
do ibi sanctoru a fidelibus
in memoria haberetur: &
plebs vniuersa, in capite ca-
lend. Nouemb. sicut in die
Natalis dni ad ecclesiam in
honore omniu sanctorum
cōsecratam cōueniret: ibi-
que missarum solēnitate a
p̄sule sedis apostolicę ce-
lebrata: oibusq; rite perfe-
ctis: vnusquisq; in sua cū
gaudio remearet. Nos er-
go fratres charissimi, in o-
mniu primordiis sancto-
rum, noiare, & laudare, &
glorificare condecet eum,
qui cunctos condidit san-
ctos, per quē facta sunt o-
mnia: per quē cuncta subsi-
stunt elementa: cuius maie-
stas nec incipit nec desinit
in seculum vt meritō om-
nis principiū ac finis crea-
turę nominetur.

¶ Notandū, qd hodie prę-
ter officiu diei, licet etia
matutinū eū suis laudibus
p̄ defunctis, nisi sit datus.

B. N.

**nam tunc metudo hēdesun-
torum dicitur die lunę.
¶ Die. 3. de octa omnium
sanctorum. Lectio tertia.**

Beaata Dei genitrix &
semper virgo Maria:
templum domini, sa-
crarium spiritus sancti vir-
go ante partū: virgo post
partum: pręsentis diei so-
lēnitatis cum suis virgini-
b⁹ exerts nullo modo cre-
dēda est, quę Dei populū
faciendo monebat sperne-
re perituri luxus sæculi: a
lenocinio mortalis natu-
rę declinare: carnis pud-
icitiam, cū virginittatis ho-
nore intra cordis hospitia
obseruare: eamq; oim vir-
tutum reginā fructum sa-
lutis perpetuę, sociam esse
angelorum suis affirmabat
exēplis: ita vt innumerabi-
lis vtriusq; sexus multitu-
do, ei⁹ sequeretur vestigia.

**¶ Die. 4. de oct. omnium
sanctorum. Lectio tertia.**

Qui superba exlorū:
regna, spiritibus an-
gelicis, a lau-
& gloriā, atq; honorem
sui nominis, ac maiestatis
in perpetuum. miro ordi-
ne collocavit: deus est. De

Z.

quibus plura loqui perti-
meimus, quia soli deo sci
re est, quomodo vel que-
admodum eorū nobis in-
uisibilibus absque contagio-
ne seu diminutione in so-
la sui puritate consistat na-
tura. Sed tamen nouē esse
angelorū ordines ad dei iu-
dicia ac ministeria cōplen-
da: testante sacro eloquio
cognouimus. His omnib⁹
fratres charissimi tā deco-
ris ac deo dilectis angelo-
rum agminibus huius diei
solemnitatē credimus esse
cōsecratam. Sed ecce, dum
caelestium ciuium sacra ri-
mamur, supra modum no-
stræ fragilitatis digressi su-
mus. Taceamus interim de
secretis caelestibus: sed ante
oculos cōditoris tergamus
peccatorum maculas: ut ad
eos, de quibus loquimur,
peruenire valeamus.

*¶ Die. 5. de octaua omnium
sanctorum. Lectio tertia.*

Ad huc tamē aliquid
de hac tam pulchra
ac præclara festiui-
tate loqui incipiamus, que
non solū (ut prædiximus)
angelorū spiritibus, verū-
etiam sanctis omnib⁹, qui

in terra sunt ab exordio
mundi procreati, honora-
biliter prædita cōsistit. Ex
quibus fuerūt patriarchæ,
viri religiosi in vita sua pa-
tres prophetarū & aposto-
lorū: quorū memoria non
relinquetur, & nomē eorū
manet in æternū. Hic athle-
tæ Dei: electus concordat
duodenus apostolorū nu-
merus: quos à primis mi-
raculorum virtutibus: ad
componēdum nouæ fidei
fundamentum, erigendū-
que adhuc teneræ statū ec-
clesiæ providentia diuina
ex omnibus quos capiebat
mundus elegit: ut in omnē
terram sonus eorum præ-
dicationibus exiret: & in
fines orbis terræ eorū pro-
cederent verba.

*¶ Die. 6. de octaua omnium
sanctorum. Lectio tertia.*

His subiectū est triū-
phale martyrum no-
mē: qui per diuersa
tormentorū genera Christi
passionē nō lascentibus
præcordiorū mētibus imi-
tabantur: alij ferro perem-
pti: alij flammis exusti: alij
flagris verberati: alij vecti-
bus perforati: alij cruciati

patibulo: alij demersi pelagi periculo: alij viui exco-
riati: alij vinculis mancipati:
alij linguis privati: alij lapidibus obruti: alij frigore afflicti. alij fame cruciati: alij verò truncatis manibus, siue ex teris cæsis mentibus spectaculum cõtumelie in populis nudi ppter nomen domini portantes.

¶ *Die. 7. de octa. omnium sanctorum. Lectio tertia.*

Christi verò sacerdotibus atque doctoribus siue confessoribus huius festiuitatem diei non ignotã esse credimus: qui corda fidelũ spiritualiter quasi imbribus irrigat celestibus. vt feliciter proferre immarcescibilem bonorum operũ possint fructum. Qui talenta sibi credita non solũ reddere, verumetiam cũ vsura sine fraude ampliare pcurauerũt, quia bonum quod per gratiam spiritus sancti intelligendo didicere: non sibi tantummodo, sed & aliis subiecterũ mentibus profuturum, secundum apostolicum pceptum: arguendo, obsecrando, incre-

pando: curamque faciẽdo: inferere nitentur.

¶ *Hodie in vesperis dicitur quod est antiphona assignata ad primas vesperas.*

¶ *Die. 8. de octa. omnium sanctorum duplex maius. Tertia lxx. ex Apocalypsi.*

Vidi turbam magnam quã dinumerare nemo poterat, ex omnibus gẽtibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronũ, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ, & clamabãt voce magna, dicẽtes. Salus deo nostro, qui sedet super thronum, & agno. Et omnes angeli stabãt in circuitu throni, & seniorum, & quatuor animalium: & ceciderũt in conspectu throni in facies suas, & adorauerũt deũ, dicentes. Amẽ. Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, & virtus, & fortitudo deo nostro, in sæcula sæculorum. Amen. Et respondit vnus de senioribus: & dixit mihi. Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerunt? Et dixi illi. De-

November.

mine mi, tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni: ideo sunt ante thronum dei, & seruiunt ei die ac nocte in tempore eius: & qui sedet in throno, habitabit super illos: non esuriet, neq; sitiet amplius, nec cadet super illos sol, neq; vltus æstus: quoniam agnus qui in medio throni est, regit illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

Hodie vespere dicitur de octa. quibus finitis pro commemoratione dedicationis dicuntur aña & ofo infra scripta. aña. Hæc est domus dei, in qua inuocabitur nomen eius: de qua scriptum est: Et erit nomen meum ibi, dicit dñs. Oratio

Deus, qui nobis per singulos annos huius sancti tēpli tui cōsecrationis reparas diē, & sanctis semper mysteriis representas incolumes: exaudi preces populi tui, & presta: vt quisquis hoc tē-

plum beneficia petiturus, ingreditur: cuncta se imptraße lætetur: Per dñm.

¶ D. c. 9. Oedicatio Basilicæ saluatoris dupl. minus.

¶ Ad Matut. Inuitat. Domū Dei decet sanctitudo: sponsum eius Christū adoremus in ea. Hymnus.

Angularis fundamētum Lapis Christū missus est. **¶** *Qui cōpage parietis In vtroq; nectitur: Quem Sion sancta suscepit, In quo credens permanet.*

Omnis illa Deo sacra, Et dilecta ciuitas Plena modulis in laude, & canore iubilo Trinū Deū, vnicūq; Cum fauore prædicat.

Hoc in tēplo summe Deo Exoratus adueni: Et clemēte bonitate Precū vota suscipe: Largā benedictionem Hic infunde iugiter.

Hic promereatur omnes Petita acquirere. Et adēpta possidere Cum sanctis perenniter: Paradisum introire Translati in requiē.

Gloria, & honor Deo. **¶** *VI que quo aña. Domus mea domus ofonis vocabitur.*

lectio terna.

Quanquam veterum scriptorū monumētis, & Pauli etiā epistolis cōstet, ipsis quoque apostolicis tēporibus loca publica fuisse, quæ tū oratoria, tum ecclesiæ dedicerētur, vbi populus Christianus, quæ ad religionē, & fidē Christi pertinerēt, doceretur: & corpus domini sumeretur, tamē Syluester papa ritū instituit consecrationis altariū, & ecclesiarum, quem nunc etiam tenet ecclesia Romana, dicto & cōsecrato tēplo Lateranensi nuncupato. Quod Cōstātinus Imperator magnificē instruxerat, multisque donis ornauerat, & puentibus dotauerat. Quæ dedicatio facta est. v. idus Nouembris. Hic quoque pontifex, xiiij. calend. Decembris Petri apostolorū principis Basilicā dedicauit, & consecrauit. Quam idem Imperator in Vaticano, non longē ab Apollinis templo ædificauit, ornauit, & dotauit magnificis muneribus, & prouētibus magnis. Tanta em̄ fuit pietas in Christum, atq; fi-

des huius Imperatoris, vā non solum has de quibus diximus, Basilicas: sed multas præterea magnificē edificauerit, censibusq; dotauerit. Et in his Pauli Basilicam in via Ostiensi, Basilicam sanctæ crucis in Ierusalē in atrio sefforiano, Basilicam sancti Laurētij extra muros in agro Verano super arenariū criptæ: Ad hæc in via Labicana inter duas lauros Basilicā Marcellini presbyteri, & Petri exorcistæ, vt cæteræ taceatur, quæ iussu eiusdē optimi Imperatoris, in alijs vrbibus fuerūt ædificatæ: Cuius exēplo multas postea pij Christiani per orbē ædificarunt, & consecrarūt.

¶ *Ad laud. an.* Bene fundata est domus dñi supra firmam petra. ¶ *Ad ves. hy.*

VRbs beata Ierusalē, Dicta pacis visio: Quæ construitur in cælis, Viuis ex lapidibus Et angelis coronata, Vt sponsata comite. Nōua veniēs de cælo Nuptiali thalamo Præparata vt sponsata Copuletur domino, Plateæ. & muri eius

Ex auro purissimo.

Portæ nitent margaritis,
Aditis parentibus: Et vir-
tute meritorum Illuc in-
troducitur Omnis, qui ob
Christi nomen in hoc mû
do premitur.

Tunsonibus, p̄ffuris Ex-
põliti lapides Suis coaptã
tur locis, Per manum arti-
ficis: Disponuntur permã-
suri Sacris ædificiis.

Gloria, & honor Deo Vt
quequo altissimo. Vna pa-
tri filioq; Inclyto paracle-
to: Cui laus est, & potestas
Per immensã sęcula. Amē.

Ana. O quam metuendus
est locus iste: verè non est
hic aliud nisi domus Dei,
& porta cæli.

¶ **Die. 10. Triphon & so-
cij marty.** *LECTIO tertia.*

AD Saxoniam in vi-
co Abslãdo Decio
Imperatore in Chri-
stianos sęuiente, Triphon,
à persecutoribus cõpre-
hensus, cū sacrificare renue-
ret, & fidem Christi palam
prosteretur, equuleo ap-
pensus, primum ferreis vn-
gulis exaratur, deinde cla-
uis ignitis confixus pedes,
& fustibus cæsus admotis

lampadib⁹ amburitur. Cui
ius tolerãtiã constantiã-
que demiratus Respicius
tribunus, ad fidem Christi
conuersus est, ipsamq; cõ-
pit aperte profiteri, statim-
que captus cum Triphone
cruciatur. Deinde ambo
ad templum abstrahuntur,
vt Ioui sacrificarent, sed o-
rante Triphone, cum ido-
lum corruisset, virgo quæ-
dam, Nympha nomine, mi-
raculo cõmota, fideq; suf-
fusa, Iesum deum verũ esse
proclamare cõpit. Tunc
verò iussu præsidis sancti
martyres vna cū Nympha
virgine plumbatis crudeli-
ter cæsi, nouissimè truci-
dantur. iij. idus Nouemb.

¶ **Martinus episcopus cõ-
fessor duplex m.** *Oratio.*

DEus, qui conspicis,
quia ex nulla nostra
virtute sussistimus:
cõcede propitius, vt inter-
cessione beati Martini cõ-
fessoris tui, atque pontifi-
cis: cõtra omnia aduersa
muniamur. Per dominũ.

¶ **Ad matut. Iouit.** Laude-
mus Deum nostrum in cõ-
fessione beati Martini.

LECTIO tertia.

Martin⁹ Sabariæ na-
tus (quod oppidū
est Pannoniæ) cū
esset annorū decē, inuitis
parentibus ad ecclesiā con-
fugit, seq; cathecuminum
fieri postulauit. Quinto
decimo verò ætatis anno,
se vitæ militari dedit. Quā
primum sub Constantino
gessit, deinde sub Iuliano.
Hic cū nihil præter arma,
& vnam vestē possideret,
pauperi nudo, Christi no-
mine elemosynā ad se mi-
serabiliter petenti, in por-
ta Ambianensi, dimidium
chlamydis gladio diuisæ
tribuit, reliqua parte ad se
regendum reservata. Qui
noctē cōsequuta, Christū
vidit dimidiata veste, quā
is pauperi dederat. indu-
tum: & dicentem, Martin⁹
cathecum-nus hac me ve-
ste cōtexit. Natus verò an-
nos duodeuiginti, bap-
tismum excepit, relictaque
militia ad sanctum Hilariū
Pictauiē. episcopū perre-
xit, à quo est acolitus ordi-
natus. Demum ad episco-
patū Turon. ecclesiæ ascen-
dit, monasterium ædifica-
uit, ubi cum, lxxx. fratrib⁹

sanctissimè degens miracu-
lis claruit. Tandem febri
correptus, cū assidua ora-
tione Christum, vt se reci-
peret, precaretur: discipu-
lis acclamantibus, Cur nos
pater deseris? cur nos mise-
ros derelinquis? conclama-
uit, Domine, si adhuc po-
pulo tuo sum necessarius,
non recuso laborē, fiat vo-
luntas tua. Et dum hæc lo-
queretur, beatam animā ef-
flauit. iij. idus Nouembris.

¶ **Die duodecima. Marti-
nus papa martyr.**

Lectio tertia.

Martinus papa na-
tione Italus, patria
Tudertinus, initio
sui pōtificatus legatos Cō-
stātinopolim misit ad Pau-
lum patriarcham hæreti-
cum, si possit eum ad sani-
tatem reuocare. Ille verò
tantūm absuit, vt pontifi-
cis adhortationibus obtē-
peraret, vt abusus Cōstan-
tij Imperatoris eidem hæ-
retici auctoritate, legatos
pontificios in diuersas in-
sulas relegauerit. Quare
cōmotus (vt per erat) Mar-
tinus. cl. episcoporum Ro-
mæ coacta synodo, Paulū

patriarchā anathemate de-
testatus, donauit. Tūc Cō-
stantius Olympium exar-
chum in Italiam mittit, ei-
que mandat: vt Monothe-
litarum sectam per omnē
Italiam disseminaret, da-
retque operam, vt Marti-
num papā aut interficeret
aut captū ad se perducen-
dū curaret. A quo Olym-
pio cū Romā peruenisset,
lictor immissus qui Marti-
num in Basilica sanctę Ma-
rię maioris caperet, aut oc-
cideret repugnantem, Dei
miraculo subita cęcitate
corripitur. Et sic discrimē
tunc Martinus euasit. Sed
paulopost Cōstantius ma-
gnis calamitatib⁹ in Impe-
rio acceptis, nihilo melior
fact⁹, Theodorū Capilio-
pam Romā ad facin⁹ per-
agendū mittit. A quo Mar-
tinus dolo captus, Cōstan-
tinopolim mittitur. Vnde
postea ī Chersonesum Pō-
ti relegatus, calamitatib⁹,
& inopia confectus, prid.
idus Nouembris moritur
ibidem pontificatus sui an-
no. vj. mense. j. die. xxvj.

¶ Die. 14. Vitalis, & Agri-
cola martyres, Lectio. iij.

Vitalis & Agricola,
quorum martyrium
sanctus Ambrosius
scripsit, Bonontę, Diocle-
tiano, & Maximiano Impe-
ratoribus, propterea quod
Christum prædicarent cō-
prehensi, & morte affecti
sunt. Erat autē Vitalis ser-
uus Agricolę, nunc verō
cōfors, & martyrij socius.
Qui Vitalis cum vrgenti-
bus persecutorib⁹, vt Chri-
stum negaret hoc amplius
eiusdem fidē profiteretur,
plurimis variisque tormen-
tis cruciatus, quę libenti,
ac inuictō animo pertulit,
falsa oratione migravit ad
dominum. Agricola dein-
de, cuius mors si fortē mu-
taret sententiā, dilata erat,
cū nollet acquiescere per-
secutoribus, cruci affixus
martyrio coronatur, prid.
nonas Nouembr. Quorū
corpora cōdita ad Iudęō-
rū sepulchra, post aliquot
annos à beato Ambrosio
in eadē vrbe sunt cū solen-
ni pompa ad honestiorē,
sacrumq; locum translata.
¶ Die. 18. Dedicatio Basilicę
Petri & Pauli dup. m. m.
¶ Ad vesp. Vrbis beata.

ana. Hæc est domus Dei.
 Oſo. Deus qui nobis. &c.
 vt in dedicatione Basilicæ
 ſaluatoris, & ſimiliter ad
 Matut. laudes & veſpe. dñr
 lbuita. Hym. an. x. ij. lect.
 & oratio vt in dicto feſto.
 Die. 19. Pontianus papa
 marty. *Lectio tertia.*

Pontianus patria Rō-
 manus, pontifex fa-
 ctus eſt anno Chriſti
 nati. cc. & xlv. tēpore Ale-
 xandri Imperatoris. Qui
 quanquam imaginē Chri-
 ſti domi habuerit, eiſq; tem-
 plū edificare, ac inter deos
 referre voluerit, tamē ido-
 lorum ſacrificulis eſt flagi-
 tantibus, Pontianū in Sar-
 diniam inſulam cū Philip-
 po presbytero relegauit.
 Vbi multas calamitates, &
 grauiora tormenta p̄ Chri-
 ſti fide paſſus moritur. xiiij
 cal. Decemb. Cuius corp⁹
 poſtea à Fabiano pōtifice
 Romam cum magna vene-
 ratione, ac totius cleri ſup-
 plicationibus reportatum
 eſt: ac ſepultū via Appia in
 cōmeterio Caluſti. Vixit
 autem in pōtificatu annos.
 ix. meſes. v. dies. ij.
 ¶ *Die. 20. Elizabeth vidua*

Lectio tertia.

Eliſabeth regis Pāno-
 niæ filia, à teneris an-
 nis ſanctè, ac religio-
 ſè vixit, & nuptia Ludoui-
 co Lanthgrauio viro Tu-
 ringiæ nobiliſſimo, tam ca-
 ſtè, ac pie Deū colebat, vt
 ſuo exemplo, maritum ad
 ſanctitatem, ac vitæ perfe-
 ctionē induxerit, oratio-
 ni aſſidue vacans, paupe-
 rumq; indigentis liberali-
 ter ſubueniēs. Mortuo ve-
 rō marito xenodochium
 maximum conſtruxit, ad
 pauperes ægrotantes alen-
 dos, & curādos, quibus nō
 ſolum neceſſaria ſubmini-
 ſtrabat, ſed ipſamet ſanio-
 ſis etiā vlceribus admo-
 uebat medicamenta. Igitur
 patrimonio partim hiſ in
 rebus abſumpto, partim à
 cōſanguineis demortui ma-
 riti ſubtracto, in pauperiē
 redacta, manibus tamē qd̄
 egenis tribueret, quæritā-
 bat, atq; hiſ operibus intē-
 ta, vitā ſanctiſſimè tranſe-
 git, tandē febris abſumpta,
 ad cęleſtia regna migravit,
 multis miraculis clara.

¶ *Pieſentatio beate Marię
 virg. xl. da. ma. In hoc fe-*

Io hyxini & anz dicuntur
 ve in eius nativ. mutato in
 In. nose natiuit. in nomen
 presentationis. **Oratio.**

Deus, qui sanctā tuā
 genitricem, taberna-
 culum sancti Spiritus,
 post triennium in templo
 Dei presentari voluisti:
 præsta quæsumus: vt qui
 eius presentationis festa
 recolimus, ipsius interces-
 sione ad templū, qui Chri-
 stus est, in cælesti gloria p-
 se atari mereamur. **Qui vi.**

¶ Ad matuti. Inuita. Pre-
 sentationē virginis Mariæ
 celebremus, Christū eius
 filiū adoremus dominū.

¶ Dic. at. Lectio. iij.

Beata virgo Maria,
 quæ peperit mundi
 redemptorem, vt erat
 etiam antequam in lucem
 ederetur, plena gratia: ac
 peccati omnis immunis,
 sic in omni ætate præbebat
 magna documenta in sitæ
 virtutis & gratiæ. Pre-
 sentata igitur quasi mulier iam
 ætatis prouectæ in templo
 supplex dominum adora-
 bat, ac in dei laudibus con-
 stantissimè perseverabat:
 cōuenientib⁹ videlicet ini-

tiis, vitam instituēs, qualis
 eam decebat, quæ filiū dei
 superueniente Spiritu san-
 cto virgo esset paritura.

**¶ Dic. 22. Cæcilia virgo
 marty. Lectio tertia.**

Cæcilia virgo Romæ
 nobilissimis parenti-
 bur orta, i fide Chri-
 sti optimè instructa, suam
 Deo virginitatē consecra-
 uit. Quæ Marco Aurelio
 Antonio Imperatore, cū
 inuita Valeriano despon-
 sata fuisset, ipsa nuptiarum
 nocte spōsum alloquitur,
 affirmans se angelum Dei
 amatorem habere, qui cor-
 pus suū nimio zelo impol-
 lutum custodiret. Proinde
 eaueret, ne quid in se com-
 mitteret, quo iram diuinā
 irritaret. Quib⁹ motus Va-
 lerianus nō ausus eam con-
 tingere, libenter se angelū
 visurū respondit. Et afir-
 mante Cæcilia hoc sine ba-
 ptismo nō licere, ad Verba-
 num papa inter martyrum
 sepulchra latitantē perue-
 nit ab eoq; baptizatur. Re-
 uersus autē Cæciliam orā-
 tem inuenit, & angelū cū
 ea forma decorē humanū
 excedente. A quo ex ma-

gno timore confirmatus, impetrauit: vt Tyburtium quoq; fratrem suū charissimum, ad fidē cōuertendū curaret. Qui Tyburti⁹ sancto Spiritu afflatus, fratre & Cæcilia auctoribus, ab eodem Urbano baptizatur. Cuius rei Almachiur vrbis præfectus certior factus, Tyburtium, & Valerianum cōprehēdi iubet. Cumq; immolare iussi cōtēnerent, plūbatis cæsos affecit martyrio ac protinus facultates eorū exquisēs, Cæciliam cōprehendit. A qua cū oēs pauperibus distributas esse cognosceret, vehemēter cōmotus, eam in domum suā abstractā, flāmis balnearibus concremari iubet. Sed cū illæsa permaneret, misit carnificem, qui tertio ictu, caput eius amputare non valēs, seminecē reliquit. Sed paulo post decimo calēd. Decembris, cum palma martyrij migravit ad dominū. Eius autem corpus sanct⁹ Urbanus sepeliuit. Et domum eiusdē ecclesiam nomine ipsius nuncupatam consecrauit. *Oratio.*

DEus, qui nos annua beatæ Cæcilie martyris tuæ solēnitate iustificas: da, vt quam veneramur officio, etiā pię cōseruationis sequamur exemplo. Per dominum.

¶ Die. 33. Clemens papa marty. Lectio tertia.

Clemens patria Romanus de regione Cælij montis, Imperatoris Domitiani tempore, quartus post Petrū Romanę ecclesię pōtifex creatus est. Quauquam enim Petrus hunc sibi proximū successorem esse voluisset, ipse tamen vsus singulari quadam modestia, Linum & Cletum spōte sibi in honore pontificio prætulit. Cū autē pietate, religione ac doctrina, multos ad fidem Christi cōuertisset, iussū Traiani Imperatoris, in insulam deportatus est. In qua duo millia Christianorū ad secunda marmora damnatorum inuenit. Cūque ibi aquę penuria laboraretur, à sexto em̄ milario petebatur, Clemēs collem haud longē positum conscēdens, agnum vidit,

sub cuius dextro pede fons
 aquarum dulcis munere diu-
 no scaturiebat. qua recrea-
 ti sunt omnes, & multi ad fidem
 Christi conuersi. Sed hoc
 magis irritatus Traianus
 misit, qui Clementem in
 mare alligata ad collum an-
 chora dericerent. Quo fa-
 cto, sacratissimum corpus
 non ita multo post ad litus
 delatum est: & ibidem sepultum
 extructo templo, ubi fons
 diuinitus emanauerat. ix.
 cal. Decemb. anno. iij. Traia-
 ni. Sedit autem annos. ix.
 menses. ij. dies. x. **Oratio.**

Deus, qui nos annua
 beati Clementis mar-
 tyris tui, atque ponti-
 ficis solemnitate lætificas:
 concede propitius: ut cuius
 natalia colimus: virtutem
 quoque passionis imitemur.
 Per dominum nostrum.

¶ **Die. 24. Chrysogonus
 marty.** **Lectio tertia.**

Chrisogonus Diocle-
 tiani Imperatoris ius-
 su, propterea quod esset
 Christianus, Romę iam bi-
 enniū vinculis premebatur,
 sancta Anastasia, ipsi & mul-
 tis aliis Christianis, alimen-
 ta suggerente, cum Diocle-

tianus ex Aquileia Romam
 scripsit, ut ceteris Christia-
 nis, qui vincenti custodieban-
 tur interfectis, Chrysogonus
 ad se remitteretur. A-
 quileiam igitur delatus, Cę-
 sari prefecturas, & magnos
 honores sibi, si deos adora-
 ret pollicenti, respondit.
 Vnum Deum mente colo, ve-
 neror, & adoro: ista deorum
 simulachra, tanquam malo-
 rum demonum sedes execror,
 & abominor. Tunc impera-
 toris iussu ad locum, cui no-
 men erat Aquę gradatę, du-
 ctus, ibidem decollatus est.
 viij. cal. Decemb. Cuius cor-
 pus in mare proiectum, &
 postea in possessione, quę
 dicitur ad saltum, a zoilo
 presbytero inuentum, in do-
 mo sua sepultum est. **Oro.**

Adesto domine sup-
 plicationibus no-
 stris, ut quę ex iniqui-
 tate nostra reos nos esse co-
 gnoscimus, beati Chryso-
 goni martyris tui interces-
 sione liberemur. Per do-
 ¶ **Die. 25. Katharina virgo
 marty. dup. mi.** **Oratio.**

Deus, qui dedisti le-
 gem Moysi in summi-
 tate montis Sinai: &

in eodē loco per sanctos angelos tuos, corp^o beatę Katharinę virginis & martyris tuę mirabiliter collocasti: præsta quęsumus: vt eius meritis & intercessione, ad montē qui Christ^o est, aduenire valeamus. Per eundem.

Lectio. iij.

KAtharina virgo Alexandrina, claris natalibus orta, liberalibus disciplinis ab ineunte ætate, & sanctis morib^o instituta, in eam sanctitatis, & doctrine magnitudinē euasit, vt annos nata decē & octo, doctissimos etiam viros, & grauissimos superaret: tanto studio flagrans Christianę pietatis, vt cū Maxentij scintilla multos Christianorum ad supplicia, & necem abstrahi animaduerteret, nō dubitauerit ipsum adire, eidemque immanitatē impietatemque grauissimis, & doctissimis verbis impropere. Cui^o sapientiā & constantiā admiratus Maxentius asseruari eam iubet, & ex variis regionib^o viros doctissimos conuocari, migno præmio proposito si quis Kathari-

nā conuicisset, & religione Christianorum auertisset. Quod longē secus euenit. Habita enim lōga cū quinquaginta, qui conuenerant, doctissimis philosophis disputatione oēs superatos ad Christi fidē conuertit, & sic in fidē confirmauit vt pro ea mori non dubitauerint. Tunc Maxentius ad blanditijs conuersus magnis pollicitationibus Katharinā aggreditur. Quę cū virgo repudiasse, plūbatis scuticis crudelissimē cæsa, in carcerē obscurissimum derruditur, & vndecim diebus cōtinuis fame, & siti cruciata, ad gladiatorū rotā extrahitur excarnificanda. Rota autē cōtinuō ad ipsius preces cōfracta, & cōminuta est. Quo miraculo multi sunt ad Christi fidem conuersi. Sed cū hæc omnia supplicia magno animo, diuina ope superasse, iubente Maxentio, cuius erat obstinatus animus, capite plectitur, ad vj. calen. Decembris. Eius autem corpus in Sina monte Arabiæ monasterio angelorum conditum est.

November.

**¶ Dic. 16. Petrus episcopus
marty. Lectio. iij.**

Petrus Alexandrinus urbis episcopus, Theoniz integerrimo viro successit, vir omni virtute cumulatus. Qui per uniuersam Aegyptum, velut lucifer quidam effulsit. Duo decim annos episcopatum illius urbis administravit: tres autem persecutionem, quae Maximiano Imperatore ad orientem exorta est, reliquos in ipsa, diuersis temptationum generibus agitatus. Cumque semper in omni agone persecutionum positus, magnam faceret in virtute & sanctitate profectum utilitati atque instructioni ecclesiae constantissime inferebat: Cum igitur in omnem sacerdotum curam diebus ac noctibus insudasset. ix. persecutiois anno, episcopus vero sui. xvj. cal. Decem. eiusdem Maximini tempore martyrii coronam capitis obruntatione promeruit.

¶ Dic. 26. Saturninus & Sisinnius marty. Lectio. iij.

Romae sub Maximiano Imperatore Saturninus & Sisinnius

diaconus inter alios Christi seruos ad fodiendam arenam & edificandis thermis Diocletianis donati sunt, licet esset ea aetate Saturninus, ut per senectutem sarcinam ferre non valens, a Sisinnio iuaretur. Quocumque sanctitas, & fides inter ceteros Christianos polleteret, ambo Laudicio praefecto traditi in carcerem sunt coniecti, ubi multos gentiles ad se venientes fide docuerunt, & ad Christum conuerterunt. Denique post multos dies vinciti catenis, ac nudis pedibus educti, ad tripodem sacrificare iubentur. Adclamante Saturnino, Conterat dominus idola gentium, soluta tripodem, duo milites Papias & Maurus, in Christum crediderunt. Qui paulo post fuerunt martyrio coronati. Demum, Saturninus, & Sisinnius, post multos cruciatus iussu praesidis in viam Nomentanam abstracti, secundo ab urbe milliario, capite truncati, martyrii palmam sunt consecuti. Quorum corpora Tharson, & Ioannes via Salaria in pra-

dio suo sepelierunt. iij. calend. Decembr.

¶ Andreas apost. dup. ma.

Ad ves. hy. de cōi Apost.

Antiph. Vnus ex duobus qui secuti sunt dominum, erat Andreas frater Simonis Petri halleluia. **Oro.**

Maiestatem tuā Domine suppliciter exoramus: vt sicut ecclesie tuæ beat⁹ Andreas apostolus extitit prædicator & rector: ita apud te sit pro nobis perpetuo intercessor. Per dñm nostrum.

¶ Dic. 30. Ad matutinum Inuitatorium & Hymni de somuni Apostol. An̄a.

Doctor bonus, & amicus Dei Andreas ducitur ad crucē, quam à longē aspiciens dixit, Salue crux, suscipe discipulum eius qui pependit in te, magister meus Christus. **Lect. iij.**

Andreas Petri frater, in Bethsaida ortus, Galilææ vico piscatoriæ artem cū fratre exercebat, & tunc piscabatur in littore Galilææ, quū Christus præteries hos omnium primū vocauit dicens, Venite post me, & fa-

ciam vos piscatores hominum, ad quam vocē nullo alio miraculo adducti, relictis retibus, secuti sunt eū. Post passionē verò & resurrectionem Christi, Andreas cū in Scythia Europæ, quæ ipsi prouincia ad Christi doctrinā dissemināda obtigerat, multis miraculis editis, plurimos ad verum dei cultū perduxisset, in Græciā venit, multisque ad fidē Christi conuersis Aegeam proconsulē ad Patras urbem prædicationibus suis obsistentē, Christianosq; diis sacrificare cogentē, liberrimē cepit increpare: quod qui iudex hoīm haberi vellet, Christum deū atq; omnium iudicem à dæmonibus elusus nō agnosceret. Cui Aegeas iratus resq; odit. Desideret Christū iactare, cui similia verba nihil p̄fuisent, quomin⁹ à Iudæis crucifigeretur. Et Andream multa in laudē Christi, spōte sua p̄ genere humano crucifixi dicere incipientem, vana & impia oratione interpellatum, iubet in carcerem detruā. Vnde ab irato in Ae-

November. :

geam populo eductus es-
set, nisi ipse animos popu-
larium compescuisset, ro-
gans, ne se martyrij desyde-
ratissima corona fraudarent.
Igitur paulò post in
tribunal productum, quò
Aegeas in proposito con-
stantissimè perseueratè,
& crucis mysterium maxi-
mè extollentè, sibi que suà
impietatè libera voce ex-
probrantè videret, in cru-
cem eum tolli, & Christi
mortem imitari iussit. Ad-
ductus igitur Andreas ad
locum martyrij, cum mul-
ta priùs in crucis laudem
exclamando dixisset, pri-
die calend. Decemb. in cru-
cem actus, Christi mortè
imitatus est, nisi quòd ne-
que manus, neque pedes
eius clauis sunt affixi, sed

fune ligati, vt diutius desy-
derata morte cruciaretur.
¶ Ad laudes. Antiphona.
O bona crux, què decorè
& pulchritudinem de mè-
bris domini suscepisti: ac-
cipe me ab hominibus: &
redde me magistro meo:
vt per te me recipiat: qui
per te me redemit.

¶ Ad vesperas. Hymnus.
de comarini, vt supra.

Antiph. Cùm peruenisset
beatus Andreas ad locum,
vbi crux parata erat: exclamauit dicès. O bona crux,
diu desyderata: & iam concupiscenti animo præpara-
ta securus, & gaudens ve-
nio ad te: ita & tu exultans
suscipe me discipulù eius
qui pependit in te.

¶ F I N I S.

ctorum.

¶ Notandum, quod Invitatoria, Hymni, Antiph. tertie lectiones & orationes infrascriptorum communium dicuntur, quando celebratur aliquod festum cui nihil est proprium assignatum, & si alicui aliquid fuerit assignatum, quod defuerit, petendum est ex infrascriptis communibus.

¶ Notandum præterea, quod si in aliqua regione, aut ciuitate, incidit festum alicuius sancti eius regionis, aut ciuitatis patroni, & non fuerit de contentis in calendario huius Breviarii, celebrabitur apud ipsos, eo die quo hactenus celebrari consuevit, & officium fiet ut in infrascriptis communibus. Si autem eo die incidit in calendario aliud festum simplex, fiet commemoratio de eo ad primam, si vero fuerit duplex, transferatur quemadmodum hactenus ipsi transferre consueverunt. Avertendum insuper, quod licet

in quibusdam communibus assignentur duæ tertie lectiones, non tamen sunt ambæ legendæ, sed altera tantum, quam quisque maluerit. Item notandum, quod in communibus in quibus una tantum assignatur antiphona ad vesper. illa dicenda est in utrisque vesp. quando celebratur aliquod festum duplex & similiter faciendum de hymno. Si dictum festum habet utrasque vesp. ut in regulis generalibus.

¶ Commune apostolorum & euangelistarum.

¶ Ad Vesperas. Hymnus.



Xultet cœ-
lum laudi-
dibus,
Resultet ter-
ra gaudiis:
Apostolo-

rum gloriam,
Sacra canunt solennia,
Vos feci iusti iudices,
Et vera mundi lumina,
Votis precamur cordium:
Audite preces supplicum.

B.

N.

AA

COMMUNE

Qui cælum verbo claudis,
Serásque eius soluitis:
Nos à peccatis omnibus
Soluite iussu quæsumus.

Quorum præcepto subdi-
tur Salus, & languor om-
nium, Sanate ægros mo-
ribus, Nos reddentes vir-
tutibus.

Vt cum iudex aduenerit
Christus in fine seculi,
Nos sempiterni gaudij
Fasiat esse compotes.

Deo patri sit gloria,
Eiúsque soli filio
Cum spiritu paraclæto,
Et nunc & in perpetuum.
Amen. *Antiphona* In om-
nem terrã exiuit sonus eo-
rum, & in fines orbis terræ
verba eorum.

¶ *Ad Matut. inuit.* Regem
apostolorum Dominũ ve-
nite adoremus. *Hymnus.*

Aeterna Christi mu-
nera Apostolorum
gloriam
Laudes canentes debitas
Lætis canamus mentibus.

Ecclësiarum principes,
Belli triumphales duces,
Cælestis aulæ milites,
Et vera mundi lumina.

Deuota sanctorum fides,
Inuicta spes credentium,

Perfecta Christi charitas,
Mundi triumphat principẽ.

In his paterna gloria,
In his voluntas Spiritus,
Exultat in his filius,
Cælum repletur gaudio.

Tenunc redemptor quæ-
sumus, Vt ipsorum confor-
tio longas præcates serua-
los In sempiterna secula.

Amen. *in.* Constitues eos
principes super omnẽ ter-
ram, memores erunt nomi-
nis tui domine.

¶ *Ad laudes Antiph.* Vos
qui reliquistis omnia, & se-
quuti estis me, centuplum
accipietis, & vitam æternã
possidebitis.

¶ *Ad Vesperas. Antiph.*
Tradent enim vos in con-
ciliis, & in synagogis suis
flagellabunt vos, & ante te-
ges, & præfides ducemini
propter me, in testimoniũ
illis, & gentibus.

¶ *Comune vnus martyrũ.*
¶ *Ad Matut. Inuita.* Regẽ
martyrum dominum veni-
te adoremus. *Hymnus.*

Martyr dei, qui vni-
cum Patris sequen-
do filiũ, Victis triũ-
phans hostibus,
Victor fruens cælestibus.

Fui precatus munere
Nostrum reatum dilue,
Arcens mali contagium,
Vitz remouens tædium.

Soluta sunt iam vincula
Tui sacrati corporis,
Nos solue vinculis seculi
Amore filij Dei.

Deo patri sit gloria. &c.

Antiphona. Qui me confessus fuerit corā hominibus, cōfitebor & ego eum coram patre meo.

¶ Tertia lectio. Sermo sancti Augustini.

Triumphalis beati martyris. N. dies hodie nobis anniuersaria celeberritate recurrit, cuius glorificationi sicut congaudet ecclesia, sic eius proponit sequenda vestigia. Si enim compatimur, & conglorificabimur. In cuius glorioso agone, duo nobis precipue consideranda sunt, indurata videlicet tortoris sequitia, & martyris inuicta patientia: Sequitia tortoris, ut eam detestemur. Patientia martyris, ut eam imitemur. Coronata itaque est beati martyris patientia, mancipata est æternis cruciatibus tortoris incorrecta mali-

tia. Hoc attendens in agone suo gloriosus Christi athleta. N. non exhorruit carcerem, ad imitationem capitis sui tolerauit probra, sustinuit irrisiones, flagella non timuit, & quot ante mortem pro Christo pertulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante apostolo biberat, altè retinebat: quia non sunt condignæ passionnes huius temporis, ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in vobis.

¶ Alia tertia lectio, secundum Lucam cap. 14.

In illo tempore: Dixit Iesus turbis, Si quis venit ad me, & nō odit patrem suū, & matrē, & uxorem: & filios, & fratres, & sorores: adhuc autē & animam suā: non potest meus esse discipulus. Et reliqua.

¶ Homilia sancti Gregorij papæ.

Si consideremus fratres charissimi: quæ & quanta sunt quæ nobis promittuntur in cælis: vilescunt animo omnia, quæ habentur in terris. Terrena namque substantia, supernæ for-

licitati comparata; pondus est, non subsidiū. Temporalis vita, æternæ vitæ comparata: mors est potius dicenda quàm vita. Ipse enim quotidianus defectus corruptionis quid est aliud, quàm quædã prolixitas mortis? Quæ autē lingua dicere, vel quis intellectus capere sufficit, illa supernæ civitatis, quanta sint gaudia? Angelorū choris interesse: cū beatissimis spiritibus gloriæ cōditoris assistere. præsentē dei vultū certare: incircūscriptū lumen videre: nullo mortis metu affici: incorruptionis perpetuæ munere lætari? Sed ad hæc audita, inardescit animus: namque illic cupit assistere: ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna præmia pueniri non potest, nisi per magnos labores. Vnde Paulus egregius prædicator dicit. Non coronabitur, nisi qui legitimè certauerit. Delectet igitur mentē magnitudo præmiorum: sed nō de terreat certamen laborum.

¶ *Ad laudes. 2o.* Iste sanctus pro lege dei sui certavit vsque ad mortem, & à verbis

impiorum non timuit, fuit datus enim erat supra firmam petram. *Oratio.*

Presta quæsumus omnipotēs deus, ut intercedēte beato. N. martyre tuo, à cunctis aduersitatibus liberemur in corpore, & à prauis cogitationibus mundemur in mente. g.

¶ *Si fueris martyr & pontifex.* *Oratio.*

Infirmam nostrā respice omnipotens deus, & quā pondus propriæ actionis grauat, beati. N. martyris tui, atque pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per dominum.

¶ *Ad Vesperas. Hymnus.*

Deus tuorū militum
Sors, & Corona:
præmium,
Laudes canentes martyris,
Absolue nexu criminis.
Hic nempe mūdi gaudia,
Et blandimenta noxia,
Caduca ritē deputans,
Peruenit ad cælestia.
Poenas cucurrit fortiter,
Et sustulit viriliter.
Pro te effundēs sanguinē,
Æterna dona possidet.
Gh hoc precatu supplicij,
Te poscimus piissimē,

In hoc triumpho martyrīs,
Dimitte noxam seruulis.
Laus, & perennis gloria
Deo patri, & filio. Sancto
simul paraclete, In sempiterna secula. Amen. *Abz.*

Qui vult venire post me
abneget semetipsum, & tol-
lat crucem suam, & sequatur me,

Commune plurimorum
mar. Ad Matut. Inuit. Re-
gem martyrum dominum
venite adoremus. *Hymn.*

Aeterna Christi mu-
nera, Et martyrum
victorias

Laudes canentes debitas
Lætis canamus mentibus.

Ferrore victo seculi,
-ensiq; spretis corporis,

Mortis sacræ compendio
Vitam beatam possident.

Traduntur igni martyres,
Et bestiarum dentibus,

Armata sœuit vngulis
Tortoris infani manus.

Nudata pendent viscera,
Sanguis sacratus funditur,

Sed permanent immobiles
Vitæ perennis gratia.

Tenunc redemptor quæsumus,
Ut martyrum cōsortio,

Iungas precantes seruulos
In sempiterna secula. Amē

an. Tāquā aurū in fornace
probauit electos dominus,
& quasi holocausta accepit
eos in aternū. *Lectio. iij.*

Natalem hodie, dilectissimi, celebramus
sanctorū martyrum.

N. & N. qui contemnescentes
sceleratorū iussū principū,
modo coronantur, & accipiunt
palmā laborū: quia

fundati erāt supra firmam
petram, id est, Christū. De
tali us, & huiusmodi apo-

stolus mente compunctus
ingemiscens ait, Sancti ludibria,
& verbera experti:

insuper & vincula, & carceres
lapidati sunt: secti sunt:

tentati sunt: in occisione
gladij mortui sunt. Circū-

ierunt in melotis, & in pel-
libus caprinis: egentes angustia-
ti: afflicti, quibus dignus non erat
mundus. Et

beatus Gregorius in expo-
sitione cuiusdam euāgelij,
Ecce (inquit) electi dei car-

nem domant: spiritum roborant:
dæmonibus imperant: virtutibus
coruscant:

præsentia despiciunt: æternam
patriam verbis, moribusque
predicant. Eā etiā

moriendo diligunt: atque

Commune

ad illā per tormenta attingunt. Occidi possunt, & flecti nequeunt. Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorū immortalitate plena est. In paucis vexati in multis bene disponentur, quoniam deus tentauit eos: & inuenit illos dignos se. Tāquam aurum in fornace probauit illos: & quasi holocausta hodie accepit illos.

¶ *Alia tertia lectio. Sermo sancti Augustini episcopi.*

Quotiescūq; fratres charissimi, sanctorum martyrum solennia celebramus: ita ipsis intercedentibus expectamus à domino cōsequi temporalia beneficia: vt ipsos martyres imitando, accipere mereamur æterna. Ab eis enim sanctorum martyrum in veritate festiua gaudia celebrantur: qui ipsorum martyrum exempla sequuntur. Solennitates enim martyrum, exhortationes martyriorum sunt: vt imitari non pigeat, quod celebrare delectat. Sed nos volumus gaudere cum sanctis: & tribulationes mundi no-

lumus sustinere cum illis. Qui enim sanctos martyres: vel in quantum potuerit, noluerit imitari: ad eorum beatitudinem nō poterit peruenire. Sic & Apostolus Paulus prædicat, dicens. Si fuerimus socij passionum, erimus & consolationū. Et dominus in euangelio. Si mundus vos odit: scitote, quia me priorē vobis odio habuit. Recusat esse in corpore qui odium non vult sustinere cum capite. Sed dicit aliquis. Et quis est qui possit beatorum martyrum vestigia sequi? Huic ego respōdeo. Quia non solum martyres: sed & ipsum dominum eū ipsius adiutorio, si volumus, possumus imitari.

¶ *Ad Laudes. añ.* Istorum est enim regnū celorum, qui cōtempserūt vitam mūdi, & peruenerunt ad præmia regni, & lauerūt stolas suas in sanguine agni. *Oratio.*

Deus, qui nos annua sanctorum martyrum tuorum. N. & N. solennitate lætificas: cōcede propitius, vt quorum gaudemus meritis, accen-

damur exemplis. Per do-
minum nostrum Iesum Chri-
stum filium tuum.

¶ Si fuerint martyres pon-
tifices.

Oratio.

Beatorum martyrum,
pariterque pontificum
N. & N. nos quesu-
mus domine festa tueatur,
& eorum commendet ora-
tio veneranda. Per dñm.

¶ Ad vesperas. Hymnus.

Rex gloriose marty-
rum, Corona confi-
tentium,

Qui respicientes terrena:
Perducis ad cœlestia.

Aurem benignam protinus,
Appone nostris vocibus,
Trophæa sacra pangimus,
Ignosce quod delinquimus.

Tu vincis in martyribus,
Parcendo confessoribus:
Tu vince nostra crimina,
Donando indulgentiam.

Deo patri sit gloria. &c.

Antiphona. Gaudet in cœ-
lis animæ sanctorum, qui
Christi vestigia sunt secu-
ti, & quia pro eius amore
sanguinem suum fuderunt,
ideo cum Christo exultant
sine fine.

¶ Notandum, quod si fe-
stus celebratur sanctus, &

sancti martyres, officium
est de communi plurimo-
rum sanctorum. Commu-
ne confessoris pontificis.

¶ Ad Martinum. Inuita-
torium. Regem confesso-
rum dominum, venite ado-
remus. Hymnus.

Iesu redemptor omnium:
Perpes corona presulum:
In hac die clementius,
Nostris faueto precibus.

Tui sacri qua nominis,
Confessor altus claruit;
Huius celebrat annua
Deuota plebs solennia.

Qui rite mundi gaudia
Huius caduca respiciens:
Cum angelis cœlestibus,
Lætus potitur præmiis.

Huius benignus annue.
Nobis sequi vestigia:
Huius precatu serualis,
Dimitte noxam criminis.

Sit Christe rex piissime
Tibi patrique gloria
Cum spiritu paracieto:
Et nunc & in perpetuum.

Amen. **Añ.** Ecce sacerdos
magnus, qui in diebus suis
placuit Deo, & inuentus
est iustus.

¶ Tertia lectio, ex sermo-
ne sancti Ambrosii.

AD sancti, ac beatissimi patris nostri, N. cuius hodie festa celebramus, laudis addidisse aliquid, decerpisse est: cum siquidem virtutum eius gratia, non sermonibus exponenda sit: sed operibus comprobanda. Cum enim dicat scriptura diuina: gloria patris, est filius sapiens: quantæ huius sunt gloriæ, qui tantorum filiorum sapientia, & deuotione lætatur? In Christo enim Iesu per euangelium ipse nos genuit. Quicquid igitur in sancta plebe hæc potest esse virtutis, & gratiæ: de hoc quasi de quodam lucidissimo fonte omnium riuulorum hæc puritas emanauit. Etenim quia castitatis pollebat vigore: quia abstinentiæ gloriabatur angustis: quia blâdimentis erat præditus lenitatis: omnium ciuium in Deum prouocauit affectum. Quia pontifici eis administratione fulgebatur: plures è discipulis reliquit sui sacerdotij successores. Benè ergo, & cõgruè in hæc die quam nobis Beati patris nostri, N. huius ad

paradisum transitus exultabilem reddidit: præsentis psalmi versiculum decantauimus: In memoria æterna erit iustus. dignè enim in memoriam vertitur hominum: qui ad gaudiũ trãsiit angelorum. Qui iam gratiam Christi clarificat⁹ inuenit: quia mundi gloriam non quæsiuit, canens illud quod dicit sermo diuinus, Ne laudaueris hominẽ in vita sua: tanquam si diceretur. Lauda post vitam: magnifica post cõsummationem.

¶ Aliã tertiam lectiõem, ex Beato Cassiano,

ECce sacerdos magnus qui in diebus suis placuit Deo, & inuentus est iustus, & in tẽpore iracundiæ factus est reconciliatio. Non est inuentus similis illi, qui conseruaret legem excelsi. Ideo iureiurando fecit illum dominus crescere in plebem suam. Benedictionem omnium gentium dedit illi, & testamentum suum confirmauit super caput eius. Cognouit eũ in benedictionibus suis, conseruauit illi

misericordiam suam, & inuenit gratiam coram oculis domini. Magnificauit eum in conspectu regum, & dedit illi coronam glorie. Statuit illi testamentum sempiternum, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illū in gloria. Fungi sacerdotio, & habere laudē in nomine ipsius & offerre illi incensum dignū in odorem suauitatis.

¶ Ad Laudes. Antiphona. Euge serue bone, & fidelis, quia in pauca fuisti fidelis supra multa te constituam, dicit dominus. **Oratio.**

DA quæsumus omnipotens deus: vt beati. N. confessoris tui atque pontificis veneranda solennitas, & deuotionem nobis augeat, & salutem. Per dominum nostrum Iesum Christum filiū tuum.

¶ Ad vespas. Hymnus. Iste confessor domini sacratus, festa plebs cuius celebrat per orbem, Hodie lætus meruit secreta, scandere cæli.

Qui pius prudens, dumis, pudic: Sobrius, castus fuit, & quietus, Vita dum

præfens vegetauit eius, corporis artus.

Ad sacrum cuius tumulū frequenter, Membra languentum modo sanitati, **Q**uolibet morbo fuerint grauata, Restituuntur.

Vnde nunc noster chorus in honorē, Ipsius hymnū canit hūc libenter, **V**t piis eius meritis iuuemur, **O**mne per xuum.

Sit salus illi, decus atque virtus: **Q**ui supra cæli resedens cacumen, Totius mundi machinā gubernat **T**ri-nus & vnus. **A**men. **A**n̄a. Sacerdos, & pontifex, & virtutū opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis dominum.

¶ Si fuerit summus pontifex. An̄a. Dum esset summus pontifex, terrena non metuit, sed ad cælestia regna gloriosus migravit.

¶ In scripta āna dicenda est in vesp. sanctorum Gregorij, Ambrosij, Augustini, & Hieronymi. Antiph. **O** doctor optime, ecclesie sancte lumen beate. **N.** diuine legis amator, deprecare pro nobis filium Dei.

¶ Comune confessoris n̄s

Commune

pontificis. Ad Matutinum
lunatorium. Regem cō-
fessorum dominum venite
adoremus. **Hymnus.**

Iesu corona celsior, Et
veritas sublimior: Qui
consistenti seruulo
Reddis perēne prēmium.

Da supplicanti cœtui
Obtentu huius optimi
Remissionem criminum
Rūpendo nexum vinculi.

Anno recuso tempore
Dies illuxit lumine,
Quo sanct⁹ hic de corpe,
Posū migravit prępotens.

Proinde te piissimæ
Precamur oēs supplices,
Ut huius almi gratia,
Nobis remittas debita.

Gloria patri domino,
Gloria vnigenito,
Vna cum sancto spiritu
In sempiterna secula. Amē

In. Similabo eum viro sa-
pienti, qui ædificauit do-
mum suam supra petram.

¶ **Sermo sancti Bernardi.**
Lectio tertia.

Gaudete in Domino
dilectissimi, qui In-
ter continua suæ pic-
tatis beneficia indulsit bea-
tum. N. mundo, cuius mul-
ti saluaretur exemplo. Itē-

rum dico gaudete, quōd
sublatus de medio appro-
piavit Deo, vt multo plu-
res eius intercessione saluē-
tur. Habet ex hominibus,
cui hominum peccata do-
net misericors, & misera-
tor dominus. Habet tēp⁹,
& locū intercedendi pius,
& misericors aduocatus, &
quidē locū quietū: & tēpus
feriatum. In terris visus est
vt esset exemplo, in cælum
leuatus est, vt sit patroci-
nio. Hic informauit ad vi-
tam, illic inuitat ad gloriā.
Factus est mediator ad re-
gnum, qui fuit incitator ad
opus. Bonus mediator,
qui sibi iam postulās nihil
totum in nos trāsferre de-
siderat, & supplicantis af-
fectum, & supplicationis
fructum. **Q**uid enim que-
rat sibi, qui nullius eget?
Dominus conseruat eum,
& viuificat eum, & beatum
facit eum in gloria: nihil il-
li deerit in loco pascuę col-
locato. Hęc dies gloriosę
migrationis eius, dies lēti-
tię cordis eius, exultem⁹,
& lætemur in ea.

¶ **Ad Laudes. Ant.** Domi-
ne, quinque talēta tradidi-

At mihi, ecce, alia quinque
superlucratus sum.

¶ *Si fuerit Abbas. Oratio.*

Intercessio nos quesu-
mus domine beati. N. ab
batis cōmendet: vt quod
nostris meritis nō valem⁹:
ei⁹ patrociniō assequamur.
Per dominum nostrum.

¶ *Si fuerit cōfess. tm. Oro.*

Deus, qui nos beati
N. cōfessoris tui an-
nua solennitate leti-
ficas, concede propitius: vt
cuius natalitia colimus, e-
tiā actiones imitemur. Per
dominum nostrum Iesum.

¶ *Ad vesp̄as. hymn⁹. Ille*
confessor. &c. vt supra. in
confes. pontif. an. Hic vir
despiciens mundū, & terre-
na, triumphans diuitias cæ-
lo concēdit ore, & manu.

¶ *Commune virginum.*

¶ *Ad Matutinum Inuitat.*

Regem virginum dominū
venite adoremus.

¶ *Hymnus ad Matutinum.*

Virginis proles, opi-
fexque matris,

Virgo quem gessit

peperitque virgo,

Virginis festum canimus
trophæum, Accipe votū.

Msc tua virgo duplici bea

ta Sorte dum gessit fragi-
lem domare corporis se-
xum, domuit cruentum
Corpore scelum.

Vnde nec mortem, nec a-
mica mortis, Szua pœna-
rum genera pauescens,
Sanguine fuso meruit se-
cretæ Scandere cæli.

Huius obtentu Deus al-
me, nostris Parce iam cul-
pis vitia remittens,

Quo tibi puri resonemus
almum Pectoris hymnū.

Gloria patri, genitæq; p-
li, Et tibi compar vnriusq;
semper Spirit⁹ alme Deus
vnus omni Tempore se-
cli. Amen.

¶ *Pro vna virgine. Antip.*

Hæc est virgo sapiens: &
vna de numero prudentū.

¶ *Pro pluribus virginib⁹.*

Antiphona. Prudentes vir-
gines aptate vestras lampa-
des: ecce spōsus venit: exi-
te obuiam ei.

¶ *Secundū Matth. Lec. iij.*

In illo tēpore. Dixit Ie-
sus discipulis suis para-
bolam hanc: Simile est
regnū cælorū decē virgini-
bus, quæ accipientes lampa-
des suas exierunt obuiam
spōso, & spōsæ, Et reli.

Commune

Homilia sancti Greg. pap.

SAepe vobis fratres charissimi admoneo, prava opera fugere: mundi huius inquinamenta deuitare. Sed hodierna sancti euangelij lectione compellor dicere: vt & bona que agitis cum magna cautela teneatis: ne per hoc quod a vobis rectum geritur, fauor, aut humana gratia requiratur. Ne appetitus laudis subrepat: & quod foris ostenditur: intus a mercede euacuetur. Ecce enim redemptoris voce decem virgines, & omnes dicuntur virgines, & tamen intra beatitudinis ianuam non omnes recepte sunt. Quia earum quedam dum de virginitate sua gloriam foris expetunt, in vasis suis oleum habere noluerunt. Sed prius querendum nobis est quid sit celorum regnum: aut cur decem virginibus comparetur: que etiam virgines prudentes & fatue dicantur. Cum enim celorum regnum constat, quia reproborum nullus ingreditur: etiam fatuis virginibus cur simile esse perhibetur? Sed

sciendum nobis est: quod saepe in sacro eloquio regnum celorum presentis temporis ecclesia dicitur: de quo in alio loco dominus dicit. Mittet filius hominis angelos suos: & colliget de regno eius omnia scandala: neque in illo regno beatitudinis, in quo pax summa est, inueiri scandala poterunt, que colligantur.

¶ Alia tertia lectio, ex Ecclesiastico.

Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te deum saluatorem meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor, & protector factus es mihi, & liberaisti corpus meum a perditione, a laqueo lingue iuicque, & a labiis operantium mendacium, & in conspectu altitium factus es mihi adiutor. Et liberaisti me secundum multitudinem misericordie nominis tui, a rugientibus preparatis ad escam de manibus querentium animam meam & de portis tribulationum que circumdederunt me: a pressura flammam, que circum-

cundedit me, & in medio ignis non sum aestuata. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta liberasti me. Laudabit usque ad mortem anima mea dominum, quoniam eruis sustinentes te, & liberas eos de manu angustiarum domine Deus noster.

¶ *Ad laudes, pro vna virgine. Antiph.* Hæc est virgo sapiens, quam dominus vigilantem inuenit.

¶ *Pro pluribus. an.* Adducentur regi virgines post eam, proximè eius offerentur tibi.

¶ *Si fuerit virgo mar. ofo.*
Indulgentiâ nobis quæsumus domine beata. N. virgo & martyr imploret, quæ tibi grata semper exitit, & merito castitatis, & tuæ professione virtutis. Per dominum nostrum.

¶ *Si fuerit virgo. in. Ofo.*
Exaudi nos Deus salutaris noster, ut sicut de beatè. N. festiuitate gaudemus ita pax devotionis erudiamur affectu. Per dominum nostrum.

¶ *Pro pluribus. Oratio.*

DA nobis quæsumus Domine Deus nosser sanctarum virginum & martyrum tuarum. N. & N. palmas incessabili veneratione venerari: ut quas digna mente nõ possumus celebrare, humilibus saltem frequentemus obsequiis. Per dominum.

¶ *Notandum, qd si fuerint virgines tantum, & non martyres, omittitur in prædicta oratione, & martyr.*

¶ *Ad Vesperas. Hymnus.*

Iesu corona virginum,
 Quæ mater illa concipit.
 Quæ sola vgo parturit
 Hæc vota clemens accipe.

Qui pascis inter lilia,
 Septus coronis virginum,
 Sponsas decorans gloria,
 Sponsisque reddes præmia.

Quocunque pergis, virginis
 Sequitur, atq; laudibus
 post te canentes curstant,
 Hymnosq; dulces resonant.

Te deprecamur largius,
 Nostri adauge mentibus,
 Nescire prorsus omnia
 Corruptionis vulnera.

Iaus, honor, virtus, gloria
 Deo patri & filio,
 Sancto simul paraceto

Commune Sanctorum.

In seculorum secula.

¶ Pro vna virgine Añs. Veni sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dñs præparauit in æternum.

¶ Pro pluribus. añ. Gloriosæ virgines venite, accipite coronas, quas dñs præparauit vobis in æternum.

¶ Commune sanctę nec virginis, nec martyris. Ictę martyris trę. Ad Matut. Inuita. Laudemus Deū nostrū in cōfessione beatę N. Hy⁹.

Huius obtentu Deus alme nostris Parce iam culpis, vicia remittens, Quo tibi puri resonemus alium Pectoris hymnum.

Gloria patri, genitricęque proli, Et tibi cōpar vtriusque semper. Spiritus alme Deus vnus omni tempore secli. Amen. añ. Hęc est, quę nesciuit thōrū in delicto, habebit fructum in re spectione animarum sanctarum.

¶ Tertia lect. ex Belesasi.

Domine deus meus, Exaltasti super terrā habitationē meā,

& pro morte defluente deprecata sum. Inuocaui dominū patrem domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meę, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomē tuam assidue, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea, & liberaisti me de perditione, & cruxisti me de tempore iniquo. Propterea confitebor tibi, & laudem dicā nomini tuo domine Deus noster.


¶ Ad laudes. Antiphona. Ista est speciosa Inter filias Ierusalem.

Oratio. Exaudi nos Deus salutaris noster: vt sicut de beatę N. festiuitate gaudemus: ita pię deuotionis erudiamur affectu. Per Dñm nostrum Iesum.

¶ Ad vesperas. Hymnus. Huius obtentu. vt supra.

Antiphona. In odore vnguentorum tuorum currimus, adolescētulę dilexerunt te nimis.

¶ Pñia.



OFFICIUM BEATAE VIRGINIS
Mariæ.

Notandum, quod in omnibus sabbatis totius anni fit officium de beata virgine modo infrascripto, præterquàm in sabbatis quadragesimæ, & in sabbatis occurrentibus, quando fit officium de aliqua octaua & in sabbatis, in quibus incidit aliquod festum duplex, excipitur etiam sabbatum in quo incidit vigilia Natiuitatis Domini, aut vigilia Epiphaniæ.

Notandum præterea, quod festa simplicia in sabbatis occurrentia, etiã si habuerint propriam lectionem, omittuntur, & fit tantum commemoratio de eis in fine primæ, vt supra in Dominica prima aduētus explicatum est. Et similiter omittuntur tertix lectione occurrentes in calendario ex epistolis.

Sciendũ est autem, quod in singulis horis omnia dicuntur vt in aliis diebus,

præter infrascripta In aduentu. Ad matutinum. Inquit oronũ. Ave Maria gratia plena dominus tecum.
Hymnus.

Quem terra, pontus
æthera Colunt: ad
orant: prædicant
Trinam regentem machinam
claustrum Mariæ batiulat.

Cui luna, sol, & omnia Deseruiūt per tempora: Perfusa cæli gratia gestat puellæ viscera.

Beata mater munere, Cuius supernus artifex, Mundum pugillo cõtinens, Vêtris sub arca clausus est.

Beata cæli nuntio, Fœcunda sancto Spiritu, Desyderatus gentibus Cuius per alium fusus est.

Maria mater gratiæ, Mater misericordiæ, Tu nos ab hoste protege: & hora mortis suscipe.

Officium

Gloria tibi domine, Qui natus es de virgine, Cum patre, & sancto Spiritu In sempiterna secula. Amen.
Antiphona. Angelus domini nuntiavit Mariæ: & cœcepit de spiritu sancto. Halleluia. **Ad tertiam lectio. benedictio.** Per virginem matrem concedat nobis dominus salutem & pacem. Amen.

Lectio tertia.

Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomē erat Ioseph, de domo David, & nomē virginis Maria. Et ingressus angelus ad eam dixit, Ave gratia plena, Dominus tecū, benedicta tu in mulieribus. **Quæ** cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista saluatio & ait angelus ei. Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum, Ecce cœcipies & utero: & paries filium: in vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius altissimi vocabitur. Et

dabit illi Dominus Deus sedem David patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum & regni eius nō erit finis. Dixit autem Maria ad angelum, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te: & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum vocabitur, filius Dei. Et ecce Elisabeth cognata tua, & ipsa concepit filium in senectute sua: & hic mensis sextus est illi, quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud deum omne verbum. Dixit autem Maria, Ecce ancilla domini, fiat mihi iecū dum verbum tuum.

Post tertiam lectionem semper dicitur. Te Deum laudamus, & c. **Ad laudem antiphona.** Spiritus sanctus in te descendet Maria: ne timeas habebis in utero filium Dei halleluia. **Oro.**

Deus, qui de beatæ Mariæ virginis utero: verbum tuū angelo nuntiante carnem sa-

Beate Marie.

scipere voluisti præsta sup-
plicibus tuis : vt qui vere
eam genitricem Dei credi-
mus: eius apud te interces-
sionibus adiuuemur. Per
eundem dominum.

¶ *Ad Vesperas. Hymnus.*

Ave maris stella, dei
mater alma : atque
semper virgo , Fel-
lix cæli porta.

Sumens illud aue Gabrie-
lis ore, Fûda nos in pace,
Mutans Euz nomen.

Solue vincla reis , Profer
lumen cæcis : Mala nostra
pelle, Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces : Qui
pro nobis natus , tulit ef-
se tuus.

Virgo singularis, Inter o-
mnes mitis: Nos culpis so-
lutos Mites fac, & castos.

Vitam præsta puram. Iter
para rutom: Vt vidêtes Ie-
sum, semper collemur.

Sit laus Deo patri, Sûmo
Christo decus: spiritui san-
cto trinus honor vnus.

Amen. *Antiphona.* Ecce
ancilla domini , fiat mihi
secundum verbum tuum.

¶ *Post aduentum reliquo
anni tempore.* ¶ *Ad Ma-*

*tutinum. Inuitatoriû Ave
Maria gratia plena Domi-
nus tecum. Hymnus.*

O Gloriosa dña, Excæl-
sa supra sydera, Qui
te creauit prouide:

Laçtasti sacro vberè.
Quod Eua tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrèt vt astra flebiles: Cæ-
li fenestra facta es.

Tu Regis alti ianua , Et
porta lucis fulgida. Vitam
datâ per virginem , Gêtes
redemptæ plaudite.

Maria mater gratiæ , Ma-
ter misericordiæ , Tu nos
ab hoste protege: Et hora
moris suscipe.

Gloria tibi domine , Qui
natus es de virgine , Cum
patre & sancto spiritu , in
sempiterna secula. Amen.

Anâ Benedicta tu in mu-
lieribus : & benedict⁹ fru-
ctus ventris tui.

¶ *Ad tertiam lect. benedi-
ctio. Per virginem matrè.
vt supra.* ¶ *Tertia lectio
legèda est vna ex infra scri-
ptis secundum varietatem
temporum.*

¶ *In mense Iulio & Augu-
sto. Tertia lectio , ex ser-
mone sancti Augustini.*

Officium

Loquamur aliquid fra-
tres in laudibus sacra-
tissimæ virginis Ma-
riæ. Sed quid nos tantilli,
quid actione pusilli, quid
in eius laudibus referem?
Cū & si omnium nostrum me-
bra verteretur in linguas,
eā laudare sufficeret nul-
lus? Altior celo est de qua
loquimur, abisso profun-
dior, cui laudes dicere co-
namur. Hęc est em̄ quæ so-
la meruit mater & sponsa
vocari. Hęc primæ matris
dāna resoluit. Hęc homi-
ni p̄dito redēptionē addu-
xit. Mater em̄ generis nr̄i
p̄cnā intulit mūdo, geni-
trix dñi nr̄i salutem edidit
mūdo. Auctrix peccati E-
ua, auctrix Meriti Maria.
Eua occidēdo obfuit: Ma-
ria viuificādo profuit. Illa
percussit, ista sanabit. Hęc
em̄ mirabili, atq; inæstimā-
bili modo oīm rerū & suū
peperit saluatorem. **Quæ**
hęc v̄go tā sancta, ad quā
venire dignaretur. Spiritus
sanctus? **Quæ** tā speciosa,
vt eā deus hui eligeret sp̄s
sanctus? **Quæ** tā casta, vt esse
p̄t̄ virgo post partum?
Hęc est Dei templū, fons

ille signatus, & porta ī do-
mo dei clausa. Ad hęc nā-
que sp̄s sanctus descēdit,
hęc virtus altissimi obum-
brauit. Hęc est immacula-
ta coitu, s̄c̄cūda partu, vir-
go lactās, angelorū & ho-
minū cibū nutriēs. Meritō
nāq; beata singulari a no-
bis p̄conio extollitur, q̄
singulare cōmeritiū mūdo
p̄buit. Deniq; tātum se
ad cæli fastigia subleuauit,
vt verbū in principio ap̄
deum de superna cæli arce
falsciperet. O felix Maria,
& omni laude dignissima.
O virgo dei genitrix glo-
riosa. O sublimis puerpe-
ra, cuius visceribus autor
cæli, terræq; committatur.
**In mense Septēbri. Ter-
tia lectio. Sermo. S. Ber.**

Signū magnū apparuit
in cęlo: mulier amicta
sole: & luna sub pedi-
bus eius: & in capite ei⁹ co-
rona stellarum duodecim.
Vehementer quidē nobis
dilectissimi vir vn⁹ & mu-
lier vna nocuere: sed gra-
tia deo p̄ vnū nihilomin⁹
virū: & mulierem vnā oīa
restaurantur: nec sine ma-
gno s̄c̄nore gratiarū. Ne-

Beate marie.

que em̄ sicut delictum, ita
& donū: sed excedit damni
æstimationē beneficij ma-
gnitudo. Sic nimirū pru-
dentissimus & clemētissi-
mus artifex: quod quassa-
tū fuerat nō consi egit, sed
utilius omninō refecit: vt
videlicet nobis nouū for-
maret Adā ex veteri: & E-
uam transfunderet in Ma-
riā. Et quidē sufficere po-
terat Christ⁹, siquidem &
nunc oīs sufficiētia nostra
ex eo est: sed nobis bonum
nō erat esse hominē solū.
Cōgruū magis, vt ad effect
nostræ reparationis sexus
vterq; quorū corruptioni
neuter defuisset. Fidelis
planē & potens mediator
dei & hoīm: homo Christ⁹
Iesus: sed diuinā in eo re-
uerentur hoīes maiestātē.
Opus est enim mediatore
ad mediatorē: istū: nec al-
ter nobis utilior quā Ma-
ria. Crudelis nimirū Eua p
quā serpēs antiquus pesti-
ferū etiā ipsi viro virus in-
fudit: sed fidelis Maria quę
salutis antidotū & viris &
mulieribus ppinauit. Illa
em̄ ministra seductionis,
hæc propitiatōis. Illa sug-

gestit prauaricationē: hæc
iniecit redemptionem.

¶ **In mense Octobris.**

Tertiz lec. ex eod. sermo.

A Mplectamur Ma-
riæ vestigia fratres
mei: & deuotissima
supplicatione beatis illius
pedibus puoluamur. Te-
neamus eā: nec dimittam⁹
donec benedixerit nobis.
Potēs est em̄. Nēpe vellus
est medium inter rorem &
arcam: mulier inter solem
& lunā: Maria inter Chri-
stū & ecclesiam cōstituta.
Sed fortē miraris non tam
vellus opertū rore q̄ ami-
ctā sole mulierem. Magna
siquidem familiaritas: sed
mira omninō vicinitas so-
lis & mulieris. **Q**uomodo
enim in tā vehemēti feruo-
re tā fragilis natura subsi-
stit? Meritō quidē admira-
ris Moses sanctē, & curio-
sus desyderas intueri. Ve-
rūtamen solue calciāmēta
de pedibus tuis: & inuolu-
era pone carnaliū cogita-
tionū si accedere cōcupi-
scis. Vado, inquit, & vide-
bo visionem hanc magnā.
Magna planē visio rubus
ardēs sine cōbustione ma-

gnum lignū: mulier: illa sa-
manēs amicta sole. Nō est
rubi natura opertū vndiq;
flāmis, manere nihilomin⁹
incōbūtū: nō mulieris pō-
tētia vt sustineat solis ami-
ctū. Nō est virtutis huma-
næ: sed nec angelicæ qui-
dē: sublimior quādā neces-
saria est. Spūs sanctus (in-
quit) superueniet in te. Et
tanquā rīdeat illa, Quo-
niā spūs est Deus: & Deus
nō ignis cōsumēs est. Vir⁹
(ait) nō mea, nō tua: sed al-
tissimi obūbrabit tibi. Ni-
hil itaq; mirum si sub tali
obūbraculo, talis etiam à
muliere sustineatur ami-
ctus. ¶ *In mēse Nouemb.*
vſq; ad aduentum. Tertia
lectio ex eodem sermone.

Mhi sane singularis
rutilat fulgor: pri-
mò quidem in Ma-
riæ generatione: secūdo in
angelica visitatione: tertio
in spūs superuentione:
quarto in filij dei inenarra-
bili conceptione. Sic & in
his quoq; sidereū plane ir-
radiat decus: q̄ virginitatis
primiticia: q̄ sine corrup-
tione fœcūda: q̄ sine gra-
uamine grauida: q̄ sine do-

lore puerpera. Nihilomin⁹
etiam speciali quodam
splēdore in Maria corru-
scant māfuetudo pudoris,
deuotio hūilitatis: magna-
nimitas credulitatis: marty-
rium cordis. Vestræ quidē
sedulitatis erit singula que
que diligēt⁹ intueri. Nos
interim satis fecisse videbi-
mur, si breuiter ea potueri-
mus demonstrare, Qd̄ ergo
sidereū micat ī generatiōe
Mariæ? Plane q̄ ex regib⁹
orta, q̄ ex semine Abrahā,
q̄ generosa ex stirpe Da-
uid, si id parū videtur: ad-
de q̄ gnationi illi ob sin-
gulare priuilegiū sc̄tītatis,
diuinit⁹ noscitur esse con-
cessā: q̄ logē ante eisdē pa-
trib⁹ cōlitus repromissa q̄
mysticis p̄figurata miracu-
lis: q̄ oraculis prænūtiata
ppheticis. Hęc enī sacer-
dotalis virga dū sine radi-
ce florait: hanc Gedconis
vell⁹ dū in mediō siccæ a-
ræ maduit. hęc ī Ezechie
lis visione oriētalis portę,
que nulli vnq̄ patuit prēli-
gnabat. Hanc deniq; præ
ceteris Isaias nūc virgā de
radice Iesse oriturā p̄mit-
tebat, nūc euidētius virgē

Beate Marie.

ne pariturā. Merito signū
hoc magū in celo appa-
ruisse scribitur: quod tato
ante de celo noscitur fuisse
pmissum Dñs (ait) ipse
dabit vobis signū. Ecce vir-
go concipiet. Magnū pfe-
ctō signū dedit: quia & ma-
gnus ipse qui dedit.

¶ Ad laudes. Antiphona.
Beata dei genitrix Maria
virgo perpetua, templū dñi, sa-
crariū spiritus sancti, sola
sine exēplo placuisti dño
nro Iesu Christo, ora pro
populo, interueni pro cle-
ro, intercede pro deuoto
femineo sexu. Oratio.

Beate, & gloriose,
semperque virginis
Marię que sumus do-
mine intercessio gloriosa
nos protegat: & ad vitam
perducat æternam. Per do-
minū nostrū Iesum Chri-
stum filium tuum. Qui te-
cum uiuit & regnat in vni-
tate spiritus sancti Deus.
Per omnia secula seculo-
rum. Amen.

¶ Ad Vesperas. Hymnus.
Aue maris stella. **sc. vsu-**
pra Antiphona Beata ma-
ter, & innupta virgo glo-
riosa regina mundi inter-
cede pro nobis ad dñm.

FINIS OFFICII

beate Marie.

SEPTEM PSALMI pœnitentiales.

¶ **Notandum quodd infra-**
scripti septem psalmi cum
litanis & orationibus di-
cuntur in feria quarta ci-
nerum & in quibusdã sex-
eis feriis quadragesimæ vt
in eis adnotatur. Ana. Ne
 reminiscaris domine deli-
 cta nostra: vel parentum
 nostrorũ: neque vindictã
 sumas de peccatis nostris.
ps. Dñe ne in furo. fo. 36.
ps. Beati quorũ re. fo. 28.
ps. Dñe ne in furo. fo. 58.
ps. Miserere mei. fo. 58.
ps. Dñe exaudi ora. fo. 70
ps. De pfundis cla. fo. 73.
ps. Dñe exaudi ora. fo. 22.
Kyrice eleison. **Chri-**
ste eleison. Christe
audi nos. Christe
audi nos.
Pater de cælis deus, mise-
 rere nobis.
Filij redẽptor mũdi De⁹,
 miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, mi-
 serere nobis.
Sancta trinitas vnus de⁹:
 miserere nobis.
Sancta Maria of.

Sancta Dei genitrix of.
Sancta virgo virginũ of.
Sancte Michael of.
Sancte Gabriel of.
Sancte Raphael of.
Omnes sancti angeli, &
 archangeli dei orate.
Omnes sancti beatorũ spi-
 rituum ordines. orate.
Sancte iohannes bapti. of.
Omnes sancti patriarchæ
 & prophetæ orate.
Sancte Petre of.
Sancte Paule of.
Sancte Andrea of.
Sancte iacobe of.
Sancte iohannes of.
Sancte iacobe of.
Sancte philippe of.
Sancte thoma of.
Sancte Bartholomææ of.
Sancte Mathææ of.
Sancte simon of.
Sancte Thadææ of.
Sancte Mathia of.
Sancte Barnaba of.
Sancte Luca of.
Sancte Marce of.
Omnes sancti apostoli, &
 euangelistæ. orate.
Oes sc̃ti discipu. dñi, ora.

Litania.

- | | |
|-----------------------------------|---|
| O es sc̄i Innocentes orat. | S ancta Lucia of. |
| S ancte Stephane of. | S ancta Cæcilia of. |
| S ancte Laurenti of. | S ancta Agatha of. |
| S ancte Vincenti of. | S ancta Catharina of. |
| S ancte Fabiane of. | O mnes sanctę virgines & |
| S ancte Sebastianæ of. | viduę orate pro nobis. |
| S ancti Ioannes, & Paule | O es sancti, & sanctę Dei |
| orate pro nobis. | intercedite pro nobis. |
| S ancti Cosma & Damia- | P ropitius esto, parce no- |
| ne orate pro nobis. | bis domine. |
| S ancti Geruasi & Protha- | P ropiti ^o esto, exaudi nos |
| si orate pro nobis. | domine. |
| O es sancti martyres orat. | A b oī malo, libe. nos do. |
| S ancte Syluester of. | A b oī peccato, libera nos. |
| S ancte Gregori of. | A b ira tua, libera nos dñe. |
| S ancte Augustine of. | A subitanea & improuisa |
| S ancte Ambrosi of. | morte, libera nos dñe. |
| S ancte Hieronyme of. | A b insidiis diaboli, libera. |
| S ancte Martine of. | A b ira, & odio, & oī mala |
| S ancte Nicolae of. | voluntate, libera nos do. |
| O mnes sancti pontifices | A spiritu fornicationis, li- |
| & confessores orate. | bera nos domine. |
| O es sancti doctores orat. | A fulgure & tēpestate, lib. |
| S ancte Antoni of. | A morte perpetua, libera. |
| S ancte benedicte of. | P er mysterium sanctę in- |
| S ancte Franciscę of. | carnationis tuę, libera. |
| S ancte Dominice of. | P er aduentum tuum, lib. |
| S ancte Bernarde of. | P er natiuitatem tuā, libe. |
| O mnes sancti Monachi, | P er baptismū, & sanctum |
| & Eremitę orate. | ieiunium tuum, lib. nos. |
| O mnes sancti sacerdotes, | P er crucem & passionem |
| & leuitę orate. | tuā, libera nos domine. |
| S ancta Maria Magdalena | P er mortem, & sepulturā |
| ora pro nobis. | tuā, libera nos domine. |
| S ancta Agnes of. | P er sanctam resurrectio- |

nam tuam libera nos.

Per admirabilem ascensionem tuam libera nos dñe.

Per aduentum spiritus sancti paracleti: libera nos.

In die iudicij: libera nos.

Peccatores, te rogam⁹ au.

Vt nobis parcas: te roga.

Vt nobis indulgeas: te ro.

Vt ad veram poenitentiam nos perducere digneris: te ro.

Vt ecclesiam tuam sanctam regere, & conseruare digneris, te rogamus audi.

Vt donum apostolicum, & omnes ecclesiasticos ordines in sancta religione conseruare digneris: te roga.

Vt inimicos sancte ecclesie humiliare digneris: te rogamus audi nos.

Regibus, & principibus Christianis pacem & veram concordiam donare digneris: te rogamus.

Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris: te roga.

Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris: te ro.

Vt mentes nostras ad celestia desideria erigas: te ro

Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna be

na retribuas: te rogamus.

Vt animas nostras, fratrum propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias: te rogamus audi nos.

Vt fructus terræ dare, & conseruare digneris: te ro.

Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris: te roga.

Vt nos exaudire digneris: te rogamus audi nos.

ili dei. iij. te rogamus.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: parce nobis domine.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi: exaudi nos domine.

Agnus dei, qui tollis peccata mundi miserere nobis.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos. **K**yrie eleison

Christe eleison. **K**yrie eleison. **P**ater nŕ. **E**t ne nos.

Sed libera nos.

Deus in adiutorium meum intende: domine ad adiuuandum me festina:

Confundatur & reuerentur, qui quærunt animam meam.

Auertantur retrorsum, &

Preces.

erubescant, qui volunt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, euge euge.

Exultent, & latentur in te omnes, qui querunt te: & dicant semper, magnificetur dominus, qui diligunt salutare tuum.

Ego vero egenus, & pauper sum: deus adiuua me.

Adiutor meus, & liberator meus es tu: domine ne moreris.

Gloria patri. **S**icut.

Saluos fac seruos tuos.

Deus meus sperantes in te.

Esto nobis domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Nihil proficiat inimicus in nobis.

Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.

Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Oremus pro pontifice nostro.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Oremus pro benefactoribus nostris.

R. Retribuere dignare domine omnibus nobis bonis facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.

V. Oremus pro fidelibus defunctis. **R.** Requiem eternam dona eis domine: & lux perpetua luceat eis.

V. Requiescant in pace. **R.** Amen.

Pro fratribus nostris absentibus. **R.** Saluos fac seruos tuos Deus meus sperantes in te.

V. **I**esus. Mitte eis domine auxilium de sancto. **R.** Et de sion tuere eos. Domine exaudi. Et clamor.

Oratio. Deus cui proprium est misereri semper, & parcere, suscipe deprecationem nostram: & nos, & omnes famulos tuos quos delictorum catena constringit: miseratio tuae pietatis absoluat.

Oratio. Exaudi quaesumus domine supplicium preces: & consentium tibi parce peccatis ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, & pacem.

Alia oratio. Ineffabilem nobis domine misericordiam tuam clementer ostendo, ut

Preces.

simul nos & à peccatis omnibus exuas: & à pœnis, quas pro his meremur: eripias.

Oratio.

Deus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui supplicantis, propitius respice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis nostris meremur auerte.

Oratio.

Omnipotens sempiternus deus miserere famuli tui papæ nostri & dirige eum secundum tuam clementiam in viam salutis æternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute proficiat. **Oïo.**

Deus à quo sancta desideria, recta consilia & iusta sunt opera: da seruis tuis illam quam mundus dare non potest pacem: vt & corda nostra mandatis tuis dedita: & hostium sublatâ formidine, tēpora sint tua protectione tranquilla. **Oratio.**

Vre igne sancti spiritus renes nostros & cor nostrum dñe: vt tibi casto corde seruiamus: & mundo corde placeamus. **Oratio.**

Fidelium Deus omnium conditor, & redemptor animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. **Oratio.**

Actiones nostras quæsumus dñe aspirando præueni: & adiuvando prosequere: vt cuncta nostra oratio, & operatio à te semper incipiat: & per te cœpta finiatur. **Oïo.**

Omnipotens sempiternus deus, qui vivorum dñaris simul, & mortuorum, omniumque miseris: quos tuos fide & ope futuros esse p̄noscis: te supplices exoramus, vt pro quibus effundere p̄ces decreuimus: quosque vel p̄sens seculum adhuc in carne retinet vel futurum iam exutos corpore suscepit intercedentibus oribus sanctis tuis pietatis tue clemētia omnium delictorum suorum veniam consequatur. Per. Benedicamus dño. Deo gratias. Fidelium animarum per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

Officium defunctorum.

OFFICIUM
defunctorum.

Sciendum q̄ officium defunctorum dicitur tantum in crastino omnium sanctorum, & in quibusdam sextis feriis quadragesimæ, vt suis locis adnotatur. Aduertendum tamen q̄ in die omnium sanctorum dicuntur vespere & in crastino matut. cum laudibus, vt ibi videbis: in sextis autem feriis prædictis non dicuntur vespere, sed tantum matutinum cum suis laudibus. Notandum præterea q̄ Antiphonæ dicuntur integrè in principio, & in fine, quæ admodum in festis duplicibus. Vespere omnibus aliis prætermissis absolute incipitur ab antiph. infra scripta. añ. Collocet eos dñs cum principibus populi sui. Deinde dicuntur tres infra scripti psal. Dilexi qm̄. fo. 20. Ad dominum cum tribularet cla. folio. 42. De profundis. folio. 73. quibus adiungitur canticum. Magnificat anima. fo. 12. Sciendum est autem q̄ in officio defunctorum in fine cuiuslibet psalmi dicitur.

Requiem eternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. *finito cantico.* Magnificat. repetitur. añ. *supra scripta deinde dicitur.* Pater noster. Et ne nos. Sed libera nos. A porta inferi. Erue domine animas eorum. Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te veniat. Postea dicuntur tres infra scriptæ orationes sub vna terminatione. *Oratio.*

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, præstiti quæsumus, vt eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. *Oratio.*

DEus veni et largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clemenciam tuam, vt nostrę congregationis fratres propinquos amicos, & benefactores, qui ex hoc seculo transferunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus sanctis tuis, ad perpetuam beatitudinis consortium peruenire concedas. *Oratio.*

Fidelium Deus omnium
 conditor, & redem-
 ptor animabus famu-
 lorum famularumq; tua-
 rum remissionem cuncto-
 rum tribue peccatorum, vt
 indulgentiam, quam sem-
 per optauerunt piis suppli-
 cationibus consequantur.
Qui viuus. Requiem æter-
 nam dona eis. Et lux per-
 petua luceat. Requiescat in
 pace. Amen. **Maturinum**
absolute incipit ab inuita-
torio infra scripto. Inuitat.
 Regem cui omnia viuunt.
 venite adoremus. **Deinde**
dicitur psal. Venite exul-
 temus. &c. **quo finito cum**
Requiem eternam. &c. re-
petitur Inuitat. Deinde sta-
tim dicitur an. Audiui vo-
 cem de caelo dicentem mi-
 hi, Beati mortui qui in do-
 mino moriuntur. **Postea**
dicitur tre. psal. infra scri-
pti. Verba mea. sol. 27. vs.
Dne ne in furo. sol. 36.
Quæadmodum desy. fo. 39.
Inuitis psal. repetitur ana.
& statim dicitur. Pater nr.
Deinde tres infra scriptæ
lectiones incipiunt. & hi-
nuntur absolute sine be-
nedictionibus. & ita Tu

autem. ¶ **Lectione prima ex**
capitulo. 19. iob.

Pelli mea consumptis
 carnibus adhæsit os
 meum, & derelicta sunt
 tantummodo labia circa de-
 tes meos. Misere mihi mei,
 misere mihi mei, saltè vos
 amici mei, quia manus do-
 mini tetigit me. **Quare p-**
sequimini me sicut Deus, &
carnibus meis saturamini?
Quis mihi tribuat vt scri-
batur sermones mei? Quis
mihi det vt exaretur in li-
bro stilo ferreo, & plumbi
lamina, vel celte sculpatur
in siliice? Scio enim quod redem-
ptor meus viuus, & in no-
uissimo die de terra surre-
cturus sum. Et rursus cir-
cundabor pelle mea, & in
carne mea videbo Deum.
Quem visurus sum ego ip-
se, & oculi mei conspecturi
sunt, & non alius reposita
est hæc spes mea in sinu
meo. Deinde dicitur. Rem.
Qui lazarum resuscitasti
à monumento foetidum. Tu
eis dne dona requiem & lo-
cum indulgentiæ. V. Qui
veturus es iudicare viuos
& mortuos & seculum per
ignem. Tu autè domine,

¶ *Leccio. ij. ex cap. 3. ioa.*

Amen amen dico vobis, quia qui verbū meū audit, & credit ei qui misit me, habet vitā aternā, & in iudiciū nō venit: sed trāsit à morte in vitā. Amen amen dico vobis quia venit hora & nunc est, qñ mortui audiet vocem filij Dei. & qui audierint, viuēt. Sicut enī pater habet vitā in semetipso: sic dedit & filio habere vitā in semetipso: & potestatem dedit ei iudiciū facere. Quia filius hominis est, nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocē filij dei. & procedent qui bona fecerunt, in resurrectionem vitæ: q̄ verò mala egerūt, in resurrectionem iudicij. *R.* Requiem aternam dona eis domine. Et lux perpetua luceat eis. *℟̄.* Sus. Animæ eorū in bonis demorentur, & semen eorū hereditet terram. Et lux perpetua luceat eis.

¶ *Leccio. iij. ex cap. 11. epistola prima Pauli ad Corinthios.*

Ecce mysteriū vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enī tuba) & mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enī corruptibile hoc, induere incorruptionem: & mortale hoc, induere immortalitatem. Cū autem mortale hoc induerit immortalitatem: nunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est, virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam. Per dominū nostrū Iesum Christum. *R.* Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda, quando celi mouēdi sunt, & terra. Dum veneris iudicare seculū per ignem. *℟̄.* Dies illa dies iræ, calamitatis & miserix, dies magna, & amara valde. Dum veneris iudicare seculum per ignem.

Officium defunctorum

¶ In his lectionibus in suis
responsoris statim dicitur
absolutè. ad laudes anti-
phona. Ne tradas bestiis
animas confitentes tibi, &
animas pauperum tuorum ne
obliviscaris in fine. Postea
dicuntur psalmi: Et factus
30. Misere mei. fo. 37.

Te decet hymnus. fo. 39.
Ego dixi. fo. 28.
Canticum. Benedictus fo-
lio. 5.
Deinde repetitur antipho-
na, & post eam dicitur.
Pater noster, &c. cum pro-
cibus & orationibus ut su-
pra in vesperis.

PARISIIS,


Apud Thielmannum Keruer, in
vico sancti Iacobi, sub signo Cratis.

1543.

**NON RECEDAT VOLV-
MEN LEGIS HVIVS AB ORE
tuo, sed meditaberis in eo diebus
ac noctibus.**

I O S V E I.

Explicit pars estivalis.



1482533

... an sicut in
... bar ...
... babilu ...
... y ...
... jom ...
... embryu ...
... and ...
... m ...
... y ...
... u ...



...
...
...
...
...
...

...
...
...

2754

